LIBRARY OF CONGRESS

THE LIBRARY OF CONGRESS

ERNESTI FRIDERICI CAROLI

ROSENMÜLLERI

THEOL. DOCT. ET LL. ORR. IN ACAD. LIPS. PROF. ORD.

# INSTITVTIONES

## AD FVNDAMENTA

## LINGVAE ARABICAE.

ACCEDVNT

SENTENTIAE ET NARRATIONES ARABICAE

VNA CVM

GLOSSARIO ARABICO-LATINO.

LIPSIAE

SVMTIBVS IO. AMBROS. BARTHII,

MDCCCXVIII.

PJ6305
.R7

61500

WEBER COLLECTION

# PRAEFATIO.

Quum Vir honestissimus, cuius sumtibus ante hos viginti annos brevis mea Grammatica Arabica, una cum Chrestomathia et Glossario Arabico - teutonico (*Arabisches Elementar- und Lesebuch*) prodierat, mihi significaret, divendita esse eius libri exempla, impetrare a me haud potui, ut illum typis repeti sinerem. Est enim quam ille continet Grammatica iusto brevior, in qua plura desiderantur tyronibus scitu necessaria, quos autem exhibet linguae Arabicae canones, multum abest, ut omnes recte satis et accurate sint traditi. Edidit interea Ill. DE SACY praestantissimam suam Grammaticam Arabicam, quae

palmam successuris aeque ac antegressis surripuit. Etsi vero tanta laus et praestantia est operis huius de Sacyani, ut qui post illud Grammaticarum Arabicarum numerum nova augere vellet, operam supervacaneam suscipere videri posset; erat tamen, quod me moveret, ut, rogatus a bibliopola iteratam Elementalis mei Arabici editionem, eius loco novum librum linguae Arabicae praecepta tradentem elucubrarem. Nam ut taceam, Grammaticam de Sacyanam paucis tantum nostrorum iuvenum, qui in academiis literis Arabicis operam impendunt, esse parabilem; ea quoque illius operis est ratio, ut non adeo exercitiis academicis, quibus iuvenes tirocinio imbuendi sunt, quam quidem adiuvandis et promovendis eruditiorum studiis, accommodata videatur. Vsibus eorum, qui prima linguae Arabicae rudimenta ponere cupiunt, quum se prae aliis ob suam concinnitatem et facilitatem commendet Grammatica Erpeniana; eandem ego tanquam fundamentum retinere constitui, cui plenius praeceptorum illius linguae systema superstruerem, quod inter nimiam haud raro illius Grammaticae brevitatem, et ampliorem illum atque diffusiorem commentarium de Sacyanum mediam quandam viam teneret. Quod quum hoc opusculo praestare conatus fuerim; hanc mihi praecipuam legem praescripsi, ut

omissis, quibus carere tirones in primis principiis possunt, canones linguae praecipuos plane et perspicue proponerem, retentis, qui apud nos longo usu invaluerunt, terminis, quos dicunt, grammaticis, et quaecunque a viris eruditis post Erpenium, potissimum a de Sacyo, hanc in rem egregie observata sunt, in usus meos converterem, simul autem brevitatis studio tantum concederem, quantum perspicuitatis habenda ratio permitteret. Praeceptorum causas, quando in promtu erant, neque nimis longam aut difficilem demonstrationem requirebant, adiicere haud neglexi, quod non tantum memoriae sublevandae et iudicio acuendo inserviant, sed ipsam quoque linguae indolem penitius praebeant introspiciendam. Quae ad illustrandas regulas ab Erpenio et de Sacyo allata essent exempla pleraque retinui.

Quia vero Grammatica non sufficit ad linguae cuiuscunque comparandum habitum, siquidem ars omnis sine subiecta materia, in qua sese exerceat, otiosa fere manet, et fine suo excidit; ut praesto essent textus Arabici, faciliori stylo conscripti, in quibus exerceri possent tirones, et quidem nec adeo prolixi illi, nec argumenti iniucundi; Grammaticae adieci appendicis loco Sententias nonnullas et Narrationes Arabicas. Sententias

XXV. priores selegi e libro qui inscribitur: *Sententiae 'Ali Ebn Abi Talebi, Arabice et Latine. E codicibus manuscriptis descripsit, Latine vertit, et Annotationibus illustravit* CORNEL. VAN WAENEN. Oxonii, 1806. in quaternis. Sententiae vero XXV. posteriores et quae eas excipiunt septem Narrationes excerptae sunt e volumine edito opera et studio docti Arabis, qui in Collegio Linguarum Orientis, quod Angli in castello, *Fort William* dicto, in Bengalia, instituerunt, linguam patriam docet. Voluminis illius epigraphe est talis:

نفحة اليمن فيما يزول بذكره الشجن

(i. e. Fragrantia Yemanica in eo, cuius commemoratione cessat moeror) *Nufhut-ool-Yumun* *), *an Arabic Miscellan of Compositions in Prose and Verse. Selected or Original by*

---

*) Lege: *Nafhat-ul-Yaman.* Adsciverunt enim docti Angli in India Orientali hunc in scribendis literis Latinis vocabulis Arabicis, Persicis, Hindustanicis, morem, sibi peculiarem, ut Vocalem *a* per *u* exprimerent. Sic LUMSDEN in *Grammatica* sua *Persica*, in duobus voluminibus formae maioris, Calcuttae 1810., lingua Anglica, edita, Vol. I. p. 6., ubi de Vocalium signis tradit, ita scribit: *in Arabic Grammar they are termed Futha* (فَتْحَةٌ), *Kusra* (كَسْرَةٌ), *and Zumma* (ضَمَّةٌ). Hinc

*Shuekh Vhmud Bin Moohummud Shurwanee ool Yumunee* **). *Published under the patronage of the College of Fort William. Calcutta, printed at the Hindostanee Press* 1811.; in quat. mai. Pagg. 603. Praefatus est paucis, lingua Anglica, MATTH. LVMSDEN, Ling. Arab. et Pers. in Collegio isto. Opus est quadripartitum, continetque Narrationes lepidas et facetas, Poëmata, Sententias et Fabulas; omnia inedita antehac, Carmen Tograi si excipias, quod inde a pag. 415. una cum brevibus Scholiis hic illic insertis legitur.

Sententiis et Narrationibus a nobis selectis adiecimus versionem Latinam, eorum in gratiam, qui linguam Arabicam proprio Marte ediscere cupiant. Eorundem commodis inservire et eo studuimus, quod in Glossario Arabico-Latino, nulla etymorum ratione habita, omnes eas dictiones, in quibus minus in Grammatica exercitati haerere possent, secundum literarum ordinem explicavimus, adnotatis Grammaticae locis iis, in quibus illarum ratio exposita reperitur. Studiis eorum, qui maio-

---

بُ effert *bu*. Eundem morem sequutus est *Carey* in sua Grammatica Samscritanica. Scribit is e. c. *Sungskrit* pro *Sangskrit*.

**) Lege: *Shaikh Ahmad Bin Muhammad Scharwani ul-Yamani.*

res in lingua Arabica progressus fecerunt, paramus ampliorem textuum Arabicorum, maximam partem ineditorum, delectum, cum subsidiis interpretationis necessariis instruendum, brevi, si vitam Deus et vires concesserit, hanc Grammaticam excepturum.

Dabam Lipsiae, d. XX. Iul. MDCCCXVIII.

# CONSPECTVS LIBRI.

*Grammaticae Arabicae Liber Primus; de Scribendi et Legendi Elementis.*

CAP. I. De literis, p. 1. Nomina et Ordo Literarum, p. 4. De Figuris Literarum, p. 5. Quomodo Literas Arabicas Syri et Hebraei exprimere soleant, p. 11. De Potestate Literarum, p. 12.

CAP. II. De Divisionibus Literarum, p. 17.

CAP. III. De Vocalibus, p. 19.

CAP. IV. De Syllabis et de signis orthographicis Dschezm et Teschdid, p. 23.

CAP. V. De reliquis notis orthographicis, Hamza, Wesla et Medda, p. 27.

CAP. VI. De Tono et Accentu, p. 34.

CAP. VII. Specimina Lectionis, p. 37.

CAP. VIII. De distinctionis signis et scribendi compendiis, p. 39.

CAP. IX. De Numerorum signis, p. 40.

CAP. X. Canones de Literarum اوى natura et permutatione, p. 41.

## *Liber Secundus, de Verbo, p. 56.*

CAP. I. De Verbo in genere, p. 56. Coniugationum derivatarum forma et significationes, p. 59. seqq. Tempora et Modi p. 64.

CAP. II. De prima Verbi triliteri perfecti Coniugatione, p. 67.

CAP. III. De Quadriliteris et de Coniugationibus derivatis primae classis, Coniug. II. III. IV., p. 81.

CAP. IV. De reliquis Coniugationibus derivatis, Coniug. V—XIII. p. 83.

CAP. V. De Verbis imperfectis, et primo quidem de Verbo Surdo, seu geminante secundam radicalem, p. 88.

CAP. VI. De Verbo Hamzato; de Verbo primae radicalis أ, p. 94.; de Verbo mediae radicalis أ, p. 97.; de Verbo tertiae radicalis أ, p. 99.

CAP. VII. De Verbo primae radicalis و vel ى, p. 100.

CAP. VIII. De Verbo secundae radicalis و vel ى, p. 104.

CAP. IX. De Verbo tertiae radicalis و vel ى, p. 116.

CAP. X. De Verbo dupliciter imperfecto, p. 128.

CAP. XI. De Verbo tripliciter imperfecto, p. 136.

CAP. XII. De Verbo negandi, nec non de Verbis laudandi, vituperandi et admirandi, p. 137.

Libri Secundi Appendix, Paradigmata Verborum Perfecti et Imperfecti exhibens, p. 140.

## *Liber Tertius, de Nomine, p. 165.*

CAP. I. De Nominis Substantivi forma et specie, p. 165.

CAP. II. De Nominis Adiectivi forma et specie, p. 174.

CAP. III. De nomine diminutivo, p. 183.

CAP. IV. De Genere Nominum, p. 187.

CAP. V. De Motione Nominum, p. 191.

CAP. VI. De Numero, p. 193.

CAP. VII. De Casu, p. 212.

CAP. VIII. De Numeralibus, p. 224.

CAP. IX. De Articulo, p. 233.

CAP. X. De Pronomine, 1. Pronomina personalia, tam separata, quam affixa, p. 234. seqq.; 2. Pronomina demonstrativa, p. 239.; 3. Pronomina relativa, p. 241.; 4. Pronomina interrogativa, p. 244.

*Liber Quartus, de Particulis, p. 245.*

CAP. I. De Particulis coniunctis, p. 245.

CAP. II. De Particulis separatis; 1. Praepositiones, p. 251.; 2. Adverbia, p. 255.; 3. Coniunctiones, p. 263.; 4. Interiectiones, p. 265.

*Liber Quintus, de Syntaxi, p. 266.*

CAP. I. De Syntaxi Nominum; I. de Vsu Casuum, de Nominativo, p. 266.; de Genitivo et de Statu regiminis, p. 267.; 3. de Accusativo, p. 268. II. De Appositione, p. 270. III. De structura nominum numeralium, 1. de Cardinalibus, p. 273.; 2. de Ordinalibus, p. 284. IV. De convenientia Substantivi et Adiectivi; 1. de constructione Adiectivi epitheti, p. 285.; de constructione Adiectivi praedicati, p. 296. V. De structura Adiectivorum comparativorum et superlativorum, p. 297.; VI. De Syntaxi Nominum, qua unum regit alterum, p. 303.

CAP. II. De Vsu et Syntaxi Articuli, p. 310.

CAP. III. De Syntaxi Pronominum, I. de Pronominibus personalibus, p. 311.; II. de Pronominibus demonstrativis, p. 316.; III. de Pronominibus relativis, p. ead.; IV. de Pronominibus interrogativis, p. 323.

CAP. IV. De Syntaxi Verborum; I. De Vsu Temporum; 1. de Vsu Praeteriti, p. 325.; de Vsu Futuri, p. 329. II. De Vsu et structura Infinitivi, p. 336. III. De Vsu et structura Participiorum; 1. de Participiis activis, p. 339.; 2. de Participiis passivis, p. 342. IV. de Syntaxi Verborum transitivorum, p. 344. V. de Syntaxi Verbi كَانَ et Verborum quorundam aliorum illi similium, p. 345. VI. De Syntaxi Verborum appropinquandi et inchoandi, p. 347. VII. De Syntaxi Verborum laudandi, vituperandi et admirandi, p. 348. VIII. de convenientia Verbi cum Nomine, p. 350.

CAP. V. De Syntaxi Particularum, p. 356.

CAP. VI. De Inversione Verborum, p. 362.

*Grammaticae Arabicae Appendix, Sententias quasdam et Narrationes Arabicas, una cum Glossario Arabico-Latino continens, p. 366.*

# GRAMMATICAE ARABICAE

## LIBER PRIMVS

*De Scribendi et Legendi Elementis.*

### CAPVT PRIMVM.

#### DE LITERIS.

§. I. Arabum literae, a dextra sinistrorsum scribendae et legendae, numero XXVIII., sunt tantummodo *Consonantes*, *Vocales* exprimunt signis quibusdam, quae vel supra, vel infra literas ponunt. Literarum plerarumque figura pro loci, quem in dictione obtinent, diversitate nonnihil variat. Alia enim est initialis, quae soli sequenti; alia mediana, quae utrinque; alia finalis, quae sola praecedenti; alia denique absoluta, quae nulli annectitur. Illarum figuras, potestatem, nomina et ordinem haec tabula exhibet.

| Valor numeralis | Potestas | Figura: in fine dictionis — annexa praecedenti | Figura: in fine dictionis — non annexa praecedenti | Figura: extra finem dictionis — annexa praecedenti | Figura: extra finem dictionis — non annexa praecedenti | Nomen | | Ordo |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Spiritus lenis Graecorum, Hebraeorum א | ـا | ا | ـا | ا | أَلِفٌ | ..Elif... | 1 |
| 2 | B ב Hebraeorum | ـب | ب | ـبـ | بـ | بَآءٌ | ... Be ... | 2 |
| 400 | T ת et ט Hebraeor. | ـت | ت | ـتـ | تـ | تَآءٌ | ... Te ... | 3 |
| 500 | Th blaesum, ϑ, ת | ـث | ث | ـثـ | ثـ | ثَآءٌ | ..Thse.. | 4 |
| 3 | .....Dsch, ג ..... | ـج | ج | ـجـ | جـ | جِيمٌ | Dschim. | 5 |
| 8 | ......Hh ח....... | ـح | ح | ـحـ | حـ | حَآءٌ | ..Hha... | 6 |
| 600 | ..Ch fortius ח... | ـخ | خ | ـخـ | خـ | خَآءٌ | .. Cha... | 7 |
| 4 | .......D ד........ | ـد | د | ـد | د | دَالٌ | ...Dal... | 8 |
| 700 | D blaesum ד et ז | ـذ | ذ | ـذ | ذ | ذَالٌ | ..Dsal... | 9 |
| 200 | .......R ר........ | ـر | ر | ـر | ر | رَآءٌ | ... Re... | 10 |
| 7 | .......Z ז........ | ـز | ز | ـز | ز | زَآءٌ | ...Ze.... | 11 |
| 60 | ......S ס שׂ...... | ـس | س | ـسـ | سـ | سِينٌ | ...Sin... | 12 |
| 300 | ......Sch שׁ...... | ـش | ش | ـشـ | شـ | شِينٌ | . Schin .. | 13 |
| 90 | .......Ss צ....... | ـص | ص | ـصـ | صـ | صَادٌ | .. Ssad .. | 14 |
| 800 | ....... D d........ | ـض | ض | ـضـ | ضـ | ضَادٌ | . Ddad .. | 15 |

| Valor numeralis | Potestas | Figura: in fine dictionis, annexa praecedenti | Figura: in fine dictionis, non annexa praecedenti | Figura: extra finem dictionis, annexa praecedenti | Figura: extra finem dictionis, non annexa praecedenti | Nomen | Ordo |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 9 | ......Tt ט....... | ـط | ط | ـطـ | طـ | طَآءٌ .. Tta... | 16 |
| 900 | ........Zz........ | ـظ | ظ | ـظـ | ظـ | ظَآءٌ ..Zza... | 17 |
| 80 | ..ע Hebraeorum. | ـع | ع | ـعـ | عـ | عَيْنٌ .. Ain... | 18 |
| 1000 | ........Gh........ | ـغ | غ | ـغـ | غـ | غَيْنٌ . Ghain . | 19 |
| 90 | .......F פ........ | ـف | ف | ـفـ | فـ | فَآءٌ ...Fe.... | 20 |
| 100 | ......Kk ק....... | ـق | ق | ـقـ | قـ | قَافٌ ..Kaf... | 21 |
| 20 | .......K כ........ | ـك | ك | ـكـ | كـ | كَافٌ ...Caf... | 22 |
| 30 | .......L ל........ | ـل | ل | ـلـ | لـ | لَامٌ ..Lam.. | 23 |
| 40 | .......M מ....... | ـم | م | ـمـ | مـ | مِيمٌ ..Mim.. | 24 |
| 50 | .......N ן........ | ـن | ن | ـنـ | نـ | نُونٌ ..Nun.. | 25 |
| 5 | .......H ה....... | ـه | ه | ـهـ | هـ | هَآءٌ ...He... | 26 |
| 6 | .......W ו....... | ـو | و | ـو | و | وَاوٌ ..Vau... | 27 |
| 10 | ........I י........ | ـى | ى | ـيـ | يـ | يَآءٌ ...Je.... | 28 |
| | ........La ........ | ـلا | لا | ـلا | لا | لَامْ أَلِفْ Lam-Elif | |

*Nota.* Literam Arabes حَرْفٌ Alphabeti literas generatim حُرُوفُ ٱلْهِجَاءِ vocant.

II. Nomina literarum *τεχνικὰ* sunt, ut apud nos Be, Ce, El, Em, Ix, Zet etc. Quodsi quaedam aliud etiam significant, casu sunt aequivoca. Sic بَآءٌ notat *coitum*, جِيمٌ, *camelos libidinosos*, nec non *vestem sericam auro intextam*, عَيْنٌ *oculum* etc. Declinantur nomina illa literarum Arabibus more reliquorum nominum, unde terminationem *on* in Nominativo adsciscunt, quam nos brevitatis causa non expressimus, ut ipsi quoque Arabes in recitatione Alphabeti sui eam negligunt. *Eliph* quoque *Hamza* vocatur; ratio post patebit.

III. Ordo quo in tabula literae sunt positae, est Arabum Orientalium, id est, Asiaticorum et Aegyptiorum. Occidentales, seu Mauri, paullo alium observant, videlicet

ا ب ت ث ج ح خ د ذ ر ز ط ظ ك ل م ن ص ض ع غ
ف ق س ش ه و لا ى

Olim apud utrosque alius obtinuit, qui etiam numeris denotandis inservit (vide columnam ultimam superioris tabulae), et octo fictis vocabulis vulgo exprimitur; apud illos, Asiaticos, idem, qui apud Hebraeos, hoc modo:

أَبْجَدِ هَوَزِ حَطِي كَلَمَنَ سَعْفَصَ قُرِشَتْ
ثَخَذْ ضَظَغْ

Apud Mauritanos paulo alius τοῦ *Abudsched* (quasi dicas *A b c*) est ordo, in hunc modum:

أَبْجَدِ هَوَزِ حَطِي كَلَمَنَ صَعَفَصَ قُرِشَتْ ثَخَذْ ظَغَشْ

Literae duae et viginti priores alphabeti arabici sic dispositae, sunt eaedem quae Hebraici et Syriaci, eodemque ordine in iis sequuntur. Videntur Arabes antiquitus nonnisi duas et viginti illas literas habuisse, ut Hebraei et Syri, sex reliquae, quibus vocabula duo postrema formantur, serius additae esse. Sane Achmed Ibn-

Ioseph *) refert, apud priscos Arabes dies sex priores hebdomadis sex prioribus fictorum illorum nominum literarum esse nuncupatos; unde colligi potest, duo postrema nomina, adeoque literae, quibus formantur, illis fuisse ignota; alioquin ad designandum septimum diem septimum aut octavum illorum nominum adhibitum fuisse credibile est. Sed diem septimum, sive Veneris, vocarunt عَرُوبَة *Arubah.*

## DE FIGVRIS LITERARVM.

IV. Figvrae literarum Arabicarum olim non eaedem, quae hodie, fuerunt. Quis primus inter ipsos scribere inceperit, Arabes ipsi ignorare fatentur. Vetustissima, cuius mentionem faciunt, *scriptura* est *Hamyarensium*, sive, ut a Graecis Latinisque vocantur, *Homeritarum*, qui a *Cachtane*, sive *Joctano* ortum duxerunt, et ultra MM annos ante Mohammedem Arabiam felicem tenuerunt. Quale autem illud scripturae genus fuerit, hodie plane ignoratur, quum nulla illius reliquiae supersint. Videtur usque ad Mohammedis tempora in usu fuisse. Tum autem successit aliud scripturae genus, *Cuficum* appellatum, a *Cufa* (كُوفَة), urbe Iracae sive Chaldaeae ad Euphratem sita, quod ibi vel primum inventum, vel magis excultum esset. **) Literae cuficae formatae sunt e Syriacis antiquis, quas στρόγγυλας, i. e. rotundas vocant. Crassae sunt, stilo, vel calamo non fisso scriptae, spatiosae, angulatae, rubrisque punctis, interdum flavis, loco vocalium ornatae. Hoc scripturae genus floruit per CCC annos, licet in numis, et in quibusdam monumentis sepulchrorum usque ad septimum post Mohammedem seculum, atque in titulis librorum Africanorum ad

*) In Ed. Pocockii *Specim. Hist. Arab.* p. 317. edit. vet., p. 308. edit. nov. Oxon. 1806.

**) J. G. C. Adler *Descriptio Codd. quorundam Cuficorum* etc. *praemittitur disquisitio de arte scribendi apud Arabes*, Alton. 1780. 4.

hunc usque diem perduraverit. Quum autem scriptura Cufica propter rudes literarum figuras, et ob ingentem, quam postulabat, librorum molem molesta fuerit et minus pulchra, Arabes, venustatis scriptionis amantissimi, volubiliorem atque elegantiorem eam efficere certatim studuerunt. Qua ratione, ut e Syriacis Cuficae, ita ex his iterum literae Arabicae recentes enatae sunt, quae نَسْخِيّ *Neskhi* (نَسَخَ *descripsit librum*) vulgo vocantur. Hoc scribendi genere ab ineunte seculo quarto aerae Mohammedicae, i. e. undecimo nostrae aerae, in Corani exemplis aliisque libris scribendis usi sunt Arabes. Eodemque literarum charactere apud nos libri Arabici excuduntur. Ex eo paullatim ortae sunt plures scribendi formae, literarum ductibus ornamentisque distinctae. Veluti forma دِيوَانِي, *Divani*, qua principum codicilli et diplomata scribuntur, formae يَاقُوتِي *Jacuti* et رَيْحَانِي *Rahhani*, sic dictae ab auctoribus suis, Jakut et Rahhan, qui ad maiorem scripturae venustatem peculiares quosdam literarum ductus et nexus, suo quisque modo, excogitarunt. Scripturae genus ثُلُثِيّ *Scholoschy* dictum in titulis librorum et diplomatum adhiberi solet; habetque se ad *Neskhi*, ut maiusculi illi characteres Latini, quibus librorum tituli apud nos excudi solent, ad characteres communes; literae enim eaedem sunt, quae *Neskhi*, sed multo maiores et pinguiores, mireque elegantibus ductibus cohaerentes. *)

V. Quum literae Arabicae omnes, praeter hasce sex, ا د ذ ر ز و sequenti in eadem dictione inter scribendum annectantur, et in fine liberiore ductu protrahantur; eiusdem literae, ratione connexionis et situs, plures ortae sunt figurae, quae in tabula (§. I.)

*) Exempla variorum Arabicae scripturae generum praebet NIEBUHR *Descript. Arab.* Tab. XIII., MURADGEA D'OHSSON *Descriptio regni Osmanici* T. I. Tab. III. IV. vers. germ., HERBIN *Développemens des principes de la langue Arabe moderne* Tab. III—IX., SILVESTRE DE SACY *Grammaire Arabe* T. I. Tab. I—VII.

ita sunt propositae, ut prima columna eas, quae initio dictionum, et in medio post sex illas illigabiles, secunda, quae in medio post ligabiles, reliquae duae, quae in fine, prior quidem post illigabiles, posterior vero post ligabiles usurpantur, exhibeat. Separatim exprimendae figura finali illigabili pinguntur.

*Eliph* ا τῷ *Lam* ل subiungendum peculiare quiddam habet: nam aut separatim illi apponitur et quasi cadens includitur, sic: لا, idque tum maxime, cum ل praecedenti literae annectitur (ut بلا); aut cum illo in unum coalescit, hoc modo: لا, quum ل non cohaeret cum praecedente. Istae literae sic coniunctae nomine composito vocantur *Lam-Elif*, ac si una essent.

Literae ligabiles saepe, praesertim in codicibus manuscriptis, iis quae antecedunt aut sequuntur ita connectuntur, ut earum figurae a supra positis nonnihil differant, et a tironibus aegre dignoscantur. Eos connectendi modos, qui typis repraesentari possunt, sequens tabella exhibet.

بجـ Be et Dschim.

بحـ Be et Hha.

تجـ Te et Dschim.

تمـ Te et Mim.

حجـ Hha et Dschim.

ححـ Hha et Hha.

جمـ Dschim et Mim.

حه Hha et He.

حمل Hha Mim et Lam.

ذه Dsal et He.

ره Re et He.

سمح Sin, Mim et Hha.

صحـ Ssad et Hha.

طحـ Tta et Hha.

عجـ Ain et Dschim.

ـعحـ Ain praecedenti literae adnexum et Hha.

عح Ain et Hha finale.

عمـ Ain et Mim.

عمر Ain, Mim et Re.

فحـ Fe et Hha.

ـفجـ Fe praecedenti literae adnexum et Dschim

ـفح Fe praecedenti literae adnexum et Hha.

فمح Fe, Mim et Hha.

فهـ Fe et He sequenti literae adnexum.

كا Caph et Elif.

كما Caph, Mim et Elif.

كه Caph et He.

لح Lam et Hha.

لمـ Lam et Mim sequenti literae adnexum.

لم et لم Lam et Mim finale.

لمح Lam, Mim et Hha.

له Lam et He.

لحج Lam, Hha et Dschim finale.

لحجـ Lam, Hha et Dschim sequenti literae adnexum.

مما Mim, Mim et Eliph.

مي Mim et Je.

نح Nun et Hha.

نحج Nun, Hha et Dschim.

نحي Nun, Hha et Je.

هح He et Hha.

هم He et Mim.

هما He, Mim et Elif.

VI. 1. Plures literae, ut ب ت ث ج ح خ ط ظ etc. solis quibusdam punctis diacriticis vel additis vel absentibus distinguuntur, quae Arabibus نُقَط *puncta* dicuntur, in numero unitatis نُقْطَة. Quum vero puncta illa diacritica a librariis haud raro vel plane omittantur, vel male ponantur, scriptura exsurgit lectu et intellectu difficillima, praesertim in nominibus propriis. Hinc, ubi nominis alicuius proprii scriptionem et pronunciationem accurate indicare volunt, ne lector anceps haereat, figuris literarum, quibus nomen est compositum, praeterea apponunt illarum nomina. Nec tamen haec errorem cavendi ratio sufficit, ubi duarum literarum tam nomina quam figurae solis punctis diacriticis distinguuntur, quales *Re* ر et *Ze* ز, *Ssad* ص et *Ddad* ض; tum enim librarius aeque facile tam in nomine, quam in figura literae scribendae errorem committere potest. Tali in casu non solum literae nomen apponitur, verum, si duarum literarum, quibus communes sunt

ductus, altera uno aut pluribus punctis diacriticis insignitur, altera vero non item, nomini illius literae, quae puncto diacritico caret, additur epitheton مُهْمَلَةٌ, *puncto destituta*, illa vero, quae unum aut plura puncta diacritica habet, vocatur مُعْجَمَةٌ *puncto* inferne aut superne *notata*.

2. Literae hae quatuor, ب, ت, ث et ي, quae omnes punctis diacriticis insigniuntur, quorumque tam nomina quam figurae nonnisi numero et positu illorum punctorum discernuntur, designantur, ne facile invicem permutentur, hoc modo:

ب appellatur مُوَحَّدَةٌ *unico puncto notatum.*

ت ——— مُثَنَّاةٌ مِنْ فَوْقِهَا *duobus punctis superne notatum.*

ث ——— مُثَلَّثَةٌ *tribus punctis notatum.*

ي ——— مُثَنَّاةٌ مِنْ تَحْتِهَا *duobus punctis inferne notatum.*

ي nonnumquam et آخِرُ حُرُوفٍ *ultima literarum* alphabeti dicitur.

VII. Utuntur Arabes notis nonnullis aliis, quibus cavere student, ne literae figura sibi similes inter se confundantur. Talis est illa quam literis س ر د superponunt, significantes debitam punctorum absentiam, hoc modo, سٚ رٚ دٚ, ut distinguantur a ش ز ذ. Reliquis literis interdum apponuntur inferne eaedem, ductibus paulum diversis, minori ut plurimum forma, ut in his: رَحْمَة, شَعْب. Idem subinde τῷ س contingit, cui et eadem de causa interdum tria puncta subiiciuntur, hoc modo س. Ita τῷ He finali aliud interdum aut superponitur, aut inferne appingitur, indicans absentiam punctorum, quibus saepe insignitur; de quo postea.

VIII. Figurae finales literarum ف ق ن et ي in codicibus manuscriptis haud raro punctis suis destitutae sunt, quod eae non

facile inter se confunduntur. Et in ں et ى quidem ratio est evidens. Quod ad reliquas duas, observandum est, *τὸ* ف basi lineae incumbere debere, ductum rotundum vero, quo *τὸ* ق terminatur, infra lineam protrahendum esse. Quod tamen minime in omnibus libris impressis servatur.

IX. Pleraeque figurae basi lineae incumbunt, et supra eam elevantur, praeter و ع ز ر, et finales protractas, quarum ductus maximam partem infra lineam deprimuntur. Hinc ـخـ ـحـ ـجـ annectendae iis literis quae ductum suum in basi lineae terminant, ne ipsae deprimantur, eas, cumque iis saepe alias, connexas elevant, ut تَجْرِبَةٌ *experientia*, أَلْبَحْرُ *mare*, حَجَرٌ *lapis*.

X. Africae occidentalis Arabes, sive Mauri, *τὸ* ق unico tantum puncto superne insigniunt, hoc modo ڧ ـڧـ ڧـ; *τῷ* ف *Fe* vero, ut ab illo differat, suum apicem subiiciunt, in hunc modum ڢ ـڢـ ڢـ: qua quidem nota certo dignosces codices eorum ab iis qui in Oriente exarati sunt. Praeterea ج ق et ك nonnumquam tribus punctis vel superne vel inferne positis pingunt, ڃ ڨ ڭ; tum eae literae pronunciandae sunt sicut nostrum g in *Gott*, *gut*, sive Gallicum g in *gateau*, *gain*. Quod potissimum locum habet in vocibus e lingua aliqua peregrina mutuatis, qualis est ڭَرَّةٌ *guerre*.

XI. Literis, quas *maiusculas* sive *capitales* nos vocamus, ad distinguenda nomina propria hominum aut locorum, Arabes non utuntur. *) Inscriptiones tantum singularum libri partium, aut capitum literis forma nonnihil maiori, quam quibus libri textus scriptus est, exarare solent.

---

*) Nomen أَللّٰهُ tamen ita scribere solent, ut Eliph, quo illud incipit, reliquis eiusdem literis altior sit.

XII. Ut omnes in eadem pagina lineae eandem longitudinem habeant summopere curant Arabes. Cum in fine lineae non satis spatii superest ad exarandam vocem integram, pars excedens vulgo supra exaratur; fere: ق أَلْحَيَاءُ يَمْنَعُ ٱلرِّزْ *verecundia prohibet largitionem.* Plerumque tamen ubi dictionem aliquam integram linea prope ad finem perducta non capit, tota initio sequentis lineae reservatur, et ad lineae complementum praecedentis dictionis vinculum aliquod producitur in hunc modum: فِي ٱلْبَدْءِ كَانَ ٱلْكَلِمَـــةُ *in initio erat Verbum.* Quae vinculi productio in principio aut medio lineae etiam interdum adhibetur ornatus gratia; maxime in trito illo:

بِسْمِ ٱللّـٰـهِ ٱلرَّحْـمٰـنِ ٱلرَّحِـيـمِ

*In nomine Dei miseratoris misericordis.*

In Manuscriptis Cuficis et Mauritanis haud raro voces in fine linearum ita dissectae reperiuntur, ut literae nonnullae in sequenti linea ponantur; quod tamen in libris qui typis sunt excusi, numquam fieri solet.

## QUOMODO LITERAS ARABICAS SYRI ET HEBRAEI EXPRIMERE SOLEANT.

XIII. Solent Arabes Christiani et Iudaei odio Mohammedanorum pleraque sua quae ad religionem spectant scripta Arabica alio charactere consignare; illi quidem Christiano, id est, Syriaco, hi vero Iudaico, id est, Hebraeo. Ac tum literas ض et ظ more Arabum formant ab affinium figuris apposito puncto, in hunc modum צ̇ ض et ט̇ ظ; خ autem et غ a Caph et Gimel, Iudaei quidem superscripto Raphe, hoc modo: כ̄, ג̄, quibus ג̇ est ج, et פ̇ ܦ. Syri vero subscripto puncto, sed soli Caph, ܟ̣; nam Gimel manet nudum; cui ut repraesentet ج punctum inscribitur, hoc modo ܓ̰

Literis autem ٮ et ذ exprimendis Syri ܬ et ܕ, id est figuras τῶν تد nullo constituto discrimine etiam adhibent; secus Iudaei, qui has cum Dagesch, sic: דּ et תּ, illas cum Raphe, in hunc modum: דֿ תֿ exprimunt, ut tale sit horum Alphabetum Arabicum:

ا ب ت ث ج ح خ د ذ ر ز س ش ص ض ط ظ ع غ ف ق

א ב ת תֿ ג ח חׄ כֿ ד דֿ ר ז ס שׁ צ צׄ ט טׄ ע גֿ פֿ ק

ك ل ن ه و ى ۞ *)

כ ל נ ה ו י

## DE POTESTATE LITERARVM.

XIV. Potestas literarum in pronunciatione est ea, quam in Tabula (§. I.) convenientibus aliarum linguarum characteribus expressimus, quod in nonnullis commode satis fieri potuit, in pluribus vero exacte reddendis maxima fuit difficultas. Quare, quum et hae ipsae literae, quibus Arabicas referre debuimus, a diversis nationibus diverse pronuntientur, ne studiosum Lectorem hac in parte a nobis quicquam desiderare patiamur, uberiore declaratione singulas persequemur.

1) ا *Elif* cum *Hamza* ء vel superposito vel subscripto (de quo signo infra §. XLV. plura), non est vocalis, sed levis aspiratio, ut hiatus ille, qui inter duas vocales concurrentes locum habet, qualis est spiritus lenis Graecorum, aut Gallorum *h* non adspiratum in vocibus *habit, homme, histoire.* Unde aure non percipitur, nisi una cum vocali, quacum effertur. Est tamen, ubi ا paulo fortius pronunciando est notandum; veluti voces يَسْأَلُ, قُرْآنٌ, non hoc modo efferre licet: *ya-salo, ko-ranon,* sed ita potius sunt efferendae, ut vera syllabarum distinctio auditu percipiatur: *yas-alo; kor-anon.*

*) Quomodo Arabica Aethiopicis et Amharicis literis exprimi soleant, vid. in Jobi Ludolfi *Grammat, Aethiop.* p. 183.

2) ب *Be* profertur non secus ac *b* Latinorum. Carent Arabes litera *p*, eique substituunt, quantum fieri potest, literam *b*.

3) ت *Te* obtinet valorem literae *t* molliter prolatae, ut in *tuus*.

4) ث *Thse* pronuntiatur ferme ut Graecorum ϑ et *th* Anglorum, interposito videlicet linguae mucrone inter utramque dentium seriem ita ut sonet *s* blaesum. Vulgo tamen Arabes hanc literam a praecedente parum aut nihil pronunciando distinguunt, ut utraque *t* sonet. Persae et Turcae ث pronunciant ut Gallorum *ç*. In codicibus manuscriptis ت et ث saepenumero invicem confunduntur.

5) ج *Dschim* sonat ut Italorum *g* ante *i* in *giardino*. Aegyptii tamen hanc literam pronuntiant ut Germani *g* in *Gott*, *gut*, aut Galli in *garder*.

6) ح *Hha* est ex difficilioribus, imo forsan Europaeis omnium difficillima, pronuncianda cum maxima adspiratione, quae eliciatur ab ea parte, quae dividit guttur a pectore, seu ab imo gutturis, et initio pectoris; habet eundem sonum, quem quis magno frigore correptus ambas manus simul fricando elicit, *ahhh*. Non est confundenda huius literae pronunciatio cum sono literae ه *He*, quae cum adspiratione quidem pronunciatur, sed plane diversa a literae ح adspiratione. *)

7) خ pronunciatur uti χ Graecum, seu potius ut Germanicum *ch*, si vocalem *a* sequitur, maiori tamen cum vehementia, elicito eius sono e media gutturis parte, cum uvae faucium tremulatione, quasi cum litera *r* mixto; ad amussim congruit cum sono, quem ad spuendum se praeparans elicit, uti *chrr*. **)

8) د *Dal* est *d* lenis Latinorum et Germanorum.

9) ذ *Dsal* pronuntiatur ferme sicut δ Graecum, interposita

*) Usi sumus verbis Ant. Arydae *Institt. Grammat. Arab.* p. 9.

**) Aryda l. c.

(uti in ث) linguae extremitate inter utramque dentium seriem, ita tamen, ut sonet *z* blaesum, *ds*.

10) ر *Re* sonat ut *r* in linguis Europaeis.

11) ز *Ze* convenit cum ζ Graecorum et *z* Germanorum.

12) س *Sin* est Latinorum et Germanorum *s*.

13) ش *Schin* sonat ut Germanorum *sch* et Gallorum *ch* in *chapeau*, *chien*, *chou*.

14) ص *Ssad* valet *s*, sed fortius pronunciandum quam س. Vulgo tamen utraque litera uno eodemque ferme modo enuntiatur. Imo et in scribendo duae hae literae invicem permutantur. Ita صراط et سِرَاط notat *viam*.

15) ض *Ddad* pronuntiatur ut *d* fortius prolatum.

16) ط *Tta* valet *t*, sed fortius enunciandum quam ت.

17) ظ *Zza* profertur ut *dz*, fortius quam ذ.

18) ع *Ain* pronunciatur a medio gutture, quod fortiter comprimendum est, trudendo eius infernam partem contra supernam, ut audiatur idem sonus, in quo cessat ovium balatus, videlicet *maa*. *)

19) غ *Gain* habet sonum latinarum coniunctarum *gh* e gutture prolatarum, ita ut literam *r* immixtam credas, quae tamen vix sentiri debet.

20) ف *Fe* convenit cum Latinorum et Germanorum *f*.

21) ق *Kaf* ut *k*, sed ita pronunciatur ut eius sonus e gutture eliciatur et fortiter exprimatur. Arabes Mascatenses et Maroccani hanc literam haud raro cum غ confundunt.

22) ك *Caf* est Germanorum *k* lenius, vel Gallorum *qu* in *queue*, *qui*.

23) ل *Lam* haud differt a sono literae *l* linguarum occidentalium.

---

*) Aryda p. 10.

24) م *Mim* valet nostrum *m*.

25) ن *Nun* si vocalem proxime praecedit, plane cum nostra *n* convenit, eodemque modo sonat immediate ante literas gutturales ه غ ع خ ح ا, inque eius indicium in codicibus manuscriptis accuratioribus superne insignitur Nun rubro. Grammatici id vocant إِظْهَارٌ *manifestationem*, i. e. pronuntiationem claram et distinctam. Ante ceteras vero literas sonum variat. (1) Ante literas ك ق ف ظ ط ض ص ش س ز ذ د ج ث ت habet sonum nasalem *ng*, ut Gallorum *n* in *entrer*, cuius soni nota in codicibus valde accuratis est ح *Hha* superscriptum, et rubedo puncti τοῦ *Nun*. Vocatur haec pronuntiatio a Grammaticis إِخْفَآءٌ *occultatio*, i. e. obscurior pronuntiatio. Hinc أَنْزَلَ sonat non *anzala*, sed *angzala*, demisit, مِنْ طِينٍ non *min tînin*, sed *ming tînin*. Ante ق autem et ك sonus iste nasalis τοῦ ن fortior est et vehementior, quod indicat punctum τοῦ Nun rubrica triplicatum. (2) Ante ب Nun sonat ut *m*, idque indicat م *Mim* rubrum ei superscriptum, ut عَنْبَرٌ non *anbaron*, sed *ambaron*, ambra, مِنْ بَيْتٍ non *min baiten*, sed *mim baiten*, e domo. Vocatur hic pronunciandi modus قَلْبٌ *conversio*. Sic Latini et Graeci *n* ante *b* in *m* mutant, ut *imbibo*, *imberbis*, pro *inbibo*, et *inberbis*, atque ἐμβάλλω, σύμβολον pro ἐνβάλλω, σύνβολον. (3) Quodsi ن praecedit aliud Nun, aut literas ي و م, non distincte enunciatur, sed auditur tantum sonus nasalis, duplicata simul sequente litera, quemadmodum Graeci pro σύνμαχος dicunt σύμμαχος, et Latini *immiscere* pro *inmiscere*. Hanc pronunciationem Grammatici vocant إِدْغَامٌ بِغُنَّةٍ *insertionem cum sono per nares edito*. Si autem Nun in medio vocis ante و vel ي locum tenet, ut in قِنْوَانٌ et دُنْيَا, servat sonum suum naturalem. (4) Quando Nun

immediate post se habet ن aut ل, plane non auditur, sed accipit sonum proxime sequentis literae, sive, ut aliis verbis idem dicamus, ن aut ل duplicatur, et signo duplicationis تَشْدِيد *Teschdid* dicto (de quo infra §. XXXIX.) notatur. Ita مِنْ رَبِّ legitur non *min rabben*, sed *mirrabben*, a domino; et مِنْ لَيْلٍ non *min lailen* sed *millailen*, a nocte. Sic Latini et Graeci *illicitus, immunis, ἐλλείχω, ἐμμένω*, dicunt pro *inlicitus, inmunis, ἐνλείχω, ἐνμένω*. Vocatur hoc إِدْغَام بِلَا غُنَّة *insertio sine sono per nares edito*. Sex illae literae, ante quas Nun sonum suum naturalem mutat, comprehenduntur vocabulo technico لُومِير sive لَوْ مِيرْ.

In codicibus manuscriptis in usum eorum qui Coranum in Oratoriis praelegunt exaratis varii literam Nun pronunciandi modi hisce indicantur notis, quae atramento rubro super ن pingi solent. *Manifestatio* indicatur per ن parvum, *occultatio* per خ, *conversio* per م, *insertio cum sono per nares edito* غ una cum Teschdid (ّ) literae sequenti imposito, et *insertio sine sono per nares edito* per duas literas لغ una cum Teschdid sequenti literae imposito.

26) ه *He* leni aspiratione pronunciatur, ut *h* Germanorum. Sed in fine nominis, cum duo puncta superposita habet (ـة ة), sonat ت *t*.

27) و *Vau* pronunciandum sicut *u* Germanorum, sive *ou* Gallorum. Turcae et Persae efferunt hanc literam ut Germanorum *w*, sive Gallorum *v*.

28) ى *Je* ante vocales habet sonum Germanici *j* in *bejahen, jagen, je*. Si vero consonantem sequitur, valet Germanorum et Latinorum *i*.

Literae ص, ض, ط, ظ et ق vocantur *emphaticae*, oppositae

*lenibus*, س, د, ت, ز et ك. Illae multo maiori cum emphasi sunt pronunciandae, quam lenes, pleno videlicet ore, mucronem linguae, in duabus praesertim literis ض et ط, initio palati fortiter sistendo, atque intimam oris partem, guttur versus, dilatando.

# CAPVT SECVNDVM
## DE DIVISIONIBVS LITERARVM.

XV. Dividuntur literae Arabicae multifariam, ratione videlicet pronunciationis, roboris, affinitatis, officii et societatis.

XVI. Ratione *pronunciationis* dividuntur 1) in *Gutturales* (حَنْجَرِيَّةٌ) quae nullum certum linguae situm, aut labiorum motum requirunt, sed in ipso gutture efformantur, suntque ا ح خ ع غ ه. 2) *Labiales* (شَفَوِيَّةٌ), quae labiorum opera pronuntiantur, ب، ف، م، و. 3) *Palatinas* (لَهَوِيَّةٌ), quae efferuntur mucrone linguae inferius palatum tangente, et interiori eius parte superius palatum pulsando sonos distinguente, suntque ج، ق، ك، ي. 4) *Dentales*, quae proferuntur mucrone linguae tangente superiores dentes vel interne (نِطْعِيَّةٌ), ط، ت، د، vel inferne ث ذ ظ، (لِثَوِيَّةٌ), 5) *Linguales* (لِسَانِيَّةٌ, et أَسَلِيَّةٌ), quae proferuntur mucrone linguae superius palatum mobiliter tangendo, suntque ض ص ش س ز ر *).

XVII. Ratione *roboris* dividuntur literae in *debiles* (حُرُوفُ الْعِلَّةِ) quae inter pronunciandum interdum enervantur, sonoque

*) Plures alias literarum divisiones ratione pronunciationis commemoratas et expositas reperies in Tractatu quodam arabico ab Ill. Silv. de Sacy edito una cum versione Gallica doctisque annotationibus in *Notices et Extraits de Manuscrits de la Bibliotheque impériale* T. IX. p. 3. seqq.

proprio omisso alii inserviunt, ي و ا, et *robustas*, quibus id non accidit, quales reliquae omnes.

XVIII. Ratione *affinitatis* literae dividuntur in *permutabiles*, quae facile invicem commutantur, quales eae fere omnes sunt, quae eiusdem sunt organi, itemque ض et ظ, et longe frequentissime *debiles*, ي و ا, et *impermutabiles*, quae non permutantur invicem, ut pleraeque aliae.

XIX. Ratione *officii* dividuntur in *radicales* (أَصْلِيَّةٌ), quae radicem ipsum, seu primum thema constituunt, et *auctrices* (زَوَائِدُ), sive *serviles*, quae derivatis formandis et accidentibus radici inducendis haud raro inserviunt, et vocibus technicis يَتَسَمَّنُوا بِتِلْكَ, comprehenduntur; reliquae omnes sunt radicales. Ceterum literae serviles possunt quoque themata sive radices formare, radicales vero numquam iis usibus, quibus auctrices, sive serviles, possunt inservire; nisi quod د et ط interdum pro ت servili veniant, ut infra, ubi de Verbo agemus, videbimus.

XX. Ratione *societatis* literae in *compatibiles*, quae mutuo se in eadem dictione consequi possunt, et *incompatibiles*, quae coniungi recusant, dividuntur. *Incompatibiles* sunt 1) Gutturales, Eliph excepto, ح خ ع غ ه; interdum tamen ه τῷ ع subiungitur, ut in nomine عَهْدٌ *foedus*. 2) Literae labiales ب ف م. 3) Neque coniungi solent

| | |
|---|---|
| ث cum literis ت س ص ض ط ظ; | ز cum literis ص ض ظ; |
| ح cum literis ع ق ك; | س cum literis ص ض; |
| خ cum literis ظ ق ك; | ش cum ض; |
| د cum ذ; | ص cum literis ض ط ظ; |
| ذ cum literis ص ض ط ظ; | ض cum literis ط ظ; |
| ر cum ل; | ط cum literis ظ ك; |

ط cum literis ق غ;
غ cum literis ك ق;
ق cum ك;

ل cum ن, si لَن *nequaquam*, et
عَلَن *manifestavit* exceperis.

Quod vero literas hic descriptas non se proxime in eadem voce sequi solere diximus, ita intelligendum est, eas non ut *radicales* coniunctas reperiri, nam illae, quae *serviles* vocantur (§. XIX.), cum unaquaque litera concurrere possunt, ut بِفِضَّةٍ *argento*, لِرَبٍّ *domino*, كَقَوْلِكَ *ut si dicas*. Huius observationis de literis *incompatibilibus* usus est ad codices qui puncta literarum diacritica non accurate adpicta habent, melius legendos, ad corrupta restituenda, ambigua determinanda, et denique vocabula arabica a barbaris discernenda. Sic concursus literarum ر et ل in nomine وَرَلْ, quo *lacerta Nilotica* Linn. designatur, arguit, illud non esse origine arabicum.

XXI. Praeterea dividuntur literae in *solares* et *lunares*. *Solares* (شَمْسِيَّةٌ) appellantur literae ت ث د ذ ر ز س ش ص ض ط ظ ل ن. Nomen acceperunt inde quod unâ illarum, ش, nomen arabicum *solis*, شَمْس incipit. Reliquae literae nomine *lunarium* (قَمَرِيَّةٌ) comprehenduntur, quod una ex illarum numero, ق, nomen قَمَرْ *luna* inchoat. Usus huius divisionis patebit infra (Cap. IV.), ubi de mutata quarundam literarum pronunciatione ob duplicationis signum (*Teschdid*) agemus.

---

# CAPVT TERTIVM
## DE VOCALIBVS.

XXII. Literis arabicis, quae, ut vidimus, omnes sunt Consonantes, ut detur sonus, applicant illis Arabes superne vel in-

ferne, loco Vocalium, signa quaedam, quae أَلْحَرَكَاتُ *motiones* vocant, quod per illa Consonantes motae sonum edunt. Illae autem Vocalium notae *figurâ* sunt *duae*, *numero tres*, *virtute quinque*. Animadvertendum praeterea, Vocalem sonare non nisi *post* Consonantem, supra vel infra quam posita est illius nota. Vocalium notas uno conspectu haec exhibet tabella.

| *Nomen* | | *Figura* | *Potestas* |
|---|---|---|---|
| Fatha | فَتْحَةٌ | بَ | *a*, *ae*. |
| Kesre | كَسْرَةٌ | بِ | *e*, *i*. |
| Dhamma | ضَمَّةٌ | بُ | *o*, *u*. |

Literae ب singulas adiecimus, ut una opera situm earum indicaremus, quo solo duae priores discernuntur: utraque enim lineola est, apud Orientales quidem a dextra sinistram versus descendens, ut supra comparent; apud Occidentales vero prorsus iacens, hoc modo بَ بِ. Cur interdum perpendiculariter pingatur in hunc modum ـٰ, infra fiet manifestum.

XXIII. *Fatha* ـَ Arabes cultiores in Syria semper et ubique efferunt ut *a* purum. Aegyptiis vero ceterisque Arabibus post plerasque Consonantes sonat obscurius, *ae* (ut Gallorum *ai* in *faire*) sive *e* productum, praesertim in lingua vulgari. Erpenius docet, Fatha valere *a* clarum, cum ponitur supra ultimas dictionum literas, aut supra literas خَصَضَ طَظَغَعَ, ut in sequenti exemplo liquet:

خَلَقَ ٱللّٰهُ ٱلْعَالَمَ وَكُلَّمَا فِيهِ وَهُوَ لَا خُلِقَ مِنْ أَحَدٍ

*Chalaka 'l laho 'l alema wacollama fihi, wahua la cholica min ahadin*, id est: creavit Deus mundum et quidquam in eo est, ipse autem non est creatus a quoquam; alias illud nunc *a* clarum, nunc cum *e* mistum sonare. Hoc tamen ut certum et constans tenendum, vocalem Fatha, cum proxime praecedit literam Eliph

nulla vocali instructam, ab omnibus Arabibus, etiam in sermone communi, pronunciari ut *a* purum et quidem productum, ut كَانَ *câna*, fuit. כון

XXIV. *Kesre* ـِ nunc *i* nunc *e* pronunciatur; *i*, si literam ي proxime praecedit, nec non in fine vocis, ut فِي ٱلْعِيدِ, *fil-aidi; e* vero literae initiali et mediae adscripta et in syllaba Genitivi causa duplici Kesre signata, ut in hoc exemplo: بِٱنْتِصَارٍ, *bentesâren*. Sed ultimae literae vocis, quae pronomen affixum habet, apposita pronunciatur *i*; hinc لَبَيْتِكَ non legendum *lebaiteka*, sed *lebaitika*, quum تِ hic sit ultima vocis, et كَ suffixum.

XXV. *Dhamma* ـُ initiali et mediae superposita sonat *o*, ut أُنْصُرْ *onsor*, nec non si in fine vocis duplicatur ad designandum Nominativum, ubi post eam *n* auditur (qua de re infra plura), ut أُسُدٌ *osodon*. Si vero eam proxime وْ quiescens sequitur, aut si literae ultimae vocis imposita est, legitur *u*; ut أَلْأُسُدُ *alosudu*. Eodem modo pronuncianda in fine vocis, cui suffixum est additum, ut كِتَابُهُ, *ketabuhu* liber eius, ubi بُ est ultima nominis litera.

*Nota*. Observant praeterea Arabum Grammatici, *) Vocales istas duplicem habere sonum, *lenem* et *emphaticum*. *Lenem* esse lenius, quam sonant Vocales latinae, deprimendo nempe vocem in illo eliciendo, eamque attenuando; *emphaticum* vero pronunciandum esse cum maxima emphasi pleno ore, intimam videlicet oris partem, guttur versus, dilatando, ita ut duplo fortius sonet, quam Vocalis latina. Tali cum sono emphatico pronunciandas esse literas ق ظ ط ض ص, quae oppositae sunt lenibus ك ز ت د س. Emphaticis adnumerantur etiam litterae غ ع ر خ ح, quae tamen lenes oppositas non habent.

*) *Aryda* Institt. Gramm. Ar. p. 3.

XXVI. Signa Vocalium, quae supra exhibuimus, si Coranum, carmina, et pauca alia, accuratius scribenda excipias, quibus illa sedulo appinguntur, in vulgaribus scriptis fere omitti solent, et iis tantum vocibus adscribi, quarum significatus, vocalibus non indicatis, ambiguus foret.

XXVII. Cave putes in sermone vulgari Vocales singulas semper et ubique tam clare et distincte pronunciari, ut Grammatici praecipiunt. Prima praesertim vocum Vocalis, quaecunque demum ea sit, tam correpte efferri solet, ut *e* brevissimum audire putes. Ultimae vocum vocales si flexionem grammaticam indicant raro audiuntur in sermone vulgari. Sic vocabula كِتَابُ, كَتَبَ, مُنَاصِرِ, *ketâbu, cataba, monâseri*, vulgo sonant *ctab, ctâb, mnâser.*

XXVIII. Cum Vocales post se habent literas ا, و ی, earum pronunciatio producitur, unde حُرُوفُ ٱلْمَدِّ *literae protractionis* appellantur. Et *Fatha* quidem ante ا vocali destitutum sonat *a* longum, *Kesre* ـِ ante ي vocali destitutum *i* longum, *Dhamma* ـُ ante و vocali destitutum *u* longum, ut in vocibus قَار *câra*, نُصُور *nosûr*, مَرِيض *marîdhi.* Exuunt in tali statu litterae illae potestastes suas (unde dicuntur vulgo *quiescere*), et naturam vocalium praecedentium induunt, ita ut cum iis in unam longam coalescant. *Vau* protractionis nonnumquam in fine vocis additum habet ا vocali destitutum, quod tum plane mutum manet, ut نَصَرُوا *nasaru.*

XXIX. Ubi vocalem Fatha excipit و vel ي vocali destitutum nec signo *Dschezm* dicto (ْ ) notatum (de quo infra XXXVI.), ea vicem gerit literae *Eliph.* Hinc صَلَوة et رَمَى leguntur *salata*, *rama.*

XXX. In media dictione *Eliph protractionis* nonnumquam omittitur, eiusque loco Fatha, qui illam praecedere debebat literae

ad perpendiculum directa imponitur, hoc modo: لِلّٰهِ pro لِلَّاهِ *Deo*, هٰذَا pro هَاذَا *hic*, زَمَن pro زَمَان *tempus*. Est vero Lineola illa proprie Eliph parvum.

XXXI. Quodsi literam ا aut ى in *fine vocis* Fatha praecedit, syllaba in pronunciando non est producenda, velut: مَتَى *mâta*, quando, فَتَى *fâta*, iuvenis. Tum illae literae vocantur حُرُوفُ ٱلْقَصْرِ *literae brevitatis*, sive ٱلْحُرُوفُ ٱلْمَقْصُورَةُ *literae breves*.

XXXII. Vocalium notae si duplae scribuntur, hoc modo: بً بٍ بٌ sive بٌ, quod tamen nonnisi in fine vocis fieri solet, ita sunt pronunciandae, ut post sonum ipsis proprium audiatur *n*, quasi scriptum sit بَنْ *ban*, بِنْ *ben*, بُنْ *bon*. Hinc بَابٌ legendum *babon*, بَابٍ *baben*, بَابًا *baban*, حِكْمَةً *hhecmatan*. Appellant Grammatici hanc soni *n* additionem ٱلتَّنْوِينُ *at-Tanvin*, i. e. Nunnationem. Inservit ea declinationi nominis indeterminati, ut infra videbimus; in sermone vulgari tamen aut numquam aut certe rarissime auditur.

---

# CAPVT QVARTVM

## DE SYLLABIS ET DE SIGNIS ORTHOGRAPHICIS DSCHEZM ET TESCHDID.

XXXIII. Ex Consonantibus et Vocalibus consurgunt Syllabae, ita ut in pronunciatione Consonae Vocalibus semper praecedant; nulla enim syllaba Arabica a Vocali inchoatur aut ea sola constat. Suntque syllabae vel *purae* sive *simplices*, vel *mixtae* sive *compositae*.

XXXIV. Syllaba *pura* sive *simplex* est, quae constat una sola Consonante et Vocali ei addita, eaque vel *brevi*, ut بَ بِ بُ, ve-

lut in نُصِرَ *adiutus fuit;* vel *longa,* ut بَا, بُو, بِي, velut in نَاصِرُونَ. نَاصِرِينَ *iuvantium, iuvantes.*

XXXV. Syllaba *mixta* sive *composita* constat duabus Consonantibus Vocali una copulatis, ut مَنْ, مِنْ, مُنْ, quo pertinent literae cum Vocali nunnata (vid. §. XXXII.), ut دٌ دً دٍ.

XXXVI. Ultima syllabae mixtae litera notari in libris punctis vocalibus instructis solet signo imposito hoc: ˘, quod haud raro et ° vel ˓ pictum reperitur. Appellatur جَزْمٌ *Dschazmon* (vulgo *Dschezm*) i. e. *resectio*, s. separatio, qua syllabam mixtam, cuius Consonanti ultimae impositum est, a syllaba quae proxime sequitur resecat quasi sive separat, simulque indicat, eam cui imponitur literam cum praecedenti Vocali copulari. Hinc عَبْدٌ pronunciandum *ab-don* (non *a-bdon*), قُرْآنٌ *Kor-anon* (non *Ko-ranon*). Prorsus igitur respondet τῷ *Schva quiescenti* Hebraeorum. Quod enim hebraice קְטַלְתְּ idem arabice قَتَلْتَ scribitur. Idem signum appellatur et سُكُونٌ *Socûn*, i. e. quies, propterea quod literis Vocali propria destitutis (quas Arabes dicunt *quiescere*) imponi solet. Eadem de causa litera signo *Dschezm* notata dicitur سَاكِنَةٌ *quiescens;* litera vero Vocali notata مُتَحَرِّكَةٌ *mota* (cf. XXII.).

XXXVII. Literae ي و ا si post Vocales syllabae protrahendae inserviunt (XXVIII.) signum *Dschezm* sive *Socûn* non habent impositum, ut نَارٌ *naron*, ignis, نُورٌ *nuron*, lux, نِيرٌ, *nîron*, jugum. Nec imponitur Dschezm literae ي in fine vocis post vocalem Fatha, cum illa vicem gerit literae Eliph, neque literae و in media voce, ubi pro Eliph quiescente ponitur (vid. XXIX. et exempla ibi adducta.)

XXXVIII. Si و et ي Dschezm impositum habent, ut eae proprium suum valorem servent, et cum Vocali praecedenti non

coalescunt, sed diphthongum faciunt. Sic يَوْمٌ sonat *iaumon*, dies; لَيْلٌ *lai-lon* nox; أَوْ *au*, aut, لِكَيْ *lekai*, ut.

XXXIX. Secunda syllabae mixtae litera cum immediate post se habet aliam sui similem, compendii causa inter scribendum non exprimitur, sed per signum quoddam sequenti appositum repraesentatur. Cui signo nomen est تَشْدِيدٌ *Teschdid* seu شَدَّةٌ *Schaddad*, i. e. roboratio, duplicatio, forma haec ّ (ش parvum, compendium nominis modo commemorati), sive apud Occidentales ˅; situs, supra literam; ut نَزَّلَ pro نَزْزَلَ. Duplicat itaque figura illa literam, cui imponitur, ac omnibus omnino consonantibus communis est, ne excepto quidem Eliph; scribitur enim لَأَّالٌ *margaritarius*, رَأَّاسٌ *qui pecorum mactatorum capita venundat.*

XL. Est autem Teschdid duplex, *necessarium* et *euphonicum.*

XLI. Teschdid *necessarium* est quod adscribitur literae immediate ante se Vocalem habenti, ut supra in نَزَّلَ, دَبَّرَ et quae his similia sunt. Est enim signum illud necesse ad definiendam complurium vocum pronuntiationem earumque significationem. Sic نَزَلَ sine Teschdid effertur *nazala*, denotatque *descendit;* نَزَّلَ vero pronunciatur *nazzala*, significatque *descendere fecit, demisit.*

XLII. Teschdid *euphonicum* est, cum impositum est literae ante se habenti Consonam Vocali destitutam, quae euphoniae causa in pronunciatione periens sequenti similem in locum suum substituit. Tale est in اَلشَّمْسُ, quod non legendum *al-schamsu*, sed *asch-schamsu.*

XLIII. Teschdid euphonicum est vel *commune*, vel *initiale.* Illud est, quod supra mediam vel ultimam vocis literam ponitur, estque vel *Deltale*, vel *Lamdale.* *Deltale* adscribitur literae ت

D

post ذ, ut وَجَدْتُّ *uadschatto*, inveni, حَمِدْتُّمْ *hhamattom*, laudastis. *Lamdale* apponitur literis *solaribus* (§. XXI.) post ل Articuli اَلْ ὁ ἡ τὸ nominibus praefixi, ut اَلرَّبُّ *arrabbu*, ὁ κύριος, اَلدِّينُ *addinu*, ἡ κρίσις, اَللّٰهُ *allahu*, ὁ θεὸς, in quo tamen ultimo litera in prioris locum supposita ab ea non differt. Sic Latini pro *adtollo*, dicunt *attollo*, pro *conligo*, *colligo*, pro *conripio*, *corripio*, non pingentes literam euphonice mutatam: alioqui scriberent *adttollo*, *conrripio*, *conlligo*; secus Arabes confusionis evitandae gratia. ل tamen Articuli haud raro omittitur, cum *solaris* eam sequens ل quoque est, ad compendium et scripturae elegantiam, ut اَلَيْلُ pro اَللَّيْلُ ἡ νύξ, اَلَهَبُ pro اَللَّهَبُ ἡ φλόξ. Quod ob frequentem usum perpetuum est in pronomine relativo اَلَّذِي eiusque feminino اَلَّتِي, et plurali masculino اَلَّذِينَ (numquam in reliquis casibus, qui rariores sunt), scribuntur enim pro اَللَّذِي, اَللَّتِي, اَللَّذِينَ. Porro ل Articuli semper omittitur, cum Articulo praefigitur ل Dativi casus nota, ne tria Lam concurrant, ut لِلَّيْلِ *nocti*, pro لِلْلَّيْلِ, لِلّٰهِ *Deo* pro لِلْلّٰهِ.

XLIV. Teschdid *euphonicum initiale* est, quod supra primam dictionis literam ponitur, adeoque ultimam praecedentis supplet; estque *primarium* aut *secundarium*. *Primarium* est quod apponitur literis لويرم (pag. 16.) immediate ante se habentibus Nun Dschezmate notatum, idque vel expressum, ut مِنْ رَبِّهِ *merrabihi*, a Domino suo, vel latens in Nunnatione (XXXII.), ut قَلْبٌ مُطَهَّرٌ *kalbon motahharon*, cor mundum. *Secundarium* vocatur quod apponitur cuivis non gutturali immediate positae post sui similem Dschezmate affectam, ut مَنْ يَسْتَغْفِرْ رَبَّهُ *man jastagfer rabbahu*, qui veniam petit a Domino suo; ubi Teschdid nil nisi hoc indicat,

duas istas voces in unam coalescere. Ceterum Teschdid initiale non in quibusvis codicibus reperitur, sed tantum in Corani exemplis accuratissime scriptis.

# CAPVT QVINTVM

## DE RELIQVIS NOTIS ORTHOGRAPHICIS, HAMZA, WESLA ET MEDDA.

### HAMZA.

XLV. Hoc signum ء, اَلْهَمْزَة *Hamza*, i. e. *punctio* vocatum, *) semper literam Eliph mobilem comitatur; eique cum Vocali appositum, motum eius indicat actualem, ut أَن, إِن, أُن, *an*, *en*, *on*, vimque habet Accentus, vel *lenis*, quando initio vocis ponitur, veluti أَوَان *ávânon*, tempus, إِنْسَان *énsânon*, homo, vel *acuti*, qui cum elata acutaque vocis commotione pronuncietur, maiori adhuc et acutiori, quam quae auditur in nominibus italicis in *tà* et *tù* desinentibus, quique propterea, si recte proferatur, energiam indit, auditui quam maxime gratam, uti quando invenitur in medio et in fine, veluti سَأَلَ *saàla*, interrogavit, مَلَأَ *malaà*, implevit. **) Ubi vero literae أ sine Vocali appositum reperitur, significat, illam esse radicalem (non cum و et ي permutatam), ut in يَأْمَن *securus est.* Hinc et ipsa litera Eliph haud raro vocatur Hamza.

XLVI. Saepissime ubi Eliph mobilis una cum Hamza poni

---

*) Ab هَمَزَ *punxit*, quia, sicuti stimulo puncti boves arantes excitantur, ita Eliph Hamza notatum movetur. Figuram habet parvae ع *Ajin*. Mauri pro eo punctum crassum flavo aut viridi colore usurpare solent.

**) *Aryda* Institt. p. 5.

deberet, hoc solum ponitur una cum sua Vocali, litera ipsa omissa, uti دَءْبٌ pro دَأْبٌ *mos*, *consuetudo*. Quod potissimum fieri solet in fine dictionis, praecedente una ex literis ا و ي eaque vel quiescente vel Vocali destituta. Ita مَآءٌ *aqua*, سُوءٌ *malum*, شَيْءٌ *res*, sunt pro مَآا, سُوأ, شَيْأ. Verum et in media dictione solum ponitur Hamza una cum Vocali, omissâ Eliph, post literam Vocali carentem. Sic يَسْءَلُ pro يَسْأَلُ *rogabit*. Quod ipsum et locum habet praecedente alia Eliph mobili, ut أَءْنْذَرْتَهُمْ pro أَأَنْذَرْتَهُمْ *sive admoneas eos*.

XLVII. Hamza literis ؤ et ئ superscriptum indicat, eas secundum certas quasdam permutationis literarum ا و ي regulas (de quibus infra) pro Eliph radicali sive sua natura mobili poni, ut يُؤْمِنُ pro يَأْمِنُ *credet;* إِيْزِرْ pro إِأْزِرْ *cinge*. Literae ي puncta diacritica tum omitti solent, scribiturque قَائِلٌ *dicens* (non قَايِلٌ) pro قَاإِلٌ.

## Wesla.

XLVIII. Signum hoc [˜] وَصْلٌ *Wasl* seu وَصْلَةٌ *Wasla,* i. e. coniunctio vocatur, et soli quoque literae Eliph superponitur in principio vocum, cum illa, Vocali sua abiecta, plane est otiosa, quaeque eam sequitur Consonans cum praecedentis dictionis ultima Vocali uniri debet, ut قَلْبُ ٱلْمَلِكِ *kalb-ulmaleki*, cor regis. Nihil itaque Wesla est aliud, quam unionis illius indicium.

XLIX. Non autem Eliph quodcunque initio vocis positum cum ultima praecedentis dictionis Vocali eo quo diximus modo coalescit, signoque Wesla notatur; sed Eliph *prostethicum* tantum, ideo praefixum ne vox inchoetur Consonante Vocali destituta, quod quantopere Arabes vitare studeant, inde apparet, quod Graecis Latinisve vocabulis, duabus Consonantibus incipientibus, Eliph

prosthethicum praeponere solent, ut pro *σταβλίον* dicunt إِسْطَبْل, pro *σταφυλίνος* إِسْطَفْلِين, pro *σπόγγος* إِسْفَنْج. Et in vocibus quidem arabicis Eliph prosthethicum, Wesla notandum (أَلِفُ الْوَصْلِ *Eliph unionis* vocatur a Grammaticis), est *triplex, verbale, nominale, articulare.*

L. Eliph unionis s. prostethicum *verbale* est duplex: Imperii et Characteristicum. Imperii est, quod format Imperativum primae Coniugationis, ut أُنْصُرْ *onsor, iuva* (pro نَصَرَ), إِضْرِبْ *edreb* verbera (pro ضَرَبَ). *Characteristicum*, quod initiale est in Praeteritis activis, Imperativis et Infinitivis Coniugationum septem posteriorum (id est septimae, et quae eam ordine excipiunt usque ad tertiam decimam), ut إِنْصَرَفَ *mutatus fuit,* إِسْتَطْعَمَ *cibum petiit.*

LI. Eliph unionis sive prostethicum *nominale* est, quod his decem Nominibus praefixum:

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| إِبْن | *Filius* | בֵּן | إِسْت | *Nates* | ἔσχατον |
| إِبْنَة | *Filia* | | إِسْم | *Nomen* | שֵׁם |
| إِبْنَم | *Filius* | | إِمْرَأ | *Vir* | בְּרָא |
| إِثْنَان | *Duo* | שְׁנַיִם | إِمْرَأَة | *Mulier* | |
| إِثْنَتَان | *Duae* | | أَيْمُن | *Iusiurandum.* | אֱמֻן |

In his omnibus (nisi initio ponantur sententiarum, aut post Articulum) Eliph initiale vocali sua privatur, et quae eam sequitur litera vocali destituta unitur cum vocali terminante dictionem praecedentem, aut servilis praefixae: ut يَدُ ٱبْنِكَ jadu-bnica, *manus filii tui,* بِٱبْنِكَ bebnica, *in filio tuo.*

LII. Eliph unionis *articulare* est Articuli أَلْ ὁ, ἡ, τὸ, quo

pertinet id, quod est in Pronomine ٱلَّذِي et casibus ejus. Hinc رَمْلُ ٱلْبَحْرِ legendum: ramlu-'lbahhri, *arena maris;* بِٱلْبَرِّ وَٱلْبَحْرِ belbarri ualbahhri, *terra marique.*

LIII. Eliph unionis nonnumquam post se habet و vel ي quiescens sive Dschezmate notatum. Quodsi Vocalis τῷ Eliph propria est *Dhamma,* potest و quiescens Dschezmate signatum sequi, ut ٱُوْمُلْ *umol,* Imperativus verbi أَمَلَ *speravit;* similiter si vocalis τῷ Eliph propria est *Kesre,* potest ي Dschezmate notatum sequi, ut in ٱيْذَنْ *idzan,* Imperativo verbi أَذِنَ *audivit.* Si vero vocem, cuius initialis est eiusmodi Eliph, praecedat vox in vocalem exiens, ut igitur duae voces coniungendae sint; literae quiescentis sive Dschezmate notatae, quam Eliph unionis post se habet, pronunciatio quidem, si necesse est, mutatur, scriptura vero eadem manet. Quare litera illa quiescens sive sit و, ut in ٱُوْمُلْ, sive ي, ut in ٱيْذَنْ, semper pronunciatur ut و, si vox praecedens in *Dhamma* exit, ut ي vero, si vox illa *Kesre* terminatur, atque ut ا, si ultima vocabuli praecedentis vocalis est *Fatha.* Sic يَقُولُ ٱيْذَنْ legitur *jakûludzan* (non *jakulu idzan*); et لِقَاءَنَا ٱيْتِ *'lekaa-nâti.*

LIV. Si vocem, cuius initialis est Eliph prostethicum, sive unionis, praecedat aliqua literarum و ي ا quiescens, ea non obstat unioni, ut غَزَا ٱلْمَدِينَةَ gazâl madinata, *expugnavit urbem;* يَغْزُو ٱلْمَدِينَةَ iagzûl madinata, *expugnabit urbem.* نَصَرُوا ٱلْمَلِكَ nasarulmaleka, *juvarunt regem;* أُنْصُرِي ٱلْأَخَ onsorilacha, *adjuva* (tu soror) *fratrem.*

LV. Quando vox, quae praecedit Eliph prostethicum s. unionis, terminatur Consonante Vocali destituta et proinde Dschez-

mate notata, ea Consonans adsumit Vocalem euphonicam, quae utriusque vocis conjunctioni inserviat. Atque

1) Vocalem quidem *Fatha* adsumit litera ultima vocis praecedentis *a*) post pronomina suffixa primae personae نِي aut يِ quando ea sequitur Articulus آلْ, ut in hisce exemplis: إِهْدِنِيَ آلصِّرَاطَ ehdenyâs-serata, *duc me viam;* نِعْمَتِيَ آلَّتِي nematijâllati, *gratia mea quae. b*) Post monosyllaba مِنْ, مَعْ, مَنْ, quando sequitur Articulus آلْ aut nomen أَيْمُنْ. Hinc مِنَ آلْمَلِكِ menâlmaleki, *a rege*, scribitur pro مِنْ آلْمَلِكِ.

2) Vocalem *Kesre* ante Eliph prostethicum adsumunt

*a*) illa ipsa monosyllaba مَعْ, مَنْ مِنْ, si sequatur Eliph unionis aliud quam Articuli et nominis أَيْمُنْ. Ut مَنِ آبْنُكَ man ebnuca, *quis filius tuus?* ubi مَنِ pro مَنْ.

*b*) Particulae aliae monosyllabae, quae in Consonantem Vocali destitutam exeunt, ut إِنْ *si*, بَلْ *sed*, قَدْ *jam*, هَلْ *num?* (excepto مُذْ *a quo tempore*), nec non لَكِنْ *veruntamen*.

*c*) Tertia persona singularis feminina Praeteriti, ut كَتَبَتْ *scripsit* (femina), atque Futuri apocopati tertia singularis persona tam masculina (يَكْتُبْ *scribet*), quam feminina (تَكْتُبْ), secunda Singularis persona masculina (تَكْتُبْ), et prima (generis communis) persona tam Singularis (أَكْتُبْ), quam Pluralis (نَكْتُبْ), nec non secunda persona masculina Singularis Imperativi (آُكْتُبْ). Sic ضَرَبَتِ آلْأُمُّ dharabatîl ommu, *verberavit mater*, ubi ضَرَبَتِ est pro ضَرَبَتْ.

*d*) Genitivi Dualis in statu constructo, quales sunt كِتَابَيْ, *duorum librorum*, مَدِينَتَيْ *duarum urbium*, يَدَيْ *ambarum ma-*

*nuum.* Sic كِتَابَيِ ٱلتَّوْرَاةِ *duorum librorum legis.* Sunt tamen Grammatici, qui praecipiunt scribendum esse كِتَابَيِ ٱلتَّوْرَاةِ.

*e*) Secunda feminina persona Futuri apocopati et Imperativi verborum tertiae radicalis و vel ي, quam Fatha praecedit, qualia تَغْزَيْ (pro تَغْزَيْنَ) *expugnaberis*, تَرْضَيْ (pro تَرْضَيْنَ) *contenta eris*, et أَرْضَيْ (pro أَرْضَيِ) *contenta esto.*

3) Vocalem *Dhamma* ante Eliph prosthethicum adsumunt

*a*) pronomina affixa كُمْ et هُمْ, nec non pronomen secundae personae masculinae pluralis أَنْتُمْ *vos.* Sic قَتَلَهُمُ ٱلْعَدُوُّ *occidit eos hostis.* De suffixo هُمْ tamen nota, ejus Vocalem Dhamma praecedente Kesra aut particula عَلَي *super* in Kesram transire, atque tum, si Eliph unionis sequatur consonantiae gratia, literam م etiam Kesram assumere, ut يَرْمِيهِمِ ٱلْعَدُوُّ jarmihemi'l adou, *jaculatur illos hostis.*

*b*) Terminatio secundae personae Pluralis masculinae Praeteriti, ut قَتَلْتُمُ ٱلْعَدُوَّ *occidistis hostem.*

*c*) Personae plurales Verborum tertiae radicalis و et ي quiescentis, cum eam Fatha praecedit, ut رَمَوْا *jecerunt*, يَتَمَنَّوْا *optabunt.* Sic غَزَوُا ٱلْمَدِينَةَ *oppugnarunt urbem*, ubi غَزَوُا est pro غَزَوْا.

*d*) Particula monosyllaba مُنْذُ *a quo tempore.*

LVI. Si vocem, cujus initialis est Eliph unionis, praecedat Nunnatio (XXXII.), post eam adsumitur in pronunciando Vocalis Kesra, quae tamen non scribitur, ut مَدِينَةٌ ٱفْتُتِحَتْ madinaton iftatahhat, *urbs quae capta est.* Quod in nonnullis codicibus ma-

nuscriptis notatur per Nun Kesratum τῷ Eliph unionis subscriptum, veluti قَدِيرٌ ٱلَّذِي *potens qui.*

LVII. Excidit Eliph prostethicum s. unionis

1) nominis إِسْمٌ in formula frequentissimi usus بِسْمِ ٱللَّهِ ٱلرَّحْمٰنِ ٱلرَّحِيمِ *in nomine Dei miseratois misericordis*, ubi بِسْمِ est pro بِٱسْمِ;

2) nominis إِبْنٌ, quando ponitur inter duo nomina propria, quae se mutuo respiciunt, ut زَيْدُ بْنُ عَمَّارٍ *Zeidus, filius Ammari.* (Cum vero nomen إِبْنٌ post se habet nomen appellativum, ut in hac phrasi زَيْدُ ٱبْنُ عَمِّي *Zeidus filius patrui mei* (patruelis meus), aut cum duo nomina, inter quae إِبْنٌ ponitur, duas distinctas propositionis partes constituunt, ut زَيْدٌ ٱبْنُ مُحَمَّدٍ *Zeidus* (est) *filius Mohhammedis*, Eliph prostethicum non abjicitur);

3) articuli أَلْ, si praecedat praefixum لِ, Dativi nota, vel adverbium affirmandi لَ, *certe*, *utique*, ut لِلرَّجُلِ *viro*, est pro لِٱلرَّجُلِ, et لَلْحَقُّ *utique veritas*, pro لَٱلْحَقُّ; nec non si praecedit interrogandi particula أَ, *num? an?* ut أَلْمَاءُ *num aqua?* pro أَٱلْمَاءُ (posteriore tamen casu Eliph unionis et servari potest);

4) verborum et nominum, si praecedat adverbium interrogativum أَ, ut أَبْنُكَ *num filius tuus?* pro أَٱبْنُكَ, et أَتَّخَذْتُمْ *num accepistis* (Sur. II, 74.) pro أَٱتَّخَذْتُمْ.

## MEDDA.

LVIII. Si Eliph protractionis (XXVIII.) proxime post se habeat Eliph aliud, per Vocalem simplicem aut nunnatam pronunciandum, loco posterioris Eliph scribitur Hamza tantum una cum Vocali, quae ad eam pertinet, τῷ Eliph protractionis autem im-

ponitur signum hoc ~, مَدَّةٌ sive مَطَّةٌ *Medda*, i. e. *extensio*, s. prolongatio appellatum, ut سَمَآءٌ samaon *coelum*, pro سَمَاأٌ. Apponitur hoc signum ubicunque Hamza post Eliph protractionis vocem terminat.

LIX. Appingitur Medda et literae Eliph vocem aut syllabam inchoanti, ubi illa per Fatham pronunciatur, et Eliph vel hamzatum et Dschezmate notatum, vel Eliph protractionis sequi deberet, ut آمَنَ *credidit* pro أَأْمَنَ. Ceterum animadvertendum est, literam Eliph signo Medda notatam, etsi duplicem Eliph valeat, non tamen duas sonare debere, sed unam tantum, quae tamen protrahenda est cum quadam vocis extensione *). Quare آمَنَ non est legendum *à-âmana*, sed *âmana*, uti Germanicum *Waare* non *Wa-are*, sed *Wáre* pronunciatur.

LX. Superscribitur Medda quoque notis arithmeticis et dictionum compendiis, seu literis integras dictiones repraesentantibus, de quo illius usu vid. plura infra (§. LXX.).

# CAPVT SEXTVM

## DE TONO ET ACCENTV.

LXI. Toni et Accentus Arabes nullas habent notas peculiares; sed quae dictionis syllaba attollenda sit facile cognoscitur. Nam dissyllaba attollunt penultimam, ut بَيْتٌ baîton *domus*, لَحْمٌ lahhmon *caro*, أُنْصُرْ onsor, *adjuva*. Polysyllaba antepenultimam, ut فَرَسٌ fàrason *equus*, مَكْتَبٌ màctabon *schola*, يَنْصُرُ jàn'soru *adjuvabit*. Syllaba ultima tonum numquam habet.

*) Aryda p. 6.

LXII. Quodsi voci una ex tribus literis ا, و, ي insit quiescens post homogeneam Vocalem, ea non solum syllabae suae tonum imponit, verum et illam protrahit, sive penultima sit, sive antepenultima, ita ut sola scriptione syllaba longa dignosci possit a brevi, ut أَعْمَالٌ àāmālon *opera* ab عَمَلٌ àmălŏn *opus*, et عَمُودٌ amūdon *columna* ab عُمُدٌ òmŏdŏn *columnae*, et عَدِيمٌ adīmon *fatuus* ab عَدِمٌ àdĕmon *inops*. Si vero duae ex illis literis quiescentibus una in voce concurrant, tonus est in ultima, ut عَامِلُونَ amelūna *operantes*.

LXIII. Quum in vocibus nonnullis, ob frequentem earum usum, Eliph quiescens in scribendo omitti soleat, tonus tamen ejusdem protractus retinetur. Tales sunt pronomen demonstrativum هَذَا *hic* pro هَاذَا, cum suis derivatis, ذَلِكَ *ille* pro ذَالِكَ; هَكَذَا *sic, isthoc modo*, pro هَاكَذَا, et لَكِنْ *sed, veruntamen*, pro لَاكِنْ, quae sic legenda: *hâdsa*, *dsâleca*, *hâcadsa*, *lâken*. Quibus adde nomen Dei إِلَهٌ (pro إِلَاهٌ), quod sive articulum praepositum habeat, sive non item, tonum semper in penultima habet, quae producenda est, ac si Eliph quiescens expressum esset, unde إِلَهٌ elâhon *Deus* indeterminate, أَلإِلَهُ alelâhu *Deus* determinate, أَللهُ allâhu *Deus verus*. At in Participio contracto, quale est أَلْحَرِثُ *arator, custos*, pro أَلْحَارِثُ, nec non in ثَلَثٌ *tres*, pro ثَلَاثٌ, uti licet Eliph in scribendo vel omittere, vel exprimere, ita etiam illa syllaba vel corripi, vel protrahi potest, unde pronunciare potes et *alhhărĕthŭ*, et *alhhārethu*; atque tam *thălăton*, quam *thalāthon*. Ceterum in signum omissi Eliph in vocibus commemoratis solet Fatha ad perpendiculum directum poni, hoc modo: هٰذَا, أَلْحٰرِثُ, rel. quod tamen a libitu pendet.

LXIV. Syllaba *mixta* s. *composita*, i. e. ea, quae duabus

constat Consonantibus (XXXV.), quales sunt syllabae tres priores vocis إِسْتَخْرَجْتُ *eduxi*, semper est attollenda. Unde intelligitur, cur in vocibus, in quibus Teschdid occurrit, ibi sit tonus, ubi est illud Consonantis geminatae signum, cur itaque e. g. مَقَرٌّ *locus stabilis, firma mansio*, sit *makârron* legendum, non *mâkarron;* est enim pro مَقْرَرٌ scriptum.

LXV. In duabus vocibus per *Weslam* (XLV. seqq.) conjungendis ibi tonus, ubi conjunctio, quare conjunctionis syllaba cum accentu est proferenda, ut عَمُودُ ٱلْبَيْتِ *amūdŭ'lbaiti, columna s: fulcimentum domus.* Pari modo in Duali et Plurali Participiorum, Genitivum regentium, et propterea literam ن in fine amittentium, ut نَاصِرَا زَيْدٍ nāserâ Zeiden, *duo adjutores Zeidi*, ضَارِبُو عَمْرٍ dhārebû Omăren, *percussores Omaris.*

LXVI. Particulae monosyllabae, quibus accedit monolittera praefixa, eaedem cum accentu acuto sunt pronunciandae, ut أَمَا amà *annon?* composita ex interrogativa أَ et negativa مَا; لَفِي lafi *utique in*, composita e لَ affirmante, et praepositione فِي; لِكَيْ, lekai, *ut*, composita et لِ et كَيْ; لِبِمَا labemà *sane propterea quod*, composita e duabus monolitteris, praefixis videlicet لَ et بِ et pronomine مَا. Excipitur كَمَا, e comparandi particula كَ et مَا composita, quae sine accentu legitur, căma *sicut.* In iis vero, quibus plurium literarum praefiguntur praepositiones, aut plures syllabae, tonus juxta regulam ponitur, uti فِيمَا fîma *cum*, عِنْدَمَا êndama, *tempore quo;* كُلَّمَا côllăma *quotiescunque.* Excipiuntur interrogativae, litera quiescente in Fatha detruncatae, in quibus tonus protractus in media retinetur, ut إِلَامَ ĕlâma, pro إِلَى مَا,

*quousque?* حَتَّمَ hhăttâma, pro حَتَّي مَا, idem; عَلَمَ *ălâma*, pro عَلَي مَا, *ad quid? quare?*

---

# CAPVT SEPTIMVM

## SPECIMINA LECTIONIS.

LXVII. Expositis adhuc quae ad vocis constitutionem et affectionem pertinent, restat, ut quae dicta sunt ad praxin revocemus, et tyronem in lectione quoque juvemus. Dabimus autem primo Orationem Dominicam una cum pronuntiatione, prouti eam latinis literarum elementis expressit Antonius Aryda, Syro-Maronita *), quo ex specimine intelligetur, quomodo Arabes literati in Syria Arabica legere soleant.

*adveniat tui nomen sanctificetur coelis in qui nostri Pater*

أَبَانَا ٱلَّذِي فِي ٱلسَّمَوَاتِ لِيَتَقَدَّسِ ٱسْمُكَ لِيَاتِ

lejāti 'smŭka lejatakaddăsi' samauāti fi-s lădhi Abanā'-l

*similiter coelo in sicut tui voluntas fiat tui regnum*

مَلَكُوتُكَ لِتَكُنْ مَشِيَّتُكَ كَمَا فِي ٱلسَّمَاءِ كَذَلِكَ

cadhālĕca 's samāi fi kăma maschijatŭka létăkon malkūtŭka

*nostri diei sufficientiam ad nostri panem nobis da terram super*

عَلَي ٱلْأَرْضِ أَعْطِنَا خُبْزَنَا كِفَاةَ يَوْمِنَا

jaūmina kefāta cōbzăna ātĕna l-àrdhi āla'

*qui ei condonamus nos sicut nostri culpas nobis condonaet*

وَٱغْفِرْ لَنَا ذُنُوبَنَا كَمَا نَحْنُ نَغْفِرُ لِمَنْ

lemān nâghfĕru nāhhnu kămă dhonūbana lăna uāghfer

---

*) *Institutt. Grammat. Arab.* p. 14.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| *sed* | *tentationes* | *in* | *nos inducas* | *ne et* | *nos erga* | *peccavit* |
| لَكِنْ | ٱلتَّجَارِبِ | فِي | تُدْخِلْنَا | وَلَا | إِلَيْنَا | أَخْطَأَ |
| làken | ’ttadschārèbi | fi | tòdcélna | uala | elāina | ăctăà |

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Amen* | *malo* | *a* | *nos libera* |
| أٰمِينَ | ٱلشِّرِّيرِ | مِنَ | نَجِّنَا |
| amīna | ’sch-scheri’i | menà | nādschdschĕna |

LXVIII. Specimen alterum sit Locmani Fabula XXIII., cui subjicimus ejus pronunciationem latinis literis expressam ab Herbinio *), qui Arabice legere et eloqui in Aegypto didicit.

أَسْوَدُ فِي يَوْمٍ نَزَعَ ثِيَابَهُ وَأَقْبَلَ يَأْخُذُ ٱلثَّلْجَ وَيَعْرُكُ بِهِ جِسْمَهُ فَقِيلَ لَهُ مَاذَا تَعْرُكُ جِسْمَكَ بِٱلثَّلْجِ فَقَالَ لَعَلِّي أَبْيَضُّ فَأَتَى رَجُلٌ حَكِيمٌ قَالَ لَهُ يَا هٰذَا لَا تُتْعِبْ نَفْسَكَ فَقَدْ يُمْكِنُ أَنْ جِسْمُكَ يُسَوِّدُ ٱلثَّلْجَ وَهُوَ لَا يَرْتَدُّ ٱلسَّوَادَ.

Asùado fy yaumin nazăa thyâbaho, uaâkbala yâkodho-th-thaldscha, uayăroko bihi dschismaho; fakȳla laho mādha tăroko dschismaka biththaldschi, fakāla: laălla obydtdto: faâtä radscholon hha-kȳmon kāla laho: yā hadhâl lâ totĕb nafsaka, fakad yomkino ân dschésmoka yosawwida-th-thaldscha uah-wa lâ yartaddo-s sauâda.

*Niger in die* (quodam) *exuit vestes suas, incepitque capere nivem et fricare cum ea corpus suum. Dictum autem ei fuit: quare fricas corpus tuum nive? Et dixit* (ille): *fortasse albescam. Venitque vir* (quidam) *sapiens*, (qui) *dixit ei: o tu, ne affige*

---

*) *Developpemens des principes de la langue Arabe moderne par* F. I. Herbin, Paris, 1803. 4. Préface p. IV.

*te ipsum; fieri enim potest, ut corpus tuum nigram faciat nivem, ipsum autem non amittet nigredinem.*

---

# CAPVT OCTAVVM

## DE DISTINCTIONIS SIGNIS ET SCRIBENDI COMPENDIIS.

LXIX. Signa, quibus vel integrae periodi, vel singula earum membra invicem distinguantur, in scriptis vulgaribus Arabes vix solent adhibere. Finem solum pericopae majoris, qua unum continuatur argumentum, designare vel puncto rubro solent, vel uno horum signorum: ۶, ۶ ۶ ۶, ۞ In Corani tamen codicibus singuli versus signo ۞ distinguuntur. In iisdem praeterea certae literae minio lineis superscriptae pausas longiores vel breviores in praelegendo Corano observandas indicant. Atque litera م, compendium vocis لَازِمٌ *necessarius*, designat pausam necessariam ad sensum recte concipiendum. Litera ط, compendium vocis مُطْلَقٌ *absolutus, universalis*, indicat pausam ab omnibus Corani anagnostis receptum. Litera ج, pro جَائِزٌ *permissus*, signum est pausae, quam lector pro lubitu facere potest. Quodsi in fine versus ob sensum minus absolutum pausa locum habere nequit, indicatur id vocula لا *non* (pro لا وَقْفٌ *non est hic pausa*) ultimae versus voci superscripta.

LXX. Praeter illa scribendi compendia in Corani tantummodo codicibus pro distinctionis signis usitata (LXIX.), in aliis libris rarius notis compendiariis uti solent. Sunt autem illae vocabulorum, quorum vicem explent, literae vel ultimae, quibus in codicibus accuratioribus *Medda* (~), tanquam compendii signum, imponitur, veluti صٓ pro صِدِّيقٌ *justus*, جٓ pro جَمْعٌ *plurale*,

م pro مَعْرُوفٌ *notus*, ع pro مَوْضِعٌ *locus*, د pro بَلَدٌ *urbs*, نا pro أَخْبَرَنَا *narravit nobis*, ثنا pro حَدَّثَنَا *tradidit nobis*. Compendium ceteris usitatius est hoc, صلعم, quod vicem gerit horum quatuor vocabulorum: صَلَّى ٱللَّهُ عَلَيْهِ وَسَلَّمَ *propitius sit ei Deus et salutem praestet*, quod votum semper Mohammedis, prophetae, nomini addere solent. Nec minus frequens est hoc: عم pro عَلَيْهِ ٱلسَّلَامُ *sit ei salus!* quam formulam nominibus aliorum prophetarum, ut Abrahami et Mosis, adjicere solent.

Reperiuntur in fronte nonnullorum capitum Corani literae quaedam, compendii signo, Medda, notatae, ut آلٓمٓ, et كٓهٰيٰعٓصٓ, quarum significatio tamen ipsos doctiores inter Mohammedanos latet, maxima enim de illis inter ipsos sententiarum est diversitas, de qua Corani Commentatores sunt adeundi.

---

# CAPVT NONVM

## DE NVMERORVM SIGNIS.

LXXI. Numeros Arabes vel singulis literis, vel signis quibusdam peculiaribus exprimere possunt. *Literae* ubi numeris designandis inserviunt, vetus earum ordo servatur (de quo §. III.), qui cum Hebraicarum literarum ordine convenit et ita quidem, ut primae IX literae *unitates* exprimant, IX sequentes *denarios*, reliquae *centenarios*, ultima غ *millenarium*, ceteros additione supplent, ut Hebraei.

| | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ط | ح | ز | و | ه | د | ج | ب | ا |
| 9 | 8 | 7 | 6 | 5 | 4 | 3 | 2 | 1 |
| ص | ف | ع | س | ن | م | ل | ك | ي |
| 90 | 80 | 70 | 60 | 50 | 40 | 30 | 20 | 10 |

| غ | ظ | ض | ذ | خ | ث | ت | ش | ر | ق |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1000 | 900 | 800 | 700 | 600 | 500 | 400 | 300 | 200 | 100 |

| مب | كج | كا | يه | يد | يج | يب | يا |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 42 | 23 | 21 | 15 | 14 | 13 | 12 | 11 |

| غخيج | غغغ | غش | غق | قل |
|---|---|---|---|---|
| 1613 | 3000 | 1300 | 1100 | 130 |

Patet ex hac tabula, literarum pro numeris usurpatarum consequutionem esse eandem, quae est in vocabulis scribendis et legendis, a dextra videlicet sinistram versus.

LXXII. Numerorum indices, quos *Arabicos* nos vocamus, Arabes *Indicos* (رَقْم هِنْدِيّ) vocant, quod ab Indis eos acceptos ferunt. Sane originem peregrinam prodit illorum consequutio, quae est a sinistra dextram versus. En eorum figuras:

| ١ | ٢ | ٣ | ۴ | ۵ | ۶ | ٧ | ٨ | ٩ | ٠ |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 0 |

His eodem prorsus modo utuntur, quo nos vulgaribus istis nostris, ut ١٠ sit 10, ١١ 11, ١٢ 12, ٢٠ 20, ٣٠ 30, ١٠٠ 100, ٧٠٠ 700, ٣٠٠٠ 3000, ١٨١٧ 1817.

---

# CAPVT DECIMVM

## CANONES DE LITERARVM وي ا NATVRA ET PERMVTATIONE.

LXXIII. Literae وي ا frequenter inter se permutantur, unde Arabes eas حُرُوفُ ٱلْعِلَّةِ *literas infirmas* vocant. Sunt autem illarum permutationum certae regulae, quas necesse est nosse ad inveniendas radices earum dictionum, quibus una vel plures illarum literarum insunt: recedunt enim eiusmodi voces, cum flectuntur, a communi norma plus minusve.

## CANONES GENERALES.

LXXIV. Literae و ي ا in principio dictionis constanter manere solent, nisi voci praefigatur particula inseparabilis, qua efficitur, ut litera و ي ا initialis esse desinat; tum enim illae literae nonnumquam inter se permutantur.

LXXV. Literae و ي ا Vocalibus destitutae post Vocales heterogeneas iis fiunt homogeneae, ita ut و et ي post *Fatha* transeat in ا; ا et و post *Kesra* transeat in ي; atque ا et ي post *Dhamma* transeat in و. Nam ا homogeneum est Vocali *Fatha*, و est homogeneum Vocali *Dhamma*, et ي est homogeneum Vocali *Kesre*. Unde dicitur

| | | | |
|---|---|---|---|
| بِيْرٌ | pro | بِئْرٌ | *puteus* |
| جُوْجُوٌ | | جُؤْجُؤٌ | *pectus* |
| ~~دَارٌ~~ | | ~~دَيَرٌ~~ | ~~*domus*~~ |
| مُوقِنٌ | | مُيْقِنٌ | *certum reddens* |
| مِيلَادٌ | | مِوْلَادٌ | *natale tempus* |
| ~~نَارٌ~~ | | ~~نَوَرٌ~~ | ~~*ignis*~~ |

LXXVI. Literae و et ي post Fatha haud raro manent, et diphthongescunt, adscripto Dschezma, aut quiescunt instar ا sine Dschezma, ut

| | |
|---|---|
| يَوْمٌ jaumon *dies* | رَمَيَهُ ramaho *iecit eum.* |
| لَيْلٌ lailon *nox* | غَزَوَةٌ gazâton *oppugnatio.* |

LXXVII. Literae و ى ا quiescentes sequente Dschezma excidunt, ut

| | | |
|---|---|---|
| يَخَفْ | pro | يَخَافْ *timeat* |
| يَقُمْ | | يَقُومْ *stet* |
| يَسِرْ | | يَسِيرْ *eat* |

*Nota.* Eliph unionis (XLVIII. seqq.) huic regulae non subiicitur, ut فَٱنْصُرْ *itaque adiuva;* nisi in بِسْمِ *in nomine* pro بِٱسْمِ.

CANONES SPECIALES DE ELIPH.

LXXVIII. Eliph in medio dictionis efferendum per Dhamma, in و, per Kesre, in ي mutatur.

| | | |
|---|---|---|
| أَوُبٌّ | pro | أَأُبٌّ *pascua* |
| سُئِلَ | | سُأِلَ *rogatus fuit* |

Etiam post Eliph quiescens, ut

| | | |
|---|---|---|
| قَايِلٌ | pro | قَآءِلٌ *dicens* |
| مَاؤُهُ | | مَآءُهُ *aqua eius* |

LXXIX. Eliph in medio dictionis proferendum per Fatha, post Dhamma, in و, post Kesre in ي mutatur; ut

| | | |
|---|---|---|
| سُوَالٌ | pro | سُأَالٌ *interrogatio* |
| فِيَةٌ | | فِأَةٌ *agmen hominum* |

LXXX. Eliph in fine dictionis cum Vocali enunciandum mutatur in و, cum proxime praecedat *Dhamma*, et in ي, ubi ante se habet Vocalem Kesre; hinc est

| | | |
|---|---|---|
| دَنُوَ | pro | دَنُأَ *vilis fuit* |
| خَطِيَ | | خَطِأَ *peccavit* |

| | | | |
|---|---|---|---|
| يَدْنُو<br>هَانِيُ | pro | يَدْنَأُ<br>هَانِأٌ | *vilis erit*<br>*donans* |

LXXXI. Eliph in fine dictionis, praecedente Fatha, per Dhamma enunciandum, saepe mutatur in و, per Kesre pronunciandum, transit in ي, ut

| | | | |
|---|---|---|---|
| تَفْتَو<br>أَسْنَيُ | pro | تَفْتَأُ<br>أَسْنَإِ | *desinis*<br>*foliorum sennae* |

Neque tamen haec certa et constans est lex; scribitur enim haud raro تَفْتَأُ, nec pro vitio id habetur.

LXXXII. Eliph quiescens, sive sit hamzatum, sive protractionis (XXVIII.), post Eliph cum Vocali Fatha enunciandum excidit, Fatha perpendiculariter picta, vel adscripta Medda, ut

أَمَنَ vel آمَنَ pro أَأْمَنَ *credidit.*

Eodem modo Eliph protractionis excidit nonnumquam et suppletur in vocibus quibusdam frequenter obviis, etiamsi Eliph aliud non praecedat, ut

رَحْمَن pro رَحْمَان *misericors*

قِيَمَةٌ pro قِيَامَةٌ *resurrectio.*

LXXXIII. Eliph hamzatum in medio dictionis, sequente Eliph protractionis, sive quiescente, in و per Fatha enunciandum transit, ut

| | | | |
|---|---|---|---|
| نَوَاصِرُ<br>تَوَمَرُوا<br>ذَوَائِبُ | pro<br><br>- | نَأَاصِرُ<br>تَأَامَرُوا s. تَآمَرُوا<br>ذَأَائِبُ s. ذَآئِبُ | *adiutores*<br>*deliberatis.*<br>*antiae, crinis propendulus.* |

LXXXIV. Cum ؤ vel ئ locum tenet *τοῦ* Eliph radicalis, signum ء appositum habent, ئ vero tum punctis diacriticis destituitur. Quando vero ؤ vel ئ quiescens locumque tenens Eliph hamzati proxime ante se habet أ hamzatum, Hamza illud literae ؤ vel ئ apponendum omitti haud raro solet. Hinc scribitur أُوذِيَ *noxa affectus est* pro أُوذِيَ, et إِيذَآءٌ *noxa afficere* pro إِيذَآءٌ, utrumque pro eo quod proprie esset أُأْذِيَ et إِأْذَاءٌ.

LXXXV. Quodsi nominibus Eliph incipientibus particulae inseparabiles أَ, بِ, فِ, لَ, لِ et وَ praefiguntur, Eliph illud initiale nominum non censetur in media dictione positum, nullamque adeo subit mutationem. Scribitur itaque لِأَبٍ (non لِئَبٍ) *patri*, كَأُمٍّ (non كَؤُمٍّ) *instar matris*. In particulis tamen quibusdam compositis Eliph secundum regulas supra traditas mutatur, scriturque

| | | | |
|---|---|---|---|
| أَئِنْ | pro | أَإِنْ | *num si?* |
| حِينَئِذٍ | — | حِينَإِذٍ | *tunc temporis* |
| لِئَلَّا | — | لِأَلَّا | *ne* |
| وَقْتَئِذٍ | — | وَقْتَإِذٍ | *hora illa* |

LXXXVI. Si particula interrogativa أَ praefigitur dictioni Eliph incipienti, huic Eliph substitui *Hamza* solet, ut أَؤُنَبِّئُكُمْ *num annunciabo vobis?* pro أَأُنَبِّئُكُمْ. Potest in eiusmodi dictionibus pro Eliph secundo, si per *Dhamma* pronunciatur, ؤ, si vero per *Kesre* effertur, ئ poni. Hinc scribere licet

أُونَبِّئُكُمْ pro أَأُنَبِّئُكُمْ *num annunciabo vobis?*

أَيِذَا — أَإِذَا *Num si?* *)

CANONES SPECIALES DE VAV.

LXXXVII. *Vau* in media dictione post Kesram pronunciandum cum *Fatha* haud raro in ي mutatur; veluti

| | | | |
|---|---|---|---|
| ثِيَابٌ | pro | ثِوَابٌ | *vestes* |
| دِيَارٌ | | دِوَارٌ | *aedes* |
| رِيَاحٌ | | رِوَاحٌ | *venti* |

Interdum tamen و manet non variatum, ut سِوًى *aequalis,* جِوَارٌ *vicinitas, commoratio,* سِوَارٌ *armilla,* شِوَآءٌ *res tosta.*

LXXXVIII. Nec raro *Vau* in media dictione transit in ي, si praecedente Fatha vel Dhamma efferendum est per *Fatham,* ut

| | | | |
|---|---|---|---|
| قِيَامَةٌ | pro | قِوَامَةٌ | *insurrectio* |
| صِيَانَةٌ | | صِوَانَةٌ | *repositorium vestium* |
| صُيَانَةٌ | | صُوَانَةٌ | id. |

LXXXIX. Mutatur quoque Vau per Teschdid geminatum in ي item geminandum, si praecedat Fatha vel Dhamma. Sic

| | | | |
|---|---|---|---|
| قَيُّومٌ | pro | قَوُّومٌ | *per se subsistens* |
| قَيَّامٌ | | قَوَّامٌ | id. |
| صُيَّمٌ | | صُوَّمٌ | *jeiunantes* |
| صُيَّابٌ | | صُوَّابٌ | *praestantiores* |

*) Plura alia quae circa Eliph in Corani codicibus observantur vid. in Tractatu

XC. Vau in medio dictionis, habens post se aliud و quiescens, saepe id expellit, ut

| | | | |
|---|---|---|---|
| طَاوُسٌ | pro | طَاوُوسٌ | *pavo* |
| رُؤُسٌ | | رُؤُوسٌ | *capita* |

XCI. Vau in fine vocis post Fatham non solet moveri, sive cum Vocali pronunciari, sed abiecta sua Vocali quiescat in ا mutata, si sit tertia dictionis litera, aut in ى conversa, si sit quarta aut ulterior; ut

| | | | |
|---|---|---|---|
| غَزَا | pro | غَزَوَ | *oppugnavit* |
| يُغْزَى | | يُغْزَوُ | *oppugnabitur* |

Idem fieri solet, si post و additur ةٌ feminini terminatio, ut مِرْقَاةٌ *scala* pro مِرْقَوَةٌ.

XCII. *Vau* in fine vocis post Fatham cum Nunnatione (XXXII.) proferendum reiecto ad Fatham Nun illo Nunnationis, transit in ا quiescens, si sit tertia dictionis litera, in ى vero, si sit quarta aut ulterior: ut

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| عَصًا | pro | عَصَوٌ *baculus*, | عَصَوٍ *baculi*, | عَصَوًا *baculum.* |
| مُعْطًى | | مُعْطَوٌ *datus*, | مُعْطَوٍ *dati*, | مُعْطَوًا *datum.* |

XCIII. *Vau* in fine dictionis cum Dhamma efferendum, si proxime praecedat Dhamma, suam Vocalem amittit, fitque quiescens, ut

يَغْزُو pro يَغْزُوُ *oppugnabit.*

XCIV. Si in flectendis nominibus a verbis tertia radicali Vau

---

arabico de regulis orthographicis τοῦ Elif s. Hamza una cum versione gallica edito ab Ill. *Silv. de Sacy* in *Notices et Extraits des Manuscrits de la biblioth. imper.* T. IX. p. 67. seqq.

derivatis accidat, ut و finale cum Nunnatione proferendum proxime ante se Dhamma haberet; Vau illud perit, eiusque Vocalis in Kesram mutata una cum Nunnatione reiicitur ad literam praecedentem, cuius Vocalis Dhamma evanescit. Hinc dicitur

أَعْصٍ pro أَعْصُوٌ *baculi* a Nom. unitat. عَصًا
أَدْلٍ pro أَدْلُوٌ *situlae* a — — دَلْوٌ
أَجْرٍ pro أَجْرُوٌ *catuli* a — — جَرْوٌ

XCV. Cum in fine dictionis duae Vau concurrunt, quarum prior in praecedente Dhamma quiescit; utraque Vau per Teschdid unitur, ita ut prior desinat quiescere, quasi signo Dschezma notata esset. Exempla:

عَدُوٌّ pro عَدُووٌ *hostis*
مَغْزُوٌّ pro مَغْزُووٌ *oppugnatus*
عُسُوًّا pro عُسُووًا *Tò exarescere*
مُضُوٌّ pro مُضُووٌ *Tò ulterius progredi.*

Idem fieri solet accedente in fine dictionis ةٌ terminatione feminina, ut عَدُوَّةٌ *inimica*, مَغْزُوَّةٌ *oppugnata.*

XCVI. In Pluralibus tamen formae فُعُولٌ et in nominibus actionis formarum فَعُولٌ et فُعُولٌ mutantur saepe duae و in ى; *Dhamma* quoque secundae radicalis transit in *Kesre*, nec raro et primae radicalis Dhamma in Kesre mutatur. Exempla:

دُلِيٌّ pro دُلُوٌّ *situlae*
عُصِيٌّ / عِصِيٌّ pro عُصُوٌّ *baculi.*

A nomine قَوْسٌ *arcus*, Dscheuhario observante, Plurale proprie قُوُوسٌ erat, pro quo, per metathesin, قُسُوٌّ, unde, و in ى mutato, قُسِيٌّ (ut عُصِيٌّ) ortum est.

XCVII. Quodsi in nominibus formae فَعِيلٌ litera ultima est و, ea in ى mutatur, utrumque ى vero per Teschdid unitur, ita ut ى prior quiescere desinat. Hinc dicitur

| | | | |
|---|---|---|---|
| صَبِيٌّ | pro | صَبِيوٌ | *puer* |
| رَضِيٌّ | | رَضِيوٌ | *placidus.* |

XCVIII. Vau finale post Kesram in ى mutatur, ut

رَضِيَ pro رَضِوَ *gratum habuit.*

XCIX. Vau servile in fine dictionis, ne eam terminet, adsciscit Eliph otiosum, ut

| | | | |
|---|---|---|---|
| نَصَرُوا | pro | نَصَرُو | *iuverunt* |
| رَمَوْا | | رَمَوْ | *iecerunt* |
| مُلَاقُوا | | مُلَاقُو | *occurrentes* (in statu constr. pro مُلَاقُونَ) |

Reperitur quidem nonnumquam Elif hoc otiosum post و radicale quiescens in fine dictionis, ut يَتْلُوا *legent*, (*Cor.* Sur. II; 146.), نَتْلُوا *legemus* (Sur. XXVIII, 2.), a تَلَا (pro تَلَوَ), sed damnatur hic scribendi modus a Grammaticis accuratioribus ut vitiosus, praecipiuntque illi يَتْلُو, نَتْلُو, scribere.

C. Nomen proprium عمرو *Amru* scribitur cum و in fine ut distinguatur ab عمر *Omar*, quocum, nullis Vocalium signis appositis, facile confundi potest. Alioquin و plane otiatur; scribitur enim in Nominativo عَمْرٌو, et in Genitivo عَمْرٍو, quod u-

trumque ita pronunciatur, ac si عَمْرٌ et عَمْرٍ scriptum esset. In Accusativo و plane omittitur, quum Eliph Vocali praecedenti nunnatae in عَمْرًا additum sufficiat, id nomen ab عُمَر discernere. Quodsi vero Accusativus sine Nunnatione effertur, quod fieri solet, si proxime praecedat nomen بْن, alio nomine proprio sequente; scribitur عَمْرَو, quod عَمْرَ legitur. Veluti: أَرْسَلَ عَمْرَو بْنَ ٱلْعَاصِ *nuncium misit Amru filium el-Asi.* Scribitur quoque nomine in Nominativo posito, عَمْرُو بْنُ ٱلْعَاصِ, et in Genitivo, عَمْرِو بْنِ ٱلْعَاصِ.

### CANONES SPECIALES DE YE.

CI. ى in medio dictionis per Fatham efferendum, praecedente Dhamma, interdum in و mutatur, ut

رُمْوَانٌ pro رُمْيَانٌ *proiectio, iaculatio.*

Reperiuntur quoque diminutiva

| | | | |
|---|---|---|---|
| شُوَيَّةٌ | pro | شُيَيَّةٌ | *recula* |
| شُوَيْخٌ | | شُيَيْخٌ | *seniculus* |
| بُوَيْتٌ | | بُيَيْتٌ | *domuncula;* |

quae tamen ut minus recta a Grammaticis improbantur, qui monent, dicendum esse شِيَيَّةٌ, شِيَيْخٌ, بِيَيْتٌ.

CII. ى in medio dictionis per Kesre efferendum, habens post se aliud ى quiescens, saepe id expellit, ut

رَيِسٌ pro رَئِيسٌ *praefectus.*

CIII. ى finale post Fatham nequit cum Vocali efferri, sed, ea abiecta instar Elif quiescit, ut

أُوَلَى pro أُوَلَيٌ, أُوَلَيِ, أُوَلَيَ *prima, ae, am.*

Quod et fieri solet cum post ى accedit terminatio feminina ـَةٌ, ut

مَرْمَاةٌ pro مَرْمَيَةٌ *proiecta.*

CIV. Quodsi ى finale post Fatham cum Vocali nunnata efferendum esset, ipsa Vocalis perit, Nun vero ad praecedentem Fatham reiicitur, ut

فَتًى pro فَتَيٌ, فَتَيٍ, فَتَيًا *vir, i, um.*

CV. ى finale praecedente alio ى mutatur in ا breve, ut

هَدَايَا pro هَدَايِيُ *res oblatae, munera.*

Excipiuntur يَحْيَى et رَبِّي nomina propria virorum.

CVI. ى finale post Kesram non fert Dhamma vel Kesram, sed iis abiectis quiescit, ut

خَافِي pro خَافِيُ et خَافِيِ *nudipes, dis,*

Si adsit Vocalis nunnata, Nun retrocedit et ى excidit, ut

رَامٍ pro رَامِيٌ et رَامِيٍ *iaculator, is.*

CVII. ى finale post Dhamma, id in Kesram mutat, ipsum non mutatur, sed quiescit, abiecta sua Vocali, si ea sit Dhamma vel Kesra, plane vero evanescit, si cum Vocali nunnata sit efferendum, ut

تَمَنِّي } pro { تَمَنُّيٌ et تَمَنُّيٍ *optatio, nis*
أَيْدٍ } pro { أَيْدُيٌ et أَيْدُيٍ *manus, um.*

Quodsi vero ى finale efferendum sit cum Fatha vel pura vel nunnata, ea servatur diciturque خَافِيَ *nudipedem*, رَامِيًا *iaculatorem*, تَمَنِّيًا *optationem*, أَيْدِيَ *manus.*

CVIII. ى in medio dictionis si praecedente Dhammate esset Dschezmate notandum haud raro convertit Dhamma in Kes-

ram ſitque quiescens (quum ex Reg. LXXV. in و transire deberet) ut

| | | | |
|---|---|---|---|
| بِيضٌ | pro | بُيْضٌ | *ovipara,* |
| نِيبٌ | | نُيْبٌ | *dentes canini.* |

CIX. Vbi ى finale ante se habet و quiescens post Dhamma, id in Kesre mutatur, و vero in ى transit, per Teschdid τῷ ى finali inserendum, ut

| | | | |
|---|---|---|---|
| مَرْمِيٌّ | pro | مَرْمُوىٌ | *iactatus* |
| بَغِيٌّ | | بَغُوىٌ | *iniustus* |
| مُضِيٌّ | | مُضُوىٌ | *lucidus.* |

CX. Si in fine dictionis duo ى concurrunt, quorum prius praecedente Kesra quiescit, utrumque ى per Teschdid unitur, ut

سَرِىٌّ pro سَرِيىٌ *vita generosa.*

Eadem contractio locum habere poteſt, si litera ultima eſt Elif hamzatum, ut خَطِيَّةٌ pro خَطِيئَةٌ *peccatum.*

CANONES LITERIS VAV ET YE COMMVNES.

CXI. و et ى, Vocali eas praecedente, mobiles evanescunt, si eas proxime sequatur و sive ى quiescens, una cum Vocali ipsis propria; quodsi vero Fatha praecedit, ea cum litera و vel ى quiescente facit diphthongum, ut

| | | | |
|---|---|---|---|
| رَمَوْا | pro | رَمَيُوا | *iecerunt* |
| تَغْزِينَ | | تَغْزُوِينَ | *oppugnaberis femina.* |

CXII. Quodsi Vocalis, quae abiectam و vel ى praecedere debebat, sit Dhamma vel Kesre, ea excidit, eiusque locum occupat illa Vocalis, quae abiectae و vel ى propria erat, ut

| | | | |
|---|---|---|---|
| أُغْزِى | pro | أُغْزُوِى | *oppugna femina* |
| غَازُونَ | | غَازِوُونَ | *oppugnantes* |
| يَرْمُونَ | | يَرْمِيُونَ | *iacient.* |

CXIII. و et ى ita concurrentibus, ut prior (sive ea sit و sive ى) Vocalem non habeat, et Dschezmate sit signatum, ea excidit, ى vero per Teschdid duplicatur, ut

| | | | |
|---|---|---|---|
| أَيَّامٌ | pro | أَيْوَامٌ | *dies* (Plural.) |
| كَىٌّ | | كَوْىٌ | *stigma inustum.* |

Eodem modo et pro Hamza finali cum ى praecedente, ى per Teschdid geminatur, unde a رَشَأٌ *pullus dorcadis,* diminutivum est رُشَىٌّ pro رُشَيْأٌ. Frequentius tamen Hamza servatur, ut قَىْءٌ *vomitus.*

CXIV. و et ى finales post Eliph servile in Hamzam mutantur, ut

| | | | |
|---|---|---|---|
| سَمَآءٌ | pro | سَمَاوٌ | *coelum* |
| رِدَآءٌ | | رِدَاىٌ | *pallium.* |

CXV. و et ى cum Vocali efferendae praecedente Fatha in ا quiescens transire solent, ut

| | | | |
|---|---|---|---|
| قَامَ | pro | قَوَمَ | *stetit* |
| طَالَ | | طَوَلَ | *longus fuit* |
| سَارَ | | سَيَرَ | *profectus fuit* |
| خَافَ | | خَوِفَ | *metuit* |

CXVI. Si verbi flexione ita ferente post ا illud quiescens (de

quo §. praeced.) sequatur litera Dschezmate signata, ا abiicitur, et Vocali Fatha, quae ا illud praecedebat, substituitur Dhamma vel Kesra; et *Dhamma* quidem ponitur si و, cuius locum ا occupat, Vocalem habere debeat Dhammam aut Fatham. Vnde scribitur طُلْتَ *longus evasisti*, pro طَالْتَ; forma regularis esset طَوُلْتَ. Item قُمْتَ *stetisti*, pro قَامْتَ; forma regularis esset قَوَمْتَ. *Kesra* vero Vocali Dhamma substituitur, si ا quiescens locum literae ى vel و, per Kesram efferendae, occupat. Veluti

سِرْتَ pro سَارْتَ *profectus es*, et hoc pro سَيِرْتَ.

خِفْتَ pro خَافْتَ *metuisti*, et hoc pro خَوِفْتَ.

CXVII. و et ى si in medio dictionis cum Vocali essent efferendae, habeantque ante se literam Dschezmate signatam, post se vero literam cum Vocali efferendam; reiiciunt suam Vocalem ad literam praecedentem Dschezmatam, fiuntque quiescentes, ut

يَطُولُ pro يَطْوُلُ *longus evadet*

يَسِيرُ — يَسْيِرُ *proficiscetur.*

Quodsi و vel ى ita positae cum Fatha essent efferendae, in ا transeunt, si vero cum Kesra, و transit in ى (cf. §. LXXV.). Hinc dicitur

| | | | |
|---|---|---|---|
| يَخَافُ | pro | يَخْوَفُ | *metuet* |
| يَهَابُ | | يَهْيَبُ | *formidabit* |
| مُسْتَقِيمٌ | | مُسْتَقْوِمٌ | *recte incedens.* |

CXVIII. Quodsi literam vi permutationis istius (de qua §. superiore) quiescentem sequatur litera Dschezmate signata, litera quiescens excidit, ut

أَقَمْتُ pro أَقَامْتُ et hoc pro أَقْوَمْتُ *constitui.*

أُقِمْتَ — أُقِيمْتَ — — — أُقْوِمْتَ *constitutus es.*

CXIX. Si و et ى cum Kesra sint proferendae, praecedat vero Dhamma; Kesra reiici solet in locum Dhammae, quae perit; و autem tum mutatur in ى quiescens (cf. §. LXXV.); unde est

قِيلَ pro قُوِلَ *dictum est*

سِيرَ pro سُيِرَ *directus est.*

Si eiusmodi ى quiescentem sequatur litera dschezmata, ى excidit; ut قِلْتَ *dictus es,* pro قِيلْتَ, idque pro قُوِلْتَ.

OBSERVATIONES QVAEDAM GENERALES CIRCA CANONES SVPERIORES DE PERMVTATIONE LITERARVM ا و ى.

CXX. Cum in superioribus Canonibus literae ى و ا Vocali alicui *postpositae* dicuntur, immediata intelligitur postpositio, non intercedente scilicet Dschezmate, aut litera quiescente expressa, vel latente in Teschdid. Sic in voce مُدَّ Fatham τῷ د impositam non immediate praecedit Dhamma literae م superscripta, quia مُدَّ pro مُدْدَ est scriptum.

CXXI. ا finale habetur pro mediano si ad dictionem accedat Pronomen suffixum. Hinc in مَاؤُهُ *aqua eius* Hamza mutatur in و, ac si in medio dictionis posita esset (cf. §. LXXVIII.). Quod tamen non semper observatur; scribitur enim et مَاءُهُ.

CXXII. و et ى finales accedente Pronomine suffixo non, ut ا (§. CXXI.), pro medianis habentur. Sic in رَمَاهُ *iecit illum,* et غَزَاهُ *oppugnavit eum,* ى verbi رَمَى et و verbi غَزَوَ manent quiescentes, ut in fine dictionis (vid. §. XCI. CIII.). Additum suffixum nullam affert mutationem, nisi quod in locum τοῦ و et ى substituatur ا.

# LIBER SECVNDVS
## *De Verbo.*

### CAPVT PRIMVM
### DE VERBO IN GENERE.

CXXIII. Partes Orationis Arabes numerant *tres*, *Nomen* (إِسْمٌ), *Verbum* (فِعْلٌ), et *Particulam* (حَرْفٌ). Ceterae Orationis partes in his tribus continentur; nempe Pronomen in Nomine, Articulus, Praepositio, Adverbium, Coniunctio et Interiectio in Particula. Initium ducimus a Verbo, utpote quod in lingua Arabica et in linguis cognatis est *Radix*, seu forma primitiva, e qua (paucis exceptis Nominibus et Adverbiis), reliquae Orationis partes, veluti a stipite rami, derivantur.

CXXIV. Verbum *primitivum* vocatur Arabice مُجَرَّدٌ *nudum*, quod solis iis literis constat, quae *radicem* (أَصْلٌ) constituunt, et *radicales* (أَصْلِيَّةٌ) dicuntur. Ea radix est semper tertia persona masculina Praeteriti Activi. *)

*) Non omnia Verba, ne trilitera quidem (de quadriliteris vid. not. sequ.), sunt primitiva, sed ut taceamus denominativa haud pauca, et e Particulis onomatopoeticis derivata, e Coniugatione VIII. nonnumquam nova verba exsistunt primae Coniugationis. Sic a verbi وَقَى Coniugatione VIII. إِتَّقَى fit تَقَى *timuit* A رَعَى *pascere*, in VIII. إِرْتَعَى *pastum incessit*, fit novum Verbum رَتَعَ idem significans et praeterea: *spatiando se recreavit*, Sur. XII, 11.

CXXV. Radix, sive verbum primitivum, non paucioribus quam *tribus*, nec pluribus quam *quatuor* literis constat. Prius illud vocatur *triliterum*, ثُلَاثِيٌّ, ut نَصَرَ *adiuvit*, مَدَّ *extendit;* posterius *quadriliterum*, رُبَاعِيٌّ, ut دَحْرَجَ *volvit*, زَلْزَلَ *commovit.**) Verborum triliterorum litera radicalis prima dicitur فَآءٌ *Fa*, secunda عَيْنٌ *Ain*, tertia لَامٌ *Lam*, quod singulae eum locum obtinent, quem literae istae in usitato Grammaticis Arabicis paradigmate فَعَلَ *fecit.* Verborum quadriliterorum radicales duae postremae appellantur *Lam primum* et *Lam secundum.*

CXXVI. A Verbo primitivo plures deducuntur species derivatae, quae ei fini inserviunt, ut primitivi significationem variis modis immutent, eique addant vim *effectivam*, *declarativam*, *reciprocam*, *intensivam*, *desiderativam*, nota quadam peculiari et characteristica designatam. Species hae derivatae a primitiva formantur ita, ut ad tres quatuorve literas radicales addantur certae quaedam *serviles*, una vel plures, quae peculiarem singularum characterem constituunt. Illae literae additiliae sive serviles vel per geminationem radicalium oriuntur, ut بَدَّلَ *permutavit*, vel

*) Verba *quadrilitera* pleraque etsi ab Arabibus pro *primitivis* habeantur, revera sunt *derivata*, vel a radice trilitera, sive ea sit etiamnum in usu, sive in desuetudinem abierit, et in una alterave linguarum cognatarum reliqua, quale est تَلْمَذَ *discipulus fuit*, a تِلْمِيذٌ *discipulus*, cuius radix superest in hebraeo לָמַד *didicit;* vel a pluribus vocabulis arabicis, ut بَسْمَلَ *pronunciavit formulam* بِسْمِ آللّٰهِ i. e. *in nomine Dei.* Plura verba quadrilitera deducta sunt a verbis triliteris secundam radicalem geminantibus, quale est زَلْزَلَ *commovit*, *tremefecit*, a زَلَّ *caespitavit*, *prolapsus est*, Cuiusmodi verba quadrililera vocantur مُضَاعَفٌ *duplicata*, et مُطَابِقٌ *concordantia.*

aliae sunt a radicalibus diversae, ut أَقْبَلَ *accessit*, vel denique ex utroque genere coniunguntur, ut تَقَبَّلَ *accepit quid ut gratum.* Quae hoc modo a verbo primitivo formari possunt derivativa etsi minus rite et apte *Coniugationes* appellentur, *) tamen quia haec verborum derivativorum appellatio inde ab Erpenio apud nostrates Grammaticos usu est recepta, eadem nobis retinenda videbatur.

CXXVII. A Verbo primitivo trilitero plures possunt species derivativae seu Coniugationes deduci. Solent vulgo earum *duodecim* recenseri, ut proinde, si formam primitivam adnumeres, *tredecim* unius Verbi sint Species seu Coniugationes. Sunt inter Arabes Grammatici, qui *quindecim* numerent Verbi unius Coniugationes. Verba quadrilitera haud plures quam *quatuor* agnoscunt Coniugationes.

CXXVIII. Coniugationes derivatae in *tres* Classes dividuntur, quarum prima continet formatas a primitiva, sive radice, adiectione unius, secunda duarum, tertia trium literarum. Eae adscito paradigmate فَعَلَ hoc modo repraesentantur:

| III. | | II. | | I. | |
|---|---|---|---|---|---|
| اِسْتَفْعَلَ | 10 | تَفَعَّلَ | 5 | فَعَّلَ | 2 |
| اِفْعَالَّ | 11 | تَفَاعَلَ | 6 | فَاعَلَ | 3 |
| اِفْعَوْعَلَ | 12 | اِنْفَعَلَ | 7 | أَفْعَلَ | 4 |
| اِفْعَوَّلَ | 13 | اِفْتَعَلَ | 8 | | |
| | | اِفْعَلَّ | 9 | | |

Qui quindecim numerant Coniugationes (CXXVII.) duas hasce addunt, inserta litera *Nun* formatas:

*) Cf. A. Schvltens *Institt. ad fundam. Ling. Hebr.* p. 259.

14 اِفْعَنْلَلَ

15 اِفْعَنْلَى

Nullum vero Verbum exstat, de quo uno omnes hae Coniugationes usu sint receptae, sed de alio hae, de alio illae usitatae sunt, vel pauciores vel plures. Coniugationis *duodecimae* et *tertiae decimae* pauca reperiuntur exempla, rarissima vero *quartae decimae* et *quintae decimae*, quae verbis quadriliteris, a triliteris derivatis (vid. not. p. 57.) accenseri possunt, unde a paucissimis Grammaticis inter Coniugationes, sive formas derivativas Verbi triliteri recensentur. Exemplum *quartae decimae* profertur اِعْلَنْكَكَ *luxuriavit et densior seu collecta fuit coma*, ab عَلِكَ, quae tamen pro forma quadriliteri عَلْكَكَ ab عَلَكَ derivati haberi potest. *Quintae decimae* Coniugationis exemplum est اِسْلَنْقَى *decubuit in dorso*, quod tamen a Golio ut Coniugatio tertia quadriliteri سَلْقَى commemoratur.

CXXIX. 1. In *prima* Coniugatione Verba significationem habent simplicem, quam a prima sua origine possident, eamque vel activam, ut كَتَبَ *scripsit*, vel absolutam, ut حَزِنَ *tristis fuit.*

2. Per Speciem sive Coniugationem *secundam*, cuius character est media radicalis duplicata, Verba, quae in prima habent significatum absolutum sive intransitivum, fiunt transitiva; ut a حَزِنَ *tristis fuit* حَزَّنَ *contristavit*, a فَرِحَ *hilaris fuit*, فَرَّحَ *exhilaravit.* Si primae Coniugationis significatio sit transitiva, in secunda fit dupliciter transitiva, s. transitiva in alterum, ut a ضَرَبَ *verberavit* ضَرَّبَ est *verberare fecit*, seu *mandavit ut quis alterum verberaret.* A صَدَقَ *verax fuit* صَدَّقَ est *veracem aestimavit* (quasi *veracem fecit*); ut a كَذَبَ *mentitus fuit* كَذَّبَ *mendacem esse di-*

*xit, mendacii arguit.* Subinde hac Coniugatione actionis iteratio, aut intensio indicatur, ut a قَتَلَ *occidit* قَتَّلَ *plura homicidia iteratis vicibus commisit,* aut *plures una vice interfecit.* Verba haud pauca in Coniugatione secunda sunt, quod ad significationem, derivata a nomine, indicantque *facere, producere* id quod nomen significat, ut جَيَّشَ *exercitum collegit conscripsitve,* a جَيْشٌ *exercitus,* خَبَزَ *coxit, pinsuit panem,* a خُبْزٌ *panis,* خَلَّلَ *in acetum vertit* a خَلٌّ *acetum.*

3. In Coniugatione *tertia*, cuius character est Eliph post primam radicalem inserta, 1) Verbum quod in prima est intransitivum, vel absolutum s. neutrum, vim adsciscit transitivam, indicatque actionem in eum, a quo similis actio recipitur, nomen vero eius, in quem actio fit, iungitur Verbo nulla intercedente praepositione, in Accusativo positum. Ita a شَرِكَ *socius, consors fuit,* III. شَارَكَ est *aliquem socium sibi adscivit,* diciturque شَارَكَ زَيْدٌ عَمْرًا *adscivit Zeidus socium Amrum,* ut igitur Amru simul Zeidum sibi socium fecerit. A جَلَسَ *sedit* in III. dicitur جَالَسَ ٱلسُّلْطَانَ *assedit Sultano,* ut igitur Sultanus alteri assidens factus sit. Eodem modo a قَعَدَ *sedit* tertia قَاعَدَ sequente Accusativo personae, notat *consedit, assedit alteri.* In prima Coniugatione كَتَبَ est simpliciter *scripsit,* sed in tertia: *scripsit ad alterum,* ut كَاتَبْتُ ٱلْمَلِكَ *scripsi ad regem.* A قَامَ *stetit* tertia قَاوَمَ, sequente Accusativo personae, est: *stetit iuxta alium.* A قَسَى *obduruit* tertia قَاسَى sequente Accusativo personae vel rei, est *obduruit se contra aliquid,* id pertulit. A قَالَ *dixit* tertia قَاوَلَ sequente Accusativo personae, denotat: *sermocinatus est cum aliquo.* Praeterea Coniugatio tertia 2) indicat *conatum* aliumque antecellendi

studium. Sic a خَدَعَ *decepit, fefellit,* tertia خَادَعَ est *fallere studuit alium* (vid. e. c. Sur. II, 8.). شَرُفَ *excelsus et nobilis fuit,* شَارَفَ *de nobilitate et gloria certavit cum alio.* قَتَلَ *occidit,* قَاتَلَ *alium occidere studuit, pugnavit.*

4. *Quarta,* cuius character est Eliph radici praeposita, plane ut Coniugatio secunda Verba quae in prima sunt absoluta reddit transitiva, ut عَظُمَ *magnus fuit,* أَعْظَمَ *magnum fecit, magni fecit, honoravit;* ذَهَبَ *abiit,* أَذْهَبَ *abduxit, abstulit.* Transitiva fiunt in hac Coniugatione transitiva in secundum, ut a ضَرَبَ *verberavit* أَضْرَبَ *verberare fecit.*

5. *Quinta,* quae a secunda praeposito تَ formatur, ratione significatus plerumque est Passivum Coniugationis secundae. Ita ab عَلِمَ *scivit,* II. عَلَّمَ est *scientem effecit, docuit,* et V. تَعَلَّمَ *edoctus fuit, didicit.* Ab عَظُمَ *magnus fuit,* II. عَظَّمَ est *magnum fecit,* et V. تَعَظَّمَ *honoratus est.* A بَانَ (pro بَيَنَ) *distitit, segregata et distincta fuit res a re,* II. بَيَّنَ est *manifestum, distinctum reddidit, declaravit,* et V. تَبَيَّنَ *distinctus, manifestus, clarus fuit.* Nonnumquam vim intentam habet Coniugationis primae, ut a تَبِعَ *sequutus est,* V. تَتَبَّعَ *insequutus, persequutus est;* a طَلَبَ *quaesivit* V. تَطَلَّبَ *iterum iterumque, diligenter quaesivit.* Aliquando significat affectationem rei, ut تَنَبَّأَ *se prophetam dixit, propheticum munus sibi vindicavit,* a II. نَبَّأَ *prophetavit.* Ita et تَمَلَّكَ *regem se gessit.*

6. *Sexta,* quae a tertia praeposito تَ formatur, haud raro eiusdem est Passivum. Ut a III. بَارَكَ *bene precatus fuit* Deus homini, VI. تَبَارَكَ *fortunatus fuit.* A III. عَالَى *evexit,* VI. تَعَالَى *exal-*

*tatus est.* Frequenter haec Coniugatio mutuam inter duos pluresve actionem indicat. Ita a صَرَعَ *prostravit* VI. تَصَارَعَ est *unus alterum prosternere studuit, colluctatus fuit.* تَكَاتَبَ *scripserunt ad invicem.* تَلَاعَبَ غِلْمَانٌ *colluserunt pueri,* تَشَارَكَ ٱلْقَوْمُ *consociati sunt homines.* Habet quoque significationem simulatae actionis ut a مَرِضَ *aegrotavit* VI. تَمَارَضَ *simulavit se esse aegrotum;* a مَاتَ *mortuus fuit,* VI. تَمَاوَتَ *se mortuum finxit;* ab عَمِيَ *caecus fuit,* تَعَامَى *talem se finxit.*

7. Coniugatio *septima,* cuius character est praefixa radici ن, quae Eliph prostheticum (XLIX.) ante se habet (إِن), significatum possidet reciprocum, vel etiam passivum, ut a غَدَرَ *fefellit, decepit,* VII. إِنْغَدَرَ *sivit se decepi, deceptus est;* a كَسَرَ *fregit* VII. إِنْكَسَرَ *fracta est res.*

8. *Octava,* cuius character est تَ post primam radicalem, cui Eliph prostethicum praemissum, item habet vim reciprocam et passivam, ut a جَمَعَ *congregavit* VIII. إِجْتَمَعَ *congregatus fuit* et *se congregavit;* ab عَرَضَ *adversus occurrit,* VIII. إِعْتَرَضَ *se opposuit alteri obstititque.*

9. *Nona,* cuius character est tertia radicalis geminata per Teschdid, praeposito primae radicali Eliph prosthetico, propria est tum colorum, uti إِحْمَرَّ *rubuit,* إِصْفَرَّ *flavus fuit,* tum defectuum corporis, ut إِعْوَرَّ *luscus fuit,* إِعْوَجَّ *curvus et distortus fuit.*

10. *Decima,* quae formatur praepositâ radici syllaba إِسْتَ, petitionem et desiderium designat, ut a غَفَرَ *remisit, condonavit peccatum,* X. إِسْتَغْفَرَ *veniam peccati petiit;* a طَعِمَ *gustavit, edit,* X. إِسْتَطْعَمَ *cibum petiit.* Nec raro valet, rem aut personam ta-

trinken II tränken X sich tränken = Trunk erbitten



lem existimare qualis in Coniugatione prima esse dicitur, ut a حَلَّ *licuit, fas fuit*, X. إِسْتَحَلَّ *licitum censuit;* a كَرِهَ *invisus, detestabilis fuit*, X. إِسْتَكْرَهَ *ingratum et detestabilem censuit*, a وَجَبَ *necesse fuit*, X. إِسْتَوْجَبَ *iudicavit necesse esse.* Notat praeterea *velle ut quis hoc illudve munus in se suscipiat*, ut إِسْتَخْلَفَ *aliquem vicarium sibi elegit*, et إِسْتَوْزَرَ *delegit* eum *pro consiliario.*

11. *Undecima* derivatur a nona inserto mediam inter et tertiam geminatam radicalem Elif, eandemque, quae nona, vim habet, sed cum quadam intensione, ut ab إِحْمَرَّ *rubuit*, XI. إِحْمَارَّ *valde rubuit*, ab إِعْوَجَّ *curvus fuit*, إِعْوَاجَّ *valde curvus et distortus fuit.*

12. Duae ultimae, quae rarissimae sunt, intendunt vim verbi cuiuscunque, qualitatem inhaerentem vel diuturnam indicantis, uti a خَشُنَ *asper fuit*, XII. إِخْشَوْشَنَ est *summopere asper fuit;* ab عَشَّبَ *herbam pabulumve viride produxit*, seu *herbosa fuit* terra, XII. إِعْشَوْشَبَ *herba viridive pabulo luxuriavit terra;* a حَدِبَ *gibboso dorso fuit*, XII. إِحْدَوْدَبَ *dorso admodum gibboso fuit;* ab عَلَّطَ XIII. إِعْلَوَّطَ *se applicuit ad negotium idque aggressus fuit*, peculiariter inconsiderate.

CXXX. Non raro tamen Coniugationes derivativae, maxime quinta, octava et decima, aliter accipiuntur, nonnumquam illarum significatus plane diversi sunt a primitiva notione. Veluti إِعْتَقَدَ, VIII. ab عَقَدَ *nodavit, nexuit*, significat, *credidit, firmiter in animum induxit;* إِسْتَجَابَ X. a جَابَ *secuit, fidit, diffidit*, notat, *responsum dedit, exaudivit precationem.* Quae ex usu sunt discenda et e Lexicis. Neque tamen in iis omnes, quae in usu sunt,

singulorum verborum Coniugationes earumque significationes consignatae reperiuntur, possuntque illa hac in parte e diligenti lectione multum locupletari.

CXXXI. Quadrilitera quatuor solum agnoscunt Coniugationes, quarum prima primae, secunda quintae, tertia septimae, quarta nonae triliterorum respondet suntque huiusmodi:

إِفْعَنْلَلَ 3 فَعْلَلَ 1

إِفْعَلَلَّ 4 تَفَعْلَلَ 2

Primae Coniugationis exemplum est دَرْبَجَ *incurvavit extenditve dorsum, seque submisit;* II. تَزَهْوَكَ *agitato huc illuc corpore incessit;* III إِقْعَنْسَسَ *in se contractus, et senio incurvatus fuit;* IV. إِقْشَعَرَّ *horripilavit.*

CXXXII. Cuiusque illarum Coniugationum (nona et undecima exceptis) forma est duplex, *activa* et *passiva.* Activa Arabibus vocatur فَاعِل *agens*, et صِيغَةُ ٱلْمَعْلُومِ *forma cogniti*, *passiva* vero مَفْعُول *quod agitur*, et صِيغَةُ ٱلْمَجْهُولِ *forma ignorati*, quia ea non adhibetur nisi quando agens vel ignoratur, vel illum nominare quis nolit. Verba intransitiva, cuiuscunque tandem sint Coniugationis, convenienter naturae suae *passivam* non agnoscunt.

CXXXIII. Sequitur modus, Verbi Species s. Coniugationes inflectendi. Inflexio fit per Tempora, Modos, Personas, Numeros, et Genera.

1. *Tempora* duo sunt, Praeteritum, ٱلْمَاضِي, et quod nostrates Grammatici Futurum, Arabes ٱلْمُضَارِعُ *simile* scil. nomini vocant, quod nominis instar Casuum quasi agnoscit varietatem, et terminationem, plane ut nomen, particularum quarundam influ-

xu mutat: *) potest commode *Aoristus* appellari, retinemus tamen *Futuri* nomen usu receptum. *Praesens* vel per illorum temporum alterutrum exprimitur, vel per Participium, Pronomine personali vel addito vel omisso. Reliqua tempora exprimuntur addito Verbo substantivo كَانَ, ut in Syntaxi videbimus.

2. *Modi*, *Indicativus* et *Subiunctivus*, formâ nonnisi in Futuro distinguuntur, vid. §. CXLVI seqq. *Imperativus* (أَمْرٌ *mandatum, iussum*) usurpatur tantum in praecepto positivo, hortatione et precatione; nam in praecepto negativo, sive interdicto, dehortatione, et deprecatione, eius in locum semper substituitur Futurum.

Ad Modos referunt Nostri et *Infinitivum* et *Participium*, quae Arabes Nominibus accensent.

*Infinitivus* est Nomen Substantivum, eam actionem, vel passionem, vel notionem intransitivam, quam verbum finitum ad tempus, numerum, personam et genus restringit, in abstracto, et sine ulla restrictione ad aliquod subiectum exprimens Vt cum كَتَبَ sit *scripsit ille*, Infinitivus كَتْبٌ est *τὸ scribere*, vel *scriptio*, id est, *actus scribendi*, in abstracto spectatus. Quare Arabibus recte إِسْمُ ٱلْفِعْلِ *nomen actionis*, et مَصْدَرٌ *scaturigo, origo* dicitur, quod

---

*) Ant. Aryda quidem *Institt. Grammat. Arab.* p. 18. nominis arabici rationem affert hanc, quod hoc tempus *actionem* indicet *praesentem*, *iam inchoatae consimilem*, et ulterius duraturam. Sed quam supra dedimus nominis مُضَارِعٌ ratio nititur Grammaticorum Arabicorum auctoritate, secundum quos similitudo huius Temporis cum Nomine in tribus hisce potissimum consistit: 1) quod, ut Nomen per se vagum Articulo restringitur, ita Tempus hoc ad Praesens et Futurum indifferens, certis voculis ad alterutrum determinatur; 2) quod affinitatem habeat cum Nomine agente i. e. Participio, tum in ipsa voce (formatur enim hoc ab illo), tum in usu eius, quum alterum pro altero haud raro usurpetur; 3) quod, more Nominum, initio praedicati لَ adsumat, cum subiectum إِنَّ ante se habet. Vid. *Grammatica Arab. dicta Gjarumia*, ed. Erpen. p. 25.

primitivam radicis notionem generaliter, sine ulla adiectione, exprimit. Quum igitur Infinitivus Nomen sit Verbi, intelligitur, cur ille varias formas, Nominibus convenientes, non tantum masculinas, sed et femininas, imo et constructionem, qualis est Nominis aliud Nomen regentis, admittit.

*Participium* est nomen Adiectivum, significans *agentem* (إِسْمُ ٱلْفَاعِلِ), vel *patientem* (إِسْمُ ٱلْمَفْعُولِ), sive rem, sive personam. Quare, secundum leges Nominum, diversum genus, numerum, et constructionem cum alio Nomine recipit.

*Personae*, in Praeterito et Futuro, sunt tres, *prima*, *secunda*, *tertia*. Tertia, quia in Praeterito formam habet simpliciorem reliquis, in Paradigmate primo loco ponitur. Arabice ea ضَمِيرُ ٱلْغَائِبِ *persona absentis* dicitur, secunda ضَمِيرُ ٱلْمُخَاطَبِ *persona quacum fit alloquutio*, prima ضَمِيرُ ٱلْمُخَاطَبِ sive ٱلْمُتَكَلِّمِ *persona alloquentis.*

In Imperativo persona est unica, scilicet *secunda;* ubi *tertia* opus foret, pro Imperativo Futurum usurpatur.

*Numeri* in Personis Praeteriti, Futuri et Imperativi sunt tres, *Singularis*, ٱلْمُفْرَدُ, *Dualis*, ٱلْمُثَنَّى sive ٱلتَّثْنِيَةُ, et *Pluralis*, ٱلْجَمْعُ, sive ٱلْمُكَثَّرُ. Prima Persona Duali caret.

5. *Genus* in Personis est triplex, *masculinum*, ٱلْمُذَكَّرُ; *femininum*, ٱلْمُؤَنَّثُ; et *commune*, ٱلْمُسْتَوِي. Prima tam Singularis, quam Pluralis numeri, nec non secunda Dualis, generis sunt communis; reliquae et masculini et feminini sunt generis.

CXXXIV. Verbum est vel *regulare*, seu *perfectum*, Arabice سَالِمٌ *sanum*, quod tres habet literas radicales semper praesentes et mobiles, nec aliquam literarum ى و ا radicalem; vel *irregu-*

*lare* seu *imperfectum*, Arabice غَيْرُ سَالِمٍ *non sanum*, quod vel secundam et tertiam radicalem eandem habet, quale حَلَّ *solvit*, vel inter radicales unam aut plures literarum ى و ا, quae in quibusdam formis vel invicem permutantur, vel prorsus excidunt, quo fit, ut a communi typo nonnihil deflectant.

---

# CAPVT SECVNDVM.

## DE PRIMA VERBI TRILITERI PERFECTI CONIVGATIONE.

CXXXV. Primam Verbi triliteri perfecti Coniugationem reliquae per omnia fere sequuntur, quare paradigma eius integrum distincte hic exhibebimus, et quae de singulis Temporibus et Modis notanda veniunt, in subiectis annotationibus exponemus. Paradigma nobis esto نَصَرَ *adiuvit*, cuius forma Activa est huiusmodi.

### PRAETERITVM.

*Singularis.*

| Femin. | Communis. | Mascul. | |
|---|---|---|---|
| نَصَرَتْ | | نَصَرَ | 3 |
| نَصَرْتِ | | نَصَرْتَ | 2 |
| | نَصَرْتُ | | 1 |

*Dualis.*

| Femin. | Communis. | Mascul. | |
|---|---|---|---|
| نَصَرَتَا | | نَصَرَا | 3 |
| | نَصَرْتُمَا | | 2 |

*Pluralis.*

| Femin. | Commun. | Mascul. | |
|---|---|---|---|
| نَصَرْنَ | | نَصَرُوا | 3 |
| نَصَرْتُنَّ | | نَصَرْتُمْ | 2 |
| | نَصَرْنَا | | 1 |

F V T V R V M.

*Singularis.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| تَنْصُرُ | | يَنْصُرُ | 3 |
| تَنْصُرِينَ | | تَنْصُرُ | 2 |
| | أَنْصُرُ | | |

*Dualis.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| تَنْصُرَانِ | | يَنْصُرَانِ | 3 |
| | تَنْصُرَانِ | | 2 |

*Pluralis.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| يَنْصُرْنَ | | يَنْصُرُونَ | 3 |
| تَنْصُرْنَ | | تَنْصُرُونَ | 2 |
| | نَنْصُرُ | | 1 |

I M P E R A T I V V S.

*Singularis.*

| Femin. | Commun. | Mascul. | |
|---|---|---|---|
| أُنْصُرِي | | أُنْصُرْ | 2 |

*Dualis.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| | أُنْصُرَا | | 2 |

*Pluralis.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| أُنْصُرْنَ | | أُنْصُرُوا | 2 |

PARTICIPIVM.

*Singularis.*

nāṣirun

| | |
|---|---|
| نَاصِرٌ | نَاصِرَةٌ |

*Dualis.*

| | |
|---|---|
| نَاصِرَانِ | نَاصِرَتَانِ |

*Pluralis.*

| | |
|---|---|
| نَاصِرُونَ | نَاصِرَاتٌ |

INFINITIVVS. = nomen actionis

نَصْرٌ

ANNOTATIONES AD PRAETERITVM.

CXXXVI. 1. Prima et ultima radicalis perpetuo Fatha habent, media saepissime quoque Fatha, significatione vel transitiva, ut ضَرَبَ *verberavit,* صَرَفَ *vertit, convertit,* vel intransitiva, ut جَلَسَ et قَعَدَ, quod utrumque *sedit* significat.

2. Sunt tamen Verba haud pauca, quae mediae radicalis Vocalem habent vel Kesre, vel Dhamma. Ea significatu plerumque sunt intransitiva sive neutra, ut فَرِحَ *laetatus fuit,* حَزِنَ *tristis fuit,* حَسُنَ *pulcher fuit,* قَبُحَ *deformis fuit.* Inter utraque haec Verba autem hoc fere discrimen observatur, quod illa, quae mediam Vocalem habent *Dhamma,* plerumque qualitatem indicant naturâ inhaerentem et constantem, ea vero, quae mediam habent *Kesre,* statum in quo quis per accidens versatur.

3. Verba exstant plura, quorum media radicalis vel omnes tres Vocales, vel duas earum recipit. Eorum pro diversa, qua insigniuntur, Vocali media, diversi sunt significatus. Sic عَمَرَ est *coluit, exstruxit,* عَمِرَ *diu vixit,* عَمُرَ *cultus, habitatus fuit;* قَنَعَ *humiliter rogavit quid petivitque,* قَنِعَ *contentus fuit;* حَبَلَ *foedus inivit,* حَبِلَ *praegnans fuit, concepit femina;* خَرَقَ de-

*cerpsit collegitve de arbore fructus,* خَرِفَ *mente depravatus fuit, deliravit;* دَخَلَ *intravit,* دَخِلَ *corruptione ac vitio,* peculiariter *intrinsecus, laboravit mens vel corpus;* سَحَقَ *fricando trivit comminuitve in pulverem,* سَحُقَ *procul et remotus fuit.* Quae verbi triliteri primitivi formarum varietas Arabibus dicitur صُورَةٌ *figura.*

CXXXVII. Praeteritorum omnium unus idemque est flexionis modus, quo certae quaedam literae serviles ad formationem Numerorum, Personarum et Generum *radici in fine* adiiciuntur, ut e paradigmate manifestum est.

CXXXVIII. Si tertia verbi alicuius radicalis est ت, ea cum ت pluribus Praeteriti personis formandis inserviente, per *Teschdid* coalescit. Sic a ثَبَتَ *constitit* fit ثَبَتَّ *tu* (vir) *constitisti*, pro ثَبَتْتَ, ثَبَتِّ *tu* (femina) *constitisti,* pro ثَبَتْتِ, ثَبَتُّمَا *vos duo constitistis,* pro ثَبَتْتُمَا.

CXXXIX. Tertia radicalis ث, accedente litera servili ت, scribendo quidem exprimitur, non vero pronunciatur, id quod omisso, quo ث signandum est, signo Dschezm, atque duplicato per Teschdid adformante ت indicatur. Hinc لَبِثْتَّ *cunctatus es*, et لَبِثْتُّ *cunctatus sum* scribitur pro لَبِثْتَ et لَبِثْتُ. Idem fieri solet in Verbis tertiae radicalis د ذ ص ط ظ, unde عَبَدْتُّ *adoravi*, pro عَبَدْتُ, et رَبَطْتَّ *ligasti* pro رَبَطْتَ scribitur.

CXL. In Verbis tertiae radicalis ن ea cum ن adformante primae personae Pluralis et tertiae Pluralis femininae per Teschdid coalescit. Hinc آمَنَّا *credidimus* est pro آمَنْنَا, آمَنَّ *crediderunt* feminae, pro آمَنْنَ, et كُنَّ *fuerunt* feminae pro كُنْنَ (a كَانَ *fuit*).

## ANNOTATIONES AD FVTVRVM.

CXLI. Futurum formatur praefixis radici literis ا ت ن ي, personarum indicibus, quae voce technica أَتَيْنَ comprehenduntur, et ألزَّوَائِدُ ألأَرْبَعُ *quatuor accessoriae*, atque حُرُوفُ ألْمُضَارَعَةِ *literae Futurum formantes* dicuntur. ا format primam singularem, ut ن primam pruralem, ت secundam ubique personam, et tertiam quoque femininam in Singulari et Duali, ي tertiam masculinam, et femininam quoque in Plurali. Efferuntur autem literae praeformantes أتين perpetuo cum Vocali Fatha, et prima radicalis Vocali destituta notatur signo *Dschezm.*

CXLII. Media radicalis si in Praeterito habeat Fatha, in Futuro Dhamma aut Kesre assumit, ut كَتَبَ *scripsit*, يَكْتُبُ, ضَرَبَ *verberavit*, يَضْرِبُ, nisi ipsa aut tertia radicis fit gutturalis, ا ح خ ع غ ه, tum enim Fatha Praeteriti plerumque manet, ut شَغَلَ *laboravit*, يَشْغَلُ, مَنَحَ *donavit*, يَمْنَحُ. Non desunt tamen Verba secundae aut tertiae gutturalis, quae mediam Vocalem Fatha in Futuro mutent, e quibus دَخَلَ *intravit*, يَدْخُلُ.

CXLIII. Si media radicalis in Praeterito Kesre habet, id in Futuro transit in Fatha; ut عَلِمَ *scivit*, يَعْلَمُ. Nonnulla tamen Verba Kesre Praeteriti et in Futuro retinent, ut حَسِبَ *putavit, opinatus fuit*, يَحْسِبُ.

CXLIV. Media radicalis si in Praeterito Dhamma habet, id in Futuro retinet, ut a حَسُنَ *bonus, pulcher fuit*, يَحْسُنُ.

CXLV. Variat igitur mediae radicalis Vocalis tam in Praeterito quam in Futuro *sex* modis, qui hoc disticho comprehenduntur:

فَتْحُ كَسْرٍ . فَتْحُ ضَمٍّ . فَتْحَتَانِ

كَسْرُ فَتْحٍ . كَسْرُ كَسْرٍ . ضَمَّتَانِ

Quo sex haec Paradigmata exprimuntur: *)

| | Praeter. | Futur. |
|---|---|---|
| 1 | ضَرَبَ | يَضْرِبُ |
| 2 | نَصَرَ | يَنْصُرُ |
| 3 | فَتَحَ | يَفْتَحُ |
| 4 | عَلِمَ | يَعْلَمُ |
| 5 | حَسِبَ | يَحْسِبُ |
| 6 | كَرُمَ | يَكْرُمُ |

CXLVI. Ordinaria Futuri terminatio, quae in Paradigmate (supra §. CXXXV.) exhibetur, **) variatur interdum Apocopê, Antithesi, et Paragoge. Inservit autem haec syllabae ultimae variatio variis Modis designandis, ut mox patefiet.

CXLVII. Apocope tollit Dhamma tertiae radicalis, et Nun finale, praeter id quod format personas femininas Pluralis, ***) ut igitur hoc eius sit paradigma.

---

*) Quali radicalis media Vocali in Futuro sit proferenda in Lexicis significatur hac nota: *Fut. I., Fut. A., Fut. O.*

**) Illa Futuri forma, qua ultima radicalis per Vocalem Dhamma effertur, Arabibus vocatur رَفْعٌ sive مَرْفُوعٌ i. e. Nominativi signo (cf. CXXXIII. 1.), Vocali Dhamma, notata; Ill. de Sacy *Aoriste de l'Indicatif.*

***) Haec Futuri forma prorsus convenit cum Hebraica.

## FVTVRVM APOCOPATVM.

### *Singularis.*

| Femin. | Commun. | Mascul. | |
|---|---|---|---|
| تَنْصُرْ | | يَنْصُرْ | 3 |
| تَنْصُرِى | | تَنْصُرْ | 2 |
| | أَنْصُرْ | | 1 |

### *Dualis.*

| Femin. | Commun. | Mascul. | |
|---|---|---|---|
| تَنْصُرَا | | يَنْصُرَا | 3 |
| | تَنْصُرَا | | 2 |

### *Pluralis.*

| Femin. | Commun. | Mascul. | |
|---|---|---|---|
| يَنْصُرْنَ | | يَنْصُرُوا | 3 |
| تَنْصُرْنَ | | تَنْصُرُوا | 2 |
| | نَنْصُرْ | | 1 |

CXLVIII. Inservit haec forma apocopata Modo conditionali exprimendo *), habetque locum in propositionibus hypotheticis et retributivis, de quibus plura in Syntaxi. Hoc loco observasse sufficiat, adhiberi hanc formam post particulas إِنَّمَا *quum, siquando,* إِنْ *Si,* أَنَّى *ubicumque,* أَىٌّ *quicunque,* أَيَّانَ *quo tempore, quando,* أَيْنَ *ubicunque,* حَيْثُمَا *quocunque loci,* كَيْفَمَا *quomodocunque,* لِ imperativum (ut لِيَكْشِفْ *detegat*), لَا *ne,* لَمْ *non,* لَمَّا *nondum,* مَا *quidquid,* مَنْ *quicunque,* مَهْمَا *quotiescunque.*

CXLIX. Alia Futuri forma est *antithetica,* qua Dhamma tertiae radicalis in Fatha mutatur, et Nun finale personae secun-

*) Vnde Ill. de Sacy eam *l'Aoriste conditionnel* vocat. Arabibus audit جَزْمٌ s. مَجْزُومٌ i. e. signo *Dschezm* notatum.

dae femininae Singularis, personarum Dualis, nec non tertiae masculinae et secundae femininae Pluralis abiicitur. Eius Paradigma est hoc:

### FVTVRVM ANTITHETICVM.

| Femin. | Commun. | Mascul. | |
|---|---|---|---|
| | *Singularis.* | | |
| تَنْصُرَ | | يَنْصُرَ | 3 |
| تَنْصُرِى | | تَنْصُرَ | 2 |
| | أَنْصُرَ | | 1 |
| | *Dualis.* | | |
| تَنْصُرَا | | يَنْصُرَا | 3 |
| | تَنْصُرَا | | 2 |
| | *Pluralis.* | | |
| يَنْصُرْنَ | | يَنْصُرُوا | 3 |
| تَنْصُرْنَ | | تَنْصُرُوا | 2 |
| | نَنْصُرَ | | 1 |

CL. Haec Futuri forma adhibetur ubi nos *Subiunctivum* ponimus *), post particulas أَنْ, أَوْ, حَتَّى, كَىْ, لِ *ut* significantes, nec non post إِذَنْ (quidam إِذًا scribunt) *bene, age,* لَنْ *nequaquam,* et alias, de quibus plura in Syntaxi.

CLI. *Paragoge* adiicit Futuro Nun per Teschdid geminatum cum Fatha, uti hoc Paradigma ostendit:

---

*) Hinc de Sacyo vocatur *l'Aoriste subionctif,* Arabibus نَصْبٌ s. مَنْصُوبٌ i. e. nota Accusativi, Vocali Fatha, signatum.

FVTVRVM PARAGOGICVM.

*Singularis.*

| Femin. | Commun. | Mascul. | |
|---|---|---|---|
| تَنْصُرَنَّ | | يَنْصُرَنَّ | 3 |
| تَنْصُرِنَّ | | تَنْصُرَنَّ | 2 |
| | أَنْصُرَنَّ | | 1 |

*Dualis.*

| Femin. | Commun. | Mascul. | |
|---|---|---|---|
| تَنْصُرَانِّ | | يَنْصُرَانِّ | 3 |
| | تَنْصُرَانِّ. | | 2 |

*Pluralis.*

| Femin. | Commun. | Mascul. | |
|---|---|---|---|
| يَنْصُرْنَانِّ | | يَنْصُرُنَّ | 3 |
| تَنْصُرْنَانِّ | | تَنْصُرُنَّ | 2 |
| | نَنْصُرَنَّ | | 1 |

Est et alia huius Futuri forma, qua Nun simplex et Vocali carens (adeoque Dschezmate notatum) adiicitur, sed in Singulari solum ac Plurali masculino et communi, in hunc modum:

*Singularis.*

| Femin. | Commun. | Mascul. | |
|---|---|---|---|
| تَنْصُرَنْ | | يَنْصُرَنْ | 3 |
| تَنْصُرِنْ | | تَنْصُرَنْ | 2 |
| | أَنْصُرَنْ | | 1 |

*Pluralis.*

| Femin. | Commun. | Mascul. | |
|---|---|---|---|
| . . . . . . | | يَنْصُرُنْ | 3 |
| . . . . . . | | تَنْصُرُنْ | 2 |
| | نَنْصُرَنْ | | 1 |

Nun paragogicum per Teschdid geminatum vocatur *grave*, simplex cum Dschezmate notatum, *leve*.

Vides autem, ut ante Nun Dhamma tertiae radicalis in Fatha mutetur, itemque و et ى serviles in fine excidant, et in Plurali feminino ا inseratur, ne tria Nun concurrant.

*Nota.* Archaismum redolet, quod Sur. XCVI, 15 لَنَسْفَعًا scribitur pro لَنَسْفَعَنَّ *sane adprehendemus*, et Sur. XII, 32. وَلَيَكُونًا pro وَلَيَكُونَنَّ *et sane erit.*

CLII. Forma Futuri paragogica *) utraque adhiberi solet cum Futurum rem futuram quodammodo petit, ut fit interrogando, imperando, optando, vel prohibendo, ut in Syntaxi videbimus.

### ANNOTATIONES AD IMPERATIVVM.

CLIII. Imperativus formatur praeposito Eliph unionis prostethico (§. L.) cum Kesra, ut إِعْلَمْ *scito*, إِضْرِبْ *verbera*, nisi media radicalis Vocalem habet Dhamma, tunc enim et Eliph praefixum Dhamma habet, ut أُنْصُرْ *iuva*. Ceterum media radicalis in Imperativo semper retinet eandem Vocalem qua in Futuro pronunciatur.

CLIV. Imperativus, ut Futurum, *Nun paragogicum* admittit, quo adscito illius Paradigma est tale.

*Singularis.*

| Femin. | Commun. | Mascul. | |
|---|---|---|---|
| أُنْصُرِنَّ | | أُنْصُرَنَّ | 2 |

*Dualis.*

| Femin. | Commun. | Mascul. | |
|---|---|---|---|
| | أُنْصُرَانِّ | | 2 |

*Pluralis.*

| Femin. | Commun. | Mascul. | |
|---|---|---|---|
| أُنْصُرْنَانِّ | | أُنْصُرُنَّ | 2 |

Et adiecto Nun paragogico simplici, Dschezmate notato:

---

*) Ill. de Sacyo *l'Aoriste énergique.*

*Singularis.*

| Femin. | | Mascul. |
|---|---|---|
| أُنْصُرِنَ | | أُنْصُرَنَّ 2 |

*Pluralis.*

| | | |
|---|---|---|
| . . . . . . | | أُنْصُرُنَّ 2 |

ANNOTATIONES AD INFINITIVVM. Kal

CLV. Verborum *transitivorum* Infinitivus regularis est نَصْر; *intransitivorum* autem, si media radicalis in Praeterito habet Fatha, frequenter نُصُور, ut a قَعَدَ et جَلَسَ *sedit*, قُعُود et جُلُوس *sedere*. Si mediae radicalis Vocalis in Praeterito est Dhamma, Infinitivus نُصُورَة esse solet, ut a سَهُلَ *facilis fuit* سُهُولَة *facile esse, facilitas*, a خَشُنَ *asper fuit*, خُشُونَة *asperum esse*. Vel نَصَارَة, ut a جَزُلَ *abundavit*, جَزَالَة *abundare*. Si Vocalis media in Praeterito est Kesre, Infinitivi forma est نَصَر, ut a فَرِحَ *gavisus est* فَرَح *gaudere*. Verba, quorum media radicalis in Praeterito plures Vocales recipit, pro quibus illorum significatio variat (CXXXVI. 3.), varias quoque, pro iis, Infinitivi formas agnoscunt. Sic a رَفَعَ *elevavit* (media Fatha) رَفْع est *elevare*, sed a رَفِعَ (media Kesre) *altus, elatus fuit*, رِفْعَة seu رُفْعَة *evehi et magnificari*, atque a رَفُعَ (media Dhamma) *alta voce fuit*, رَفَاعَة *vocem efferre*. Recensent Grammatici formas Infinitivi Verbi primitivi triliteri numero XXXIII., quae tales sunt:

| | | |
|---|---|---|
| فِعَال 9 | فُعُل 5 | فَعْل 1 |
| فَعْلَة 10 | فِعَل 6 | فِعْل 2 |
| فُعْلَة 11 | فَعَال 7 | فُعْل 3 |
| فِعْلَة 12 | فُعَال 8 | فَعَل 4 |

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 13 | فَعَلَةٌ | 20 | فَعْلَانٌ | 27 | فَعِلَةٌ |
| 14 | فَعَالَةٌ | 21 | فُعْلَانٌ | 28 | فُعُولٌ |
| 15 | فُعَالَةٌ | 22 | فِعْلَانٌ | 29 | فُعُولَةٌ |
| 16 | فِعَالَةٌ | 23 | فَعَلَانٌ | 30 | مَفْعَلٌ |
| 17 | فَعْلَى | 24 | فَعُولٌ | 31 | مَفْعَلَةٌ |
| 18 | فُعْلَى | 25 | فَعِيلٌ | 32 | مَفْعِلٌ |
| 19 | فِعْلَى | 26 | فَعِلٌ | 33 | مَفْعِلَةٌ |

CLVI. In *Passivo* Verba arabica nonnisi duo tempora agnoscunt, *Praeteritum* et *Futurum*, quae Vocalibus tantum ab activis differunt: habetque in Praeterito prima radicalis perpetuo Dhamma, secunda Kesre. Futuri literae praeformativae اتين similiter Dhamma habent, et secunda radicalis cum Fatha effertur. *Participium* initio assumit م cum Fatha, et و quiescens post Dhamma ante ultimam. *Imperativus* hic nullus est; sed pro eo venit Futurum apocopatum cum لِ imperativo, ut لِيُنْصَرْ *adiuvetur*, لِتُنْصَرْ *adiuvare*, لِنُنْصَرْ *adiuvemur*.

PRAETERITVM PASSIVI.

*Singularis.*

| | Femin. | Commun. | Mascul. |
|---|---|---|---|
| 3 | نُصِرَتْ | | نُصِرَ |
| 2 | نُصِرْتِ | | نُصِرْتَ |
| 1 | | نُصِرْتُ | |

*Dualis.*

| | Femin. | Commun. | Mascul. |
|---|---|---|---|
| 3 | نُصِرَتَا | | نُصِرَا |
| 2 | | نُصِرْتُمَا | |

*Pluralis.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| نُصِرْنَ | | نُصِرُوا | 3 |
| نُصِرْتُنَّ | | نُصِرْتُمْ | 2 |
| | نُصِرْنَا | | 1 |

## FVTVRVM PASSIVI.

*Singularis.*

| Femin. | Commun. | Mascul. | |
|---|---|---|---|
| تُنْصَرُ | | يُنْصَرُ | 3 |
| تُنْصَرِينَ | | تُنْصَرُ | 2 |
| | أُنْصَرُ | | 1 |

*Dualis.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| تُنْصَرَانِ | | يُنْصَرَانِ | 3 |
| | تُنْصَرَانِ | | 2 |

*Pluralis.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| يُنْصَرْنَ | | يُنْصَرُونَ | 3 |
| تُنْصَرْنَ | | تُنْصَرُونَ | 2 |
| | نُنْصَرُ | | 1 |

## FVTVRVM ANTITHETICVM.

*Singularis.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| تُنْصَرَ | | يُنْصَرَ | 3 |
| تُنْصَرِي | | تُنْصَرَ | 2 |
| | أُنْصَرَ | | 1 |

*Dualis.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| تُنْصَرَا | | يُنْصَرَا | 3 |
| | تُنْصَرَا | | 2 |

*Pluralis.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| يَنْصُرْنَ | | يَنْصُرُوا | 3 |
| تَنْصُرْنَ | | تَنْصُرُوا | 2 |
| | نَنْصُرَ | | 1 |

FVTVRVM APOCOPATVM.

*Singularis.*

| Femin. | Commun. | Mascul. | |
|---|---|---|---|
| تَنْصُرْ | | يَنْصُرْ | 3 |
| تَنْصُرِى | | تَنْصُرْ | 2 |
| | أُنْصُرْ | | 1 |

*Dualis.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| تَنْصُرَا | | يَنْصُرَا | 3 |
| | تَنْصُرَا | | 2 |

*Pluralis.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| يَنْصُرْنَ | | يَنْصُرُوا | 3 |
| تَنْصُرْنَ | | تَنْصُرُوا | 2 |
| | نَنْصُرْ | | 1 |

FVTVRVM PARAGOGICVM.

*Singularis.*

| Femin. | Commun. | Mascul. | |
|---|---|---|---|
| تَنْصُرَنَّ | | يَنْصُرَنَّ | 3 |
| تَنْصُرِنَّ | | تَنْصُرَنَّ | 2 |
| | أُنْصُرَنَّ | | 1 |

*Dualis.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| تَنْصُرَانِّ | | يَنْصُرَانِّ | 3 |
| | تَنْصُرَانِّ | | 2 |

*Pluralis.*

| | | |
|---|---|---|
| يَنْصُرْنَانِّ | يَنْصُرُنَّ | 3 |
| تَنْصُرْنَانِّ | تَنْصُرُنَّ | 2 |
| | نَنْصُرَنَّ | 1 |

PARTICIPIVM PASSIVI.

*Singularis.*

| Femin. | | Mascul. |
|---|---|---|
| مَنْصُورَةٌ | | مَنْصُورٌ |
| | *Dualis.* | |
| مَنْصُورَتَانِ | | مَنْصُورَانِ |
| | *Pluralis.* | |
| مَنْصُورَاتٌ | | مَنْصُورُونَ |

# CAPVT TERTIVM.

## DE QVADRILITERIS ET DE CONIVGATIONIBVS DERIVATIVIS PRIMAE CLASSIS.

CLVII. Coniugationes derivativae et quadrilitera numeros et personas Praeteriti, Futuri et Imperativi iisdem flexionibus terminalibus formant, ut Coniugatio primitiva. Literae serviles quoque s. characteristicae Futuri أتين (§. CXLI.) per omnes Coniugationes eaedem manent. Sed quadrilitera et Coniugationes derivativae primae Classis, i. e. secunda, tertia et quarta (vid. §. CXXVIII.), a primitiva in hoc differunt, quod

1. Media (s. in quadriliteris penultima) radicalis in Praeterito Activi perpetuo Fatha, in Futuro vero Kesre habet; literae serviles autem s. characteristicae Futuri أتين non minus in Activo quam

in Passivo Dhamma afficiuntur; ut كُسِّرَ *fregit*, يُكَسَّرُ *franget*, يُكْتَبُ *scribetur*; دَحْرَجَ *volvit*, يُدَحْرِجُ *volvet*.

2 Imperativus formatur a Futuro sola abiectione literarum اتين et ultimae Vocalis, ut دَحْرِجْ *volve*, كَسِّرْ *frange*.

3. Participium utrumque a suo formatur Futuro, م pro اتين posito, et nunnata Vocali ultima, ut مُدَحْرِجٌ *volvens*, مُكَسِّرٌ *frangens*, et in Passivo مُدَحْرَجٌ *volutus*, مُفَرَّحٌ *exhilaratus*.

4. Infinitivos habent speciales, quadrilitera scilicet, ut دَحْرَجَ, دِحْرَاجٌ et دَحْرَجَةٌ.

Trilitera in Coniug. II. فَعَّلَ hasce Infinitivi formas habent: تَفْعِيلٌ (quae est ceteris usitatior), تَفْعَالٌ, فِعَالٌ, فَعَالٌ et فَعَّالٌ.

In Coniug. III. فَاعَلَ Infinitivi formae sunt مُفَاعَلَةٌ, فِعَالٌ, فِيعَالٌ.

Coniug. IV. أَفْعَلَ Infinitivi formas habet has: إِفْعَالٌ, فَعَالٌ, فَعَالَةٌ.

5. Coniugatio IV. accedentibus literis servilibus Futuri اتين abiicit ا, secundum hanc regulam: ا initale formans verba derivativa, characteristicâ temporis praefixâ, cum sua Vocali abiicitur. Hinc tertia Futuri masculina est يُنْصِرُ pro يُأَنْصِرُ, ab أَنْصَرَ. Vnde in Imperativo, ubi literae اتين recedunt, Eliph cum Vocali sua redit, أَنْصِرْ, ubi non est putandum formare Imperativum, et unionis esse.

6. In Coniugationis tertiae (فَاعَلَ) Praeterito passivo ا transit in و (secundum regulam §. LXXV.), ut نُوصِرَ pro نَاصِرَ.

Quae omnia initialibus Paradigmatis vocibus breviter hoc modo visum est proponere.

ACTIVVM.

| Infinit. | Particip. | Imperat. | Futur. | Praeter. | Coniug. |
|---|---|---|---|---|---|
| | | *Verbum quadriliterum.* | | | |
| قِمْطَارٌ | مُقَمْطِرٌ | قَمْطِرْ | يُقَمْطِرُ | قَمْطَرَ | 1 |
| | | *Verbum triliterum.* | | | |
| تَقْبِيلٌ | مُقَبِّلٌ | قَبِّلْ | يُقَبِّلُ | قَبَّلَ | 2 |
| مُقَابَلَةٌ | مُقَابِلٌ | قَابِلْ | يُقَابِلُ | قَابَلَ | 3 |
| إِقْبَالٌ | مُقْبِلٌ | أَقْبِلْ | يُقْبِلُ | أَقْبَلَ | 4 |

PASSIVVM.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| | | *Verbum quadriliterum.* | | | |
| .......... | مُقَمْطَرٌ | .......... | يُقَمْطَرُ | قُمْطِرَ | 1 |
| | | *Verbum triliterum.* | | | |
| .......... | مُقَبَّلٌ | .......... | يُقَبَّلُ | قُبِّلَ | 2 |
| .......... | مُقَابَلٌ | .......... | يُقَابَلُ | قُوبِلَ | 3 |
| .......... | مُقْبَلٌ | .......... | يُقْبَلُ | أُقْبِلَ | 4 |

# CAPVT QVARTVM.

## DE RELIQVIS CONIVGATIONIBVS DERIVATIVIS.

CLVIII. 1. In reliquis Coniugationibus derivativis Verbi tam triliteri quam quadriliteri in Praeterito Activi penultima radicalis semper Fatha habet.

2. Futurum autem formatur, ut in superioribus, praefixis servilibus اتين, cadente Eliph initiali Coniugationis septimae et

L 2

sequentium Verbi triliteri, et quartae quadriliteri, secundum regulam, supra CLVII. 5. traditam.

3. Coniugationes V. et VI. تَ characteristicum, quo inchoantur, compendii causa abiiciunt in illis Futuri personis, quae et ipsae ت praefixum habent, ut تَكَسَّرُ pro تَتَكَسَّرُ, تَبَاعَدُ pro تَتَبَاعَدُ; quae ne arbitreris esse Futura Coniugationis II. et III., facile impedient Vocales, nam earum Futura activa sunt تُكَسِّرُ et تُبَاعِدُ, passiva تُكَسَّرُ et تُبَاعَدُ.

4. Coniugationes V. et VI. pro تَفَعَّلَ et تَفَاعَلَ formantur nonnumquam إِفَّعَّلَ et إِفَّاعَلَ, in Futuro يَفَّعَّلُ et يَفَّاعَلُ; Imperativus ad Futurum conformatur. Vtriusque formae exempla plura in Corano reperiuntur. Vt يَدَّبَّرُوا *attende considerarunt* (Sur. XXIII, 70.) يَزَّكَّى *iustificandus esset* (LXXX, 3. 7.), يَصَّدَّعُونَ *separabuntur* (XXX, 43.), فَادَّارَأْتُمْ *et contendistis invicem* (II, 67.) إِثَّاقَلْتُمْ *moram traxistis segnem vultu in terram deiecto* (IX, 39.).

5. In Coniugatione VII. Verborum primae radicalis ن ea et ن characteristicum Coniugationis VII. in unicum نّ per Teschdid geminatum coalescunt, ut pro إِنْنَصَرَ scribatur إِنَّصَرَ *). Eodem modo in Coniugatione VII. coalescunt prima radicalis Verborum primae radicalis م et ن characteristicum Coniugationis VII. Ita إِمَّحَى scribitur pro إِنْمَحَى *deletus est*, إِمَّعَطَ pro إِنْمَعَطَ *villis et asperitate nudus fuit*, إِمَّلَسَ pro إِنْمَلَسَ *evasit, liberatus fuit.*

6. *a*) In Coniugatione VIII. Verborum primae radicalis ت eadem cum ت epentethico characteristico illius Coniugationis in

*) Quam Verbi نَصَرَ formam tamen in nullo adhuc scriptore Arabico reperimus. Lexica duo tantum Verba primae radicalis Nun, quae Coniugatione septima gaudeant, recensent. Ea sunt نَدَغَ I. *titillavit*, VII. *subrisit*, et نَغَضَ I. et VII. *motus fuit.*

unicum ت per Teschdid geminatum coalescit, ut إِتَّبَعَ pro إِتْتَبَعَ *sequutus fuit.*

*b*) Coniugationis VIII. ت epentethicum (إِفْتَعَلَ) mutatur interdum in ط vel د. vel س vel ش

*α.* In ط quidem, cum prima radicis est una literarum ص ض ط ظ, ut إِصْطَبَغَ *intingi,* pro إِصْتَبَغَ; إِضْطَرَمَ *accendi,* pro إِضْتَرَمَ; إِصَّبَعَ *imprimi,* pro اطْتَبَعَ; إِظَّلَمَ *iniuria affici,* pro إِظْطَلَمَ, ubi ط (pro ت characteristico Coniugationis VIII.) insuper in ظ mutatur, et cum prima radicali per Teschdid coalescit.

*β.* In د vero ت epentethicum Coniugationis VIII. characteristicum mutatur, cum prima radicis est una literarum د ذ ز; ut pro إِدْتَرَأَ dicitur إِدَّرَأَ *propelli,* pro إِذْتَكَرَ, *recordari,* إِدَّكَرَ, ut ذ radicale etiam in د mutetur, et cum sequenti contrahatur; vel إِذَّكَرَ, ut e contrario posterior priori assimiletur; vel إِذْدَكَرَ, utraque salva manente. Sic pro إِزْتَلَقَ, *prolabi,* dicitur إِزْدَلَقَ, vel, د in ز conversa, إِزَّلَقَ.

c) At ipsum illud ت characteristicum Coniugationis VIII. mutat primam radicis in sui similem, cum qua per Teschdid unitur, cum ea est ا, ث, و aut ى; ut إِتَّخَذَ, *incipere* (ab أَخَذَ), pro إِأْتَخَذَ, sive إِيتَخَذَ; إِثَّبَتَ, *firmari,* pro إِثْتَبَتَ; إِتَّحَدَ *unicum esse,* pro إِوْتَحَدَ; إِتَّسَرَ, *ludere aleis,* pro إِيتَسَرَ.

d) Verba primae radicalis س vel ش mutant nonnumquam ت characteristicum Coniugationis VIII. in س vel ش per Teschdid contractum, ut إِسَّمَعَ *auscultavit,* pro إِسْتَمَعَ; إِشَّبَهَ, *obscurum et ambiguum esse,* pro إِشْتَبَهَ.

7. Verba primae radicalis ط in Coniugatione X. amittunt

nonnumquam ت notae characteristicae praefixae إِسْتَ, ut Sur. XVIII, 98. آسْطَاعُوا pro إِسْتَطَاعُوا *potuerunt.*

8. In Coniugatione IX. et XI. tertia radicalis geminata contrahitur per Teschdid quoties illa cum Vocali esset proferenda, ut إِصْفَرَّ et إِصْفَارَّ *flavus fuit*, quae contracte pro إِصْفَرَرَ et إِصْفَارَرَ scribuntur. Vbi vero litera geminata posterior Vocali caret, et proinde Dschezmate notatur, contractio illa per Teschdid locum non habet, unde secunda persona masculina Praeteriti sonat إِصْفَرَرْتَ et إِصْفَارَرْتَ. Eadem de causa in Futuro apocopato atque Imperativo ultima radicalis geminata separatim scribitur, ut يَصْفَرِرْ, يَصْفَارِرْ, إِصْفَرِرْ. Eandem rationem sequuntur quadrilitera in Coniugatione IV. et Verba geminantia secundam radicalem (Cap. V.), ut Paradigmata ostendent.

9. Coniugatio IX. et XI. quum significationem neutralem habeant Passivo carent.

10. Imperativus in Coniugationibus derivativis V — XIII. fit a Futuro apocopato (§. CXLVII.) abiectis literis servilibus personarum indicibus. Agnoscit quoque, ut in Coniugatione prima, duas formas paragogicas (§. CLIV.). In iis Coniugationibus, quae in Praeterito ا prostethicum assumunt, id est VII — XIII., illud in Imperativo retinetur, occupatque locum literarum servilium Futuri.

11. Participia Activa assumunt مُ cum Dhamma, et penultima radicalis perpetuo Kesre habet.

12. *Passivi* Praeteritum Coniugationes V — XIII. formant a Praeterito Activi, primis duabus Vocalibus in Dhamma mutatis, et penultima in Kesra; et Futurum quoque a Futuro Activo, Fatha literarum servilium praefixarum اتين in Dhamma, et Kesra

penultimo in Fatha converso. Participium autem a Futuro fit, م cum Dhamma pro literis اتين praeposito.

CLIX. Itaque Paradigma Coniugationum Verbi regularis triliteri V — XIII., nec non quadriliteri Coniug. II. III. IV. hoc erit.

ACTIVVM.

*Verbum triliterum.*

| *Infinit.* | *Partic.* | *Imperat.* | *Fut.* | *Praeter.* | Coniug. |
| --- | --- | --- | --- | --- | --- |
| تَقَبُّل | مُتَقَبِّل | تَقَبَّل | يَتَقَبَّل | تَقَبَّل | 5 |
| تَقَابُلْ | مُتَقَابِلْ | تَقَابَلْ | يَتَقَابَلْ | تَقَابَلَ | 6 |
| إِنْقِبَالٌ | مُنْقَبِلٌ | إِنْقَبِلْ | يَنْقَبِلُ | إِنْقَبَلَ | 7 |
| إِقْتِبَالٌ | مُقْتَبِلٌ | إِقْتَبِلْ | يَقْتَبِلُ | إِقْتَبَلَ | 8 |
| إِقْبِلَالٌ | مُقْبَلٌّ | إِقْبَلِلْ | يَقْبَلُّ | إِقْبَلَّ | 9 |
| إِسْتِقْبَالٌ | مُسْتَقْبِلٌ | إِسْتَقْبِلْ | يَسْتَقْبِلُ | إِسْتَقْبَلَ | 10 |
| إِقْبِيلَالٌ | مُقْبَالٌّ | إِقْبَالِلْ | يَقْبَالُّ | إِقْبَالَّ | 11 |
| إِقْبِيبَالٌ | مُقْبَوْبِلٌ | إِقْبَوْبِلْ | يَقْبَوْبِلُ | إِقْبَوْبَلَ | 12 |
| إِقْبِوَّالٌ | مُقْبَوِّلٌ | إِقْبَوِّلْ | يَقْبَوِّلُ | إِقْبَوَّلَ | 13 |

PASSIVVM.

| *Particip.* | *Futur.* | *Praeter.* | |
| --- | --- | --- | --- |
| مُتَقَبَّلٌ | يُتَقَبَّلُ | تُقُبِّلَ | 5 |
| مُتَقَابَلٌ | يُتَقَابَلُ | تُقُوبِلَ | 6 |
| مُنْقَبَلٌ | يُنْقَبَلُ | أُنْقُبِلَ | 7 |
| مُقْتَبَلٌ | يُقْتَبَلُ | أُقْتُبِلَ | 8 |

| | | | |
|---|---|---|---|
| مُسْتَقْبَلٌ | يُسْتَقْبَلُ | أُسْتُقْبِلَ | 10 |
| مُقْبَوْبَلٌ | يُقْبَوْبَلُ | أُقْوُبِلَ | 12 |
| مُقْبَوَّلٌ | يُقْبَوَّلُ | أُقْبُوِّلَ | 13 |

*Verbum quadriliterum.*

ACTIVVM.

| *Infinit.* | *Partic.* | *Imperat.* | *Fut.* | *Praeter.* | Coniug. |
|---|---|---|---|---|---|
| تَقَمْطُرٌ | مُتَقَمْطِرٌ | تَقَمْطَرْ | يَتَقَمْطَرُ | تَقَمْطَرَ | 2 |
| إِقْمِنْطَارٌ | مُقْمَنْطِرٌ | إِقْمَنْطِرْ | يَقْمَنْطِرُ | إِقْمَنْطَرَ | 3 |
| إِقْمِطْرَارٌ | مُقْمَطِرٌّ | إِقْمَطْرِرْ | يَقْمَطِرُّ | إِقْمَطَرَّ | 4 |

PASSIVVM.

| *Partic.* | *Fut.* | *Praeter.* | Coniug. |
|---|---|---|---|
| مُتَقَمْطَرٌ | يُتَقَمْطَرُ | تُقُمْطِرَ | 2 |
| مُقْمَنْطَرٌ | يُقْمَنْطَرُ | أُقْمُنْطِرَ | 3 |
| مُقْمَطَرٌّ | يُقْمَطَرُّ | أُقْمُطِرَّ | 4 |

---

# CAPVT QVINTVM.

## DE VERBIS IMPERFECTIS, ET PRIMO QVIDEM DE VERBO SVRDO, SEV GEMINANTE SECVNDAM RADICALEM.

CLX. Verba Imperfecta sive Irregularia dicuntur, quae a norma Perfecti plus minusve deflectunt. Quum itaque Perfectum sit, quod tres quatuorve habet literas radicales semper praesentes et

mobiles; Imperfecta sunt, quae vel secundam et tertiam radicalem eandem habentia utramque hic illicve contrahunt, vel quae inter suas radicales Eliph hamzatum, aut unam pluresve ex literis ا وى habent, quae in Verbo flectendo varias subeunt mutationes. Verbum irregulare Arabibus dicitur غَيْرُ سَالِمٍ *non integrum* s. imperfectum, estque vel صَحِيحٌ *sanum*, quod secundam et tertiam radicalem eandem, aut inter suas radicales Eliph hamzatum habet, vel مُعْتَلٌّ *infirmum*, s. debile, quod inter suas radicales unam vel plures literarum ى و ا (quae *infirmae* dicuntur, vid. §. LXXIII.) numerat.

CLXI. Verbum, quod secundam radicalem geminatam habet, Arabes vocant أَصَمُّ *surdum*, nec non مُضَاعَفٌ *duplicatum*, quo nomine et Verbum quadriliterum, primam et secundam radicalem geminans, comprehendunt, ut قَلْقَلَ *huc illuc iteratis vicibus commovit*. Id tamen quum in flexione a norma quadriliterorum non deflectat, Verbis Imperfectis non est accensendum.

CLXII. Verbum surdum, sive secundam radicalem geminans, a Verbi regularis triliteri Coniugatione in eo tantum deflectit, quod tertiae radicali Vocalem habenti penultima per Teschdid inseritur, propria Vocali vel abiecta, si praecedens, i. e. prima radicalis, Vocalem habeat, ut مَدَّ pro مَدَدَ *extendit*, مُدَّ pro مُدِدَ *extensus est*, vel in praecedentem, i. e. primam, reiecta, si ea Dschezma habeat, ut يَمُدُّ pro يَمْدُدُ *extendet*, يُمَدُّ pro يُمْدَدُ *extendetur*. Vbicunque vero tertia radicalis, accedente in fine litera servili, Dschezma habet, non fit contractio, unde e. c. regulariter dicitur مَدَدْتَ *extendisti*, et فَرَرْتَ *fugisti*.

CLXIII. Paradigma Activi Coniugationis primae Verbi surdi tale est.

### PRAETERITVM.

| Pluralis. | Dualis. | Singularis. | |
|---|---|---|---|
| مَدُّوا مَدَدْنَ | مَدَّا مَدَّتَا | مَدَّ مَدَّتْ | 3 |
| مَدَدْتُمْ مَدَدْتُنَّ | مَدَدْتُمَا | مَدَدْتَ مَدَدْتِ | 2 |
| مَدَدْنَا | | مَدَدْتُ | 1 |

### FVTVRVM.

| Pluralis. | Dualis. | Singularis. | |
|---|---|---|---|
| يَمُدُّونَ يَمْدُدْنَ | يَمُدَّانِ تَمُدَّانِ | يَمُدُّ تَمُدُّ | 3 |
| تَمُدُّونَ تَمْدُدْنَ | تَمُدَّانِ | تَمُدُّ تَمُدِّينَ | 2 |
| نَمُدُّ | | أَمُدُّ | 1 |

### IMPERATIVVS.

| Pluralis. | Dualis. | Singularis. | |
|---|---|---|---|
| أُمْدُدُوا أُمْدُدْنَ | أُمْدُدَا | أُمْدُدْ أُمْدُدِي | 2 |

### PARTICIPIVM.

| Pluralis. | Dualis. | Singularis. |
|---|---|---|
| مَادُّونَ مَادَّاتٌ | مَادَّانِ مَادَّتَانِ | مَادٌّ مَادَّةٌ |

### INFINITIVVS.

مَدٌّ

### ANNOTATIONES AD PRAETERITVM.

CLXIV. Similis ratio est eorum, quorum media radicalis habet Dhamma vel Kesre, ut مَسَّ *tetigit* pro مَسِسَ, مَسِسْتَ *tetigisti*, مَسِسْتُ *tetigi*, rel.

CLXV. Tertiae radicali Dschezma habenti substituitur non-

numquam ى dschezmatum, ut مَدَيْتُ, مَدَيْتَ sit pro مَدَدْتُ, مَدَدْتَ rel. Sic إِسْتَقْلَيْتُ *in me suscepi* est pro إِسْتَقْلَلْتُ in *Hist. Timuri* T. I. p. 110. ed. Manger.

CLXVI. Rarius accidit, ut haec Verba in Praeterito flectendo imitentur Verba mediae radicalis quiescentis (de quibus infra Cap. VIII.). Exempla sunt ظَلْتَ *perseverasti*, pro ظَلِلْتَ (Sur. XX, 95.), et ظَلْتُمْ *continuastis*, pro ظَلِلْتُمْ (Sur. LVI, 65.).

### ANNOTATIONES AD FVTVRVM.

CLXVII. Ad eandem analogiam flectuntur Verba, quorum penultima radicalis in Futuro habet Fatha vel Kesra, ut يَعَضُّ *mordebit*, pro يَعْضَضُ, et يَفِرُّ *fugiet* pro يَفْرِرُ.

CLXVIII. In *Futuro apocopato* quum ultima radicalis Dschezma recipiat (§. CXLVII. CXLVIII.), pleraque sunt regularia, ut لَمْ يَمْدُدْ *non extendit*, لَمْ يَعْضَضْ *non momordit*, لَمْ يَفْرِرْ *non fugit*. Eius forma huius modi est:

| *Pluralis.* | | *Dualis.* | | *Singularis.* | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| يَمْدُدْنَ | يَمُدُّوا | تَمُدَّا | يَمُدَّا | تَمْدُدْ | يَمْدُدْ | 3 |
| تَمْدُدْنَ | تَمُدُّوا | تَمُدَّا | | تَمُدِّي | تَمْدُدْ | 2 |
| نَمْدُدْ | | | | أَمْدُدْ | | 1 |

Interdum tamen et in Futuro apocopato contractio secundae et tertiae radicalis servatur, sed ita ut tertia radicalis loco Dschezmae recipiat Fatha vel Kesre, ut لَمْ يَعَضَّ, لَمْ يَفِرَّ, لَمْ يَمُدَّ, vel لَمْ يَعَضِّ rel. Nonnumquam manet Dhamma, cum penultima radicalis Dhamma quoque habet, ut لَمْ يَمُدُّ.

### ANNOTATIONES AD IMPERATIVVM.

CLXIX. 1. Imperativus, ut e Paradigmate patet, regulariter flectitur. Secundum regulam supra CLXII. traditam esset أُمْدُدِي, أُمْدُدَا, أُمْدُدُوا dicendum. Cur vero ab illa regula hic deflectatur, causa est, quod Eliph prostethicum tantum ante literam Vocali destitutam et proinde Dschezmate notatam locum habet (§. XLIX).

2. Praeter formam Imperativi in Paradigmate expressam usurpatur quoque alia, qua fit contractio (excepto Plurali feminino), hoc modo:

| *Pluralis.* | | *Dualis.* | *Singularis.* | |
|---|---|---|---|---|
| أُمْدُدْنَ | مُدُّوا | مُدَّا | مُدِّي | مُدَّ |

Vbi Eliph prostethicum omittitur, quod, ut modo (1.) dictum est, ante literam per Vocalem efferendam locum non habet. Singulare masculinum, quo Teschdid recipere possit, accipit Fatha, vel Kesre, ut مُدِّ *extende.*

CLXX. PASSIVVM ad easdem, quas Activum sequitur, regulas flectitur, ut hoc eius Paradigma ostendit.

PRAETERITVM.

| *Pluralis.* | | *Dualis.* | | *Singularis.* | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| مُدِدْنَ | مُدُّوا | مُدَّتَا | مُدَّا | مُدَّتْ | مُدَّ | 3 |
| مُدِدْتُنَّ | مُدِدْتُمْ | مُدِدْتُمَا | | مُدِدْتِ | مُدِدْتَ | 2 |
| مُدِدْنَا | | | | مُدِدْتُ | | 1 |

FVTVRVM.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| يُمْدَدْنَ | يُمَدُّونَ | تُمَدَّانِ | يُمَدَّانِ | تُمَدُّ | يُمَدُّ | 3 |
| تُمْدَدْنَ | تُمَدُّونَ | تُمَدَّانِ | | تُمَدِّينَ | تُمَدُّ | 2 |
| نُمَدُّ | | | | أُمَدُّ | | 1 |

PARTICIPIVM.

| | Dualis. | Singularis. |
|---|---|---|
| etc. | مَمْدُودَانِ مَمْدُودَتَانِ | مَمْدُودٌ مَمْدُودَةٌ |

مَدَّ est pro مَدَدَ, abiiciturque Kesra, quia litera praecedens habet Vocalem (§. CLXII.). In Futuro autem يَمُدُّ, تَمُدُّ rel. dicitur pro يَمْدُدُ, retrocedente Fatha, quia praecedit Dschezma. Participium regulare est, ob و illud quiescens insertum.

CLXXI. Ad Coniugationes derivatas quod attinet, illae quae Teschdid habent regulariter flectuntur (quia unum Teschdid duas compensare literas nequit, aut una litera duo sustinere Teschdid), hinc

| Infinit. | Partic. | Imperat. | Futur. | Praeter. | Coniug. |
|---|---|---|---|---|---|
| تَمْدِيدٌ | مُمَدِّدٌ | مَدِّدْ | يُمَدِّدُ | مَدَّدَ | 2 |
| تَمَدُّدٌ | مُتَمَدِّدٌ | تَمَدَّدْ | يَتَمَدَّدُ | تَمَدَّدَ | 5 |
| إِمْدِدَادٌ | مُمْدَدٌّ | إِمْدَدِدْ | يَمْدَدُّ | إِمْدَدَّ | 9 |
| إِمْدِيدَادٌ | مُمْدَادٌّ | إِمْدَادِدْ | يَمْدَادُّ | إِمْدَادَّ | 11 |
| إِمْدِوَّادٌ | مُمْدَوِّدٌ | إِمْدَوِّدْ | يَمْدَوِّدُ | إِمْدَوَّدَ | 13 |

In ceteris vero Coniugationibus derivatis secunda et tertia radicalis per Teschdid contrahuntur ad regulam §. CLXII. traditam.

| Infinit. | Partic. | Imperat. | Futur. | Praeter. | Coniug. |
|---|---|---|---|---|---|
| مُمَادَّةٌ | مُمَادٌّ | مَادِدْ | يُمَادُّ | مَادَّ | 3 |
| إِمْدَادٌ | مُمِدٌّ | أَمْدِدْ | يُمِدُّ | أَمَدَّ | 4 |
| تَمَادُدٌ | مُتَمَادٌّ | تَمَادَدْ | يَتَمَادُّ | تَمَادَّ | 6 |

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 7 | إِنْمَدَّ | يَنْمَدُّ | إِنْمَدِدْ | مُنْمَدٌّ | إِنْمِدَادٌ |
| 8 | إِمْتَدَّ | يَمْتَدُّ | إِمْتَدِدْ | مُمْتَدٌّ | إِمْتِدَادٌ |
| 10 | إِسْتَمَدَّ | يَسْتَمِدُّ | إِسْتَمْدِدْ | مُسْتَمِدٌّ | إِسْتِمْدَادٌ |
| 12 | إِمْدَوَدَّ | يَمْدَوِدُّ | إِمْدَوْدِدْ | مُمْدَوِدٌّ | إِمْدِيدَادٌ |

In quibus observabis, مَادَّ esse contracte pro مَادَدَ, يُمَادُّ pro يُمَادِدُ, أَمَدَّ pro أَمْدَدَ, يُمِدُّ pro يُمْدِدُ etc.

---

# CAPVT SEXTVM.

## DE VERBO HAMZATO.

CLXXII. Verbum Hamzatum (مَهْمُوزٌ) est, cuius radicalium aliqua est Hamza, seu Eliph mobile (§. XLV.), ut أَثَرَ *elegit*, سَأَلَ *interrogavit*, هَنَأَ *dedit*, *aluit*; flectiturque eodem modo quo Verbum perfectum, observatis solum canonibus de Eliph (§. LXXV. et LXXVIII. seqq.).

### I. *De Verbo prima radicali* أ.

CLXXIII. *Activi* primae Coniugationis Praeteritum, أَثَرَ, et Futurum, يَأْثِرُ, regulariter flectitur.

Imperativus إِيثِرْ pro إِأْثِرْ secundum §. LXXV.

Participium آثِرٌ pro أَأْثِرٌ, secundum §. LXXXII.

Infinitivus أَثْرٌ regulariter.

Cum Imperativi Eliph prostethicum (§. L.) Dhamma habet,

mutatur Hamza in و, iuxta §. LXXV., ut أُومُلْ *spera*, pro أُأْمُلْ. Sed أَخَذَ *accepit*, أَكَلَ *comedit*, أَمَرَ *praecepit*, abiiciunt Hamza una cum ا prostethico, habentque خُذْ *accipe*, كُلْ *ede*, et مُرْ *iube:* reperias tamen etiam, quanquam rarissime, أُوكُلْ, ac أُومُرْ, et ab hoc, praefixa copula و vel ف, وَأْمُرْ, et فَأْمُرْ, excidente ا prostethico Imperativi et redeunte radicali. Quod tamen et in aliis Verbis hamzatis locum habere videtur. Sic in Corano Sur. XX, 49. (Maracc. 43.) legitur فَأْتِيَاهُ *ite igitur* (vos duo) *ad eum.*

§. CLXXIV. *Passivi* Praeteritum est regulariter أُثِرَ, Futurum يُوثَرُ secundum canonem §. LXXV. Participium regulariter مَأْثُورٌ.

§. CLXXV. 1. In Coniugatione *secunda* est Activi

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Futur. | يُوَثِّرُ | pro | يُأَثِّرُ | instar | يُقَبِّلُ | secundum §. LXXIX. |
| Partic. | مُوَثِّرٌ | | مُأَثِّرٌ | | مُقَبِّلٌ | |

Et Passivi

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Futur. | يُوَثَّرُ | pro | يُأَثَّرُ | instar | يُقَبَّلُ | secundum §. LXXIX. |
| Partic. | مُوَثَّرٌ | | مُأَثَّرٌ | | مُقَبَّلٌ | |

2. In Coniugatione *tertia* est Activi

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Praet. | آثَرَ | pro | أَاثَرَ | instar | قَابَلَ | secund. §. LXXXII. |
| Futur. | يُوَاثِرُ | | يُأَاثِرُ | | يُقَابِلُ | secund. §. LXXIX. |
| Imper. | آثِرْ | | أَاثِرْ | | قَابِلْ | |
| Partic. | مُوَاثِرٌ | | مُأَاثِرٌ | | مُقَابِلٌ | secund. §. LXXXII. |
| Infinit. | مُوَاثَرَةٌ | | مُأَاثَرَةٌ | | مُقَابَلَةٌ | secund. §. LXXIX. |

In Passivo Coniug. III. Praeteritum est regulariter أُوثِرَ, sed

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Futur. | يُوَاثَرُ | pro | يُأَاثَرُ | instar | يُقَابَلُ | secundum §. LXX~~IX~~V |
| Partic. | مُوَاثَرٌ | | مُأَاثَرٌ | | مُقَابَلٌ | |

3. Coniug. IV. Activi

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Praet. | آثَرَ | pro | أَأْثَرَ | instar | أَقْبَلَ | sec. §. LXXXII. |
| Futur. | يُؤْثِرُ | | يُأْثِرُ | | يُقْبِلُ | sec. §. LXXIX. |
| Imper. | آثِرْ | | أَأْثِرْ | | أَقْبِلْ | sec. §. LXXXII. |
| Partic. | مُؤْثِرٌ | | مُأْثِرٌ | | مُقْبِلٌ | sec. §. LXX~~IX~~V |
| Infinit. | إِيثَارٌ | | إِأْثَارٌ | | إِقْبَالٌ | |

Passivi

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Praet. | أُوثِرَ | pro | أُأْثِرَ | instar | أُقْبِلَ | |
| Futur. | يُوثَرُ | | يُأْثَرُ | | يُقْبَلُ | sec. §. LXXIX. |
| Partic. | مُوثَرٌ | | مُأْثَرٌ | | مُقْبَلٌ | |

4. Coniugatio V. a regulari paradigmate non deflectit, nisi quod Passivi Praeteritum تُوُثِّرَ est pro تُأُثِّرَ (instar تُقُبِّلَ), secundum §. LXXIX.

5. In Coniugat. VI. Hamza, praecedente Fatha et sequente ا quiescente, potest in و transire, secundum §. LXXXIII. Vnde Praeteritum, Futurum et Imperativus duplicem recipiunt formam.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Praet. | تَآثَرَ | sive | تَوَاثَرَ | pro | تَأَاثَرَ | instar | تَقَابَلَ |
| Futur. | يَتَآثَرُ | — | يَتَوَاثَرُ | — | يَتَأَاثَرُ | — | يَتَقَابَلُ |
| Imper. | تَآثَرْ | — | تَوَاثَرْ | — | تَأَاثَرْ | — | تَقَابَلْ |

Participium est مُتَوَاثِرٌ pro مُتَأَاثِرٌ instar مُتَقَابِلٌ.

Infinitivus تَوَاثُرٌ pro تَأَاثُرٌ instar تَقَابُلٌ.

Passivi Praeteritum est تُووِثِرَ, Futurum يُتَوَاثَرُ, Participium مُتَوَاثَرٌ.

6. Coniugatio VII. per omnia ad regulare paradigma flectitur.

7. In Coniugatione VIII. أ secundum §. LXXV. post Dhamma transit in و, post Kesre vero in ى. Hinc est Activi

Praet. إِيتَثَرَ pro إِأْتَثَرَ instar إِقْتَبَلَ

Futur. يَأْتَثِرُ regulariter instar يَقْتَبِلُ

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Imper. | إِيتَثِرْ | pro | إِأْتَثِرْ | instar | إِقْتَبِلْ |
| Partic. | مُوتَثِرٌ | — | مُأْتَثِرٌ | — | مُقْتَبِلٌ |
| Infinit. | إِيتِثَارٌ | — | إِأْتِثَارٌ | — | إِقْتِبَالٌ. |

*Nota.* Solum verbum أَخَذَ *cepit* Praeteritum facit إِتَّخَذَ pro إِيتَخَذَ, cf. §. CLVIII. 6. b. γ.

In Passivo Coniug. VIII. est

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Praet. | أُوتُثِرَ | pro | أُأْتُثِرَ | instar | أُقْتُبِلَ |
| Futur. | يُوتَثَرُ | — | يُأْتَثَرُ | — | يُقْتَبَلُ |
| Partic. | مُوتَثَرٌ | — | مُأْتَثَرٌ | — | مُقْتَبَلٌ. |

8. Coniugatio X. a regulari paradigmate non deflectit, nisi quod Passivi Praeteritum est أُسْتُوثِرَ pro أُسْتُأْثِرَ instar أُسْتُقْبِلَ.

II. *De Verbo media radicali* أ.

CLXXVI. 1. Verborum quae mediam radicalem Eliph ham-

zatum habent eadem est ratio quae Verborum prima radicali Hamza. Aut enim illud servatur, aut mutatur in و vel ى, pro ratione Vocalis, qua vel ipsum est efferendum, vel quam proxime ante se habet, secundum Canones tam generales permutationis literarum ى و ا (§. LXXV. seqq.), quam speciales de Eliph (§. LXXVIII. seqq.). Manet igitur non mutatum in سَأَلَ *rogavit*, يَسْأَلُ *rogabit*. Sed

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Particip. est | سَائِلٌ | pro | سَاءِلٌ | instar | قَابِلٌ | sec. §. LXXVIII. | |
| Infinitiv. — | سُؤَالٌ | — | سَأَالٌ | — | فَعَالٌ | — §. LXXIX. | |
| Praet. Pass. — | سُئِلَ | — | سُأِلَ | — | قُتِلَ | — §. LXXVIII. | |

2. Verba, quorum medium أ in Praeterito, Futuro, Imperativo et Infinitivo per Dhamma est efferendum, secundum §. LXXVIII. ita flectuntur:

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Praeter. | بَؤُسَ | *audax fuit* | pro | بَأُسَ |
| Futur. | يَبْؤُسُ | *audax erit* | — | يَبْأُسُ |
| Imperat. | أُبْؤُسْ | *audax esto* | — | أُبْأُسْ |
| Infinit. | بُؤْسٌ | *audacem esse* | — | بُأْسٌ |

Sed Participium est بَئِيسٌ *audax* pro بَأِيسٌ.

Eadem est ratio Verborum, quorum medium أ in Praeterito cum Kesre pronunciandum est, ut صَئِبَ *sitim exstinxit* est pro صَأِبَ.

*Nota.* Observandum est, Verba media radicali أ interdum coniugari more quiescentium و vel ى (de quibus Cap. VII.), ita ut Hamza Vocali sua vel abiecta, vel ad literam praecedentem Dschezma habentem reiecta, quiescat, ut سَالَ pro سَأَلَ, يَسَالُ pro يَسْأَلُ, سَلْ pro إِسْأَلْ, ubi utrumque Eliph excidit, radicale

quidem, secundum §. LXXVII., Eliph prostethicum vero, quia id ante literam Vocali affectam locum non habet (§. XLIX. coll. §. CLXIX.).

CLXXVII. Servatis regulis de Eliph §. LXXVIII. seqq. praescriptis nulla Coniugationum derivatarum apparet difficultas. Est igitur a Verbo لَأَمَ *consolidavit*

| Infinit. | Particip. | Imperat. | Futur. | Praet. | Coniug. |
|---|---|---|---|---|---|
| مُلَاءَمَةٌ | مُلَائِمٌ | لَائِمْ | يُلَائِمُ | لَاءَمَ | 3 |
| إِلْآمٌ | مُلِيمٌ | أَلِيمْ | يُلِيمُ | أَلْأَمَ | 4 |
| إِلْتِيَامٌ | مُلْتَئِمٌ | إِلْتَئِمْ | يَلْتَئِمُ | إِلْتَأَمَ | 8 |
| إِسْتِلْآمٌ | مُسْتَلْئِمٌ | إِسْتَلْئِمْ | يَسْتَلْئِمُ | إِسْتَلْأَمَ | 10 |

### 3. *De Verbo tertia radicali* أ.

CLXXVIII. Verba tertia radicali أ aut servant illud, aut mutant in و vel ى secundum regulas §. LXXX. LXXXI. traditas. Hinc a بَرَأَ *convaluit* tertia Feminina Praeteriti regulariter est بَرَأَتْ, nec non secunda بَرَأْتَ, بَرَأْتِ rel. Sed ab هَنَأَ *facile concoxit cibum* est 3 Fem. هَنِئَتْ, secunda هَنِئْتَ, هَنِئْتِ, prima هَنِئْتُ rel. A دَنُؤَ (pro دَنَأَ) *sequior, deterior fuit* fit دَنُؤَتْ, دَنُؤْتَ, دَنُؤْتِ rel.

Futurum est يَبْرُؤُ, يَهْنُؤُ, vel, cum هَنَأَ *dedit, donavit* significat, et media radicalis Kesre habet (§ .CXLII.) يَهْنِئُ, يَدْنُؤُ.

Imperativus أُبْرُؤْ, إِهْنَأْ vel إِهْنِئْ, أُدْنُؤْ.

Participium بَارِئٌ, هَانِئٌ, دَانِئٌ.

Infinitivus بُرْءٌ, هَنْءٌ, هِنْءٌ, هَنَاءٌ, دَنْءٌ et دَنَاءٌ.

L. of C. 

*Passivum* Verba illa omnia eodem modo flectunt, Praeteritum est بُرِئَ, Futurum يُبْرَأُ, Participium مَبْرُوءٌ.

Coniugationes derivatae nullam peculiarem difficultatem habent, sufficiuntque iis flectendis regulae in superioribus traditae. Sic a جَشَأَ *commota et excita fuit anima moerore* est

| Coniug. | Praeter. | Futur. |
|---|---|---|
| 2 | جَشَّأَ | يُجَشِّئُ |
| 5 | تَجَشَّأَ | يَتَجَشَّأُ |

Et a خَذَأَ *humiliavit, submisit se alteri* est

| | | |
|---|---|---|
| 10 | إِسْتَخْذَأَ | يَسْتَخْذِئُ |

---

# CAPVT SEPTIMVM.

## DE VERBO PRIMA RADICALI و VEL ى.

CLXXIX. Transeamus ad Verborum irregularium Classem eam, quae Arabibus *infirma* dicuntur (مُعْتَلّ §. CLX.), quod radicalem aliquam habent و vel ى *infirmas* s. *debiles* appellatas (§. LXXIII.), ا enim, etsi literis illis accenseatur, tamen ubicunque in his Verbis comparet, numquam est radicale, sed ex و vel ى ortum secundum regulas permutationis harum literarum supra Cap. X. traditas.

CLXXX. Verbum prima radicali و vel ى Arabice dicitur مِثَال *simile* s. *assimilatum*, propterea quod eius flexio in Praeterito a Verbo regulari nihil differt.

CLXXXI. 1. Verba prima radicali و a regulari in eo potissimum discedunt, quod و excidit in Futuro activo primae Con-

iugationis, cum penultima eius litera radicalis habet Kesre, quod literae و non est homogeneum (§. LXXV). Observandum autem est, plura Verba huius Classis, quorum secunda radicalis in Praeterito *Kesre* habet, quae igitur secundum regulam (§. CXLIII.) in Futuro *Fatha* adsumere deberent, tamen Vocalem *Kesre* pro secunda radicali servare. Hinc Verba وَعَدَ *adsignavit, praedixit,* وَرِثَ *haereditavit,* وَمِقَ *amavit,* Futurum ita formant:

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| يَعِدُ | | يَوْعِدُ | | |
| يَرِثُ | pro | يَوْرِثُ | ut | يَضْرِبُ |
| يَمِقُ | | يَوْمِقُ | | |

Sic reliquae Futuri personae, ut أَعِدُ, تَعِدُ, نَعِدُ cet.

2. Prima radicalis و abiicitur et in Imperativo, proinde nec ا prostethicum praefigitur, ut عِدْ pro إِوْعِدْ, et مِقْ pro إِوْمِقْ.

3. Quod ipsum valet de Infinitivo cum est formae فِعْلَةٌ, ut عِدَةٌ pro وِعْدَةٌ, مِقَةٌ pro وِمْقَةٌ. Si vero alius formae est, regulariter formatur, ut وَعْدٌ instar نَصْرٌ.

4. Cum autem penultima radicalis in Futuro Kesre non habet, a forma regulari non discedit, ut وَجِلَ *timuit* يَوْجَلُ, وَرِبَ *corrupta, depravata fuit stirps*, يَوْرَبُ, وَسِنَ *proclivis in somnum fuit* يَوْسَنُ, وَدَّ *dilexit*, يَوَدُّ. Quidam Grammatici tamen tunc euphoniae causa و in ا mutant, dicuntque يَاجَلُ, alii in ى mobile, يَيْجَلُ, alii in ى quiescens post Kesra, يِيجَلُ, sed haec forma nonnisi in iis personis, quae cum ى incipiunt, locum habet.

5. Futurum regulariter formatur; item et Imperativus, ut أَوْشَكَ, *propera,* cuius Futurum quum mediam radicalem Vocali Dhamma notatam habeat, eandem et in Imperativo retinet, exi-

gitque ا prosthethicum quoque, ut أُنْصُرْ (§. CLIII.). Sed a وَجِلَ, يَوْجَلُ Imperativus est إِيجَلْ pro إِوْجَلْ instar إِعْلَمْ, et a وَدَّ, يَوَدُّ, est إِيدَدْ pro إِوْدَدْ, secundum regulas permutationis literarum ا, و ى, §. LXXV. *).

6. Verba وَطِئَ (pro وَطَأَ) *subiecit*, وَسِعَ *amplus fuit*, وَقَعَ *cecidit*, وَدَعَ *sivit*, وَهَبَ *donavit*, et وَضَعَ *posuit*, etsi forment Futurum cum Fatha ad mediam radicalem, و tamen non secus ac si media Kesre haberet, abiiciunt (1.), quia Fatha illud habent pro Kesre, ob ultimam vel penultimam gutturalem (§. CXLII.), diciturque يَطَأُ, يَسَعُ, يَقَعُ يَدَعُ, يَهَبُ, يَضَعُ, et in Imperativo طَأْ, سَعْ, قَعْ, دَعْ, هَبْ, ضَعْ. A Verbo وَدَعَ nonnisi Futurum et Imperativus in usu sunt.

Verbum وَذَرَ *sivit*, quod tamen in Praeterito, Infinitivo et Participio non usurpatur, Futurum facit يَذَرُ, et Imperativum ذَرْ, ut Verba media vel ultima gutturali.

CLXXXII. A forma regulari Verba prima radicali و deflectunt nonnisi in Activo primae Coniugationis, in Passivo vero et in Coniugationibus derivatis nihil est quod a communi flexione differat, Coniugationem octavam si excipias, de qua mox §. CLXXXIV.

CLXXXIII. Verba prima radicali ى per omnia fere servant flexionem communem, sic a يَسَرَ *alea lusit* Futurum est يَيْسِرُ, a يَبِسَ *siccus fuit*, est يَيْبَسُ, et in Coniugatione II. يَسَّرَ, Futur. يُيَسِّرُ rel. Illud solum peculiare habent haec Verba, quod prima

*) Quodsi Kesre τοῦ ا prosthethici Imperativi huiusmodi Verbi excidat ob unionem cum Vocali ultima vocis praecedentis, et Vocalis illa sit Dhamma, scribitur quidem ى, sed profertur ut و et dicitur e. g. يَا زَيْدُ ايجَلْ ia Zeidudschal, *o Zeide time.* Cf. §. LIII.

radicalis ى, ubicunque Dschezma habere deberet, post Dhamma in و quiescens transit, secundum §. LXXV. Hinc Verbi يَسَرَ Coniugatio quarta أَيْسَرَ *dives fuit*, in Futuro habet يُوسِرُ pro يُيْسِرُ instar يُنْصِرُ, et in Participio مُوسِرٌ pro مُيْسِرٌ instar مُنْصِرٌ.

CLXXXIV. Verba prima radicali و vel ى in Coniugatione Octava (اِفْتَعَلَ) hoc habent commune, quod primam radicalem in ت mutant, idque ت characteristico illius Coniugationis per Teschdid inserunt (cf. §. CLVIII. 6. b. $\gamma$.). Hinc a Verbo وَعَدَ *praedixit, promisit* Coniugatio VIII. habet in

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Praeter. | اِتَّعَدَ | | اِوْتَعَدَ | | اِفْتَعَلَ |
| Futur. | يَتَّعِدُ | | يُوْتَعِدُ | | يَفْتَعِلُ |
| Imperat. | اِتَّعِدْ | pro | اِوْتَعِدْ | instar | اِفْتَعِلْ |
| Particip. | مُتَّعِدٌ | | مُوْتَعِدٌ | | مُفْتَعِلٌ |
| Infinit. | اِتِّعَادٌ | | اِوْتِعَادٌ | | اِفْتِعَالٌ |

Similiter a يَسَرَ est Coniugationis VIII.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Praeter. | اِتَّسَرَ | | اِيْتَسَرَ | | اِفْتَعَلَ |
| Futur. | يَتَّسِرُ | | يَيْتَسِرُ | | يَفْتَعِلُ |
| Imperat. | اِتَّسِرْ | pro | اِيْتَسِرْ | instar | اِفْتَعِلْ |
| Particip. | مُتَّسِرٌ | | مُيْتَسِرٌ | | مُفْتَعِلٌ |
| Infinit. | اِتِّسَارٌ | | اِيْتِسَارٌ | | اِفْتِعَالٌ |

Interdum tamen و et ى manent, et accommodant sese Vocali praecedenti, cui, si non sunt, fiunt homogeneae, ut Verbum primae radicalis و in Coniugatione VIII. hanc formam habeat:

| | | | |
|---|---|---|---|
| Praeter. | إِيتَعَدَ | pro | إِوْتَعَدَ |
| Futur. | يَاتَعِدُ | | يَوْتَعِدُ |
| Imperat. | إِيتَعِدْ | | إِوْتَعِدْ |
| Particip. | مُوتَعِدٌ | | ......... |
| Infinit. | إِيتِعَادٌ | | إِوْتِعَادٌ |

Similiter Verbum primae radicalis ى.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Praeter. | إِيتَسَرَ | pro | ......... |
| Futur. | يَاتَسِرُ | | يَيْتَسِرُ |
| Imperat. | إِيتَسِرْ | | ......... |
| Particip. | مُوتَسِرٌ | | مَيْتَسِرٌ |
| Infinit. | إِيتِسَارٌ | | ......... |

---

# CAPVT OCTAVVM.

## DE VERBO SECVNDAE RADICALIS و VEL ى.

CLXXXV. Verba mediae radicalis و vel ى, sive quiescentia ع (secundum فَعَلَ), Arabibus dicuntur أَجْوَفُ *concava*, et ذُو الثَّلَاثَةِ *trium literarum*, quia hoc habent peculiare, quod prima Praeteriti persona, quae in Verbis regularibus et secundam radicalem geminantibus quatuor literis scribitur, tres tantum literas habet, uti كَتَبْتُ *scripsi* et قُلْتُ *dixi* comparando patet.

CLXXXVI. Haec Verba, quorum haud exiguus est numerus, hoc potissimum habent peculiare, quod secunda radicalis و vel ى

in prima, quarta, septima, octava et decima Coniugatione aut excidit, aut Vocali sua amissa quiescit, ita ut varias subeat mutationes secundum regulas permutationis literarum و et ى supra §. CXV — CXIX. traditas. Quum autem plus reliquis Verborum irregularium classibus haec a regulari forma deflectant, plurimumque intersit, illorum flectendi modos recte cognitos habere; visum est, Coniugationis illorum primae paradigmata integra in Verbis قَالَ (pro قَوَلَ) *dixit*, et سَارَ (pro سَيَرَ) *incessit, profectus fuit,* hic exhibere.

### *Activum Verbi mediae radicalis* و.

PRAETERITVM.

| **Pluralis.** | | **Dualis.** | | **Singularis.** | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| قُلْنَ | قَالُوا | قَالَتَا | قَالَا | قَالَتْ | قَالَ | 3 |
| قُلْتُنَّ | قُلْتُمْ | قُلْتُمَا | | قُلْتِ | قُلْتَ | 2 |
| قُلْنَا | | | | قُلْتُ | | 1 |

FVTVRVM.

| **Pluralis.** | | **Dualis.** | | **Singularis.** | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| يَقُلْنَ | يَقُولُونَ | تَقُولَانِ | يَقُولَانِ | تَقُولُ | يَقُولُ | 3 |
| تَقُلْنَ | تَقُولُونَ | تَقُولَانِ | | تَقُولِينَ | تَقُولُ | 2 |
| نَقُولُ | | | | أَقُولُ | | 1 |

IMPERATIVVS.

| **Pluralis.** | | **Dualis.** | **Singularis.** | |
|---|---|---|---|---|
| قُلْنَ | قُولُوا | قُولَا | قُولِي | قُلْ |

PARTICIPIVM.

| **Pluralis.** | **Dualis.** | **Singularis.** |
|---|---|---|
| قَائِلُونَ | قَائِلَانِ | قَائِلٌ |

INFINITIVVS.

قَوْلٌ

*Activum Verbi mediae radicalis* ى.

PRAETERITVM.

| *Pluralis.* | *Dualis.* | *Singularis.* | |
|---|---|---|---|
| سَارُوا سِرْنَ | سَارَا سَارَتَا | سَارَ سَارَتْ | 3 |
| سِرْتُمْ سِرْتُنَّ | سِرْتُمَا | سِرْتَ سِرْتِ | 2 |
| سِرْنَا | | سِرْتُ | 1 |

FVTVRVM.

| *Pluralis.* | *Dualis.* | *Singularis.* | |
|---|---|---|---|
| يَسِيرُونَ يَسِرْنَ | يَسِيرَانِ تَسِيرَانِ | يَسِيرُ تَسِيرُ | 3 |
| تَسِيرُونَ تَسِرْنَ | تَسِيرَانِ | تَسِيرُ تَسِيرِينَ | 2 |
| نَسِيرُ | | أَسِيرُ | 1 |

IMPERATIVVS.

| *Pluralis.* | *Dualis.* | *Singularis.* |
|---|---|---|
| سِيرُوا سِرْنَ | سِيرَا | سِرْ سِيرِي |

PARTICIPIVM.

| *Pluralis.* | *Dualis.* | *Singularis.* |
|---|---|---|
| سَايِرُونَ | سَايِرَانِ | سَايِرٌ |

INFINITIVVS.

سَيْرٌ

## ANNOTATIONES AD PRAETERITVM.

CLXXXVII. 1. In tertiis personis (excepta feminina Pluralis) و et ى Vocali sua abiecta mutantur in ا quiescens post Fatha primae radicalis (secundum §. CXV.), ut sit

| | | |
|---|---|---|
| قَالَ | | قَوَلَ |
| قَالَتْ | pro | قَوَلَتْ |
| قَالُوا | | قَوَلُوا |

Item

| | | |
|---|---|---|
| سَارَ | | سَيَرَ |
| سَارَتْ | pro | سَيَرَتْ |
| سَارُوا | | سَيَرُوا |

Et sic quoque cum media radicalis habet Kesre vel Dhamma, ut خَافَ *timuit* pro خَوِفَ, طَالَ *longus fuit* pro طَوُلَ, هَابَ *pavuit* pro هَيِبَ.

2. In reliquis personis و vel ى excidit (secundum §. LXXVII.), Vocali suam ad literam praecedentem, cuius Vocalis perit, reiecta ubi manet non mutata, si est Kesre vel Dhamma, ut

| | | |
|---|---|---|
| خِفْتُ, خِفْتَ | | خَوِفْتُ, خَوِفْتَ |
| طُلْتُ, طُلْتَ | pro | طَوُلْتُ, طَوُلْتَ |
| هِبْتُ, هِبْتَ | | هَيِبْتُ, هَيِبْتَ |

Quodsi autem media radicalis habere debeat proprie Vocalem Fatha, ea mutatur in Dhamma si illa sit و, ut

قُلْتُ, قُلْتَ pro قَوَلْتُ, قَوَلْتَ

in Kesra vero, si media radicalis est ى, ut

سِرْتُ, سِرْتَ pro سَيَرْتُ, سَيَرْتَ

cf. §. CXVI. Itaque prima radicalis Verborum mediae و in istis perſonis Dhamma perpetuo habet a formis فَعَلَ et فَعُلَ, vel Kesre a فَعِلَ, sed Verborum mediae ى prima radicalis semper Kesre habet.

CLXXXVIII. 1. In Verbis mediae و vel ى quae ultimam radicalem habent ت, ea per Teschdid coalescit cum ت servili, quod formandis personis secundis nec non primae Singularis personae inservit (cf. §. CXXXVIII.). Hinc a مَاتَ *mortuus est*, est مِتُّ *mortuus sum*, مِتَّ *mortuus es* et مِتِّ *mortua es*, مِتُّمَا (vos duo) *mortui es is.*

2. Similis ratio est Verborum, quae ultimam radicalem habent ن (cf. §. CXL.). Hinc a صَانَ *custodivit*, *asservavit*, tertia Pluralis feminina est صُنَّ pro صُنْنَ.

ANNOTATIONES AD FVTVRVM.

CLXXXIX. 1. Verba mediae radicalis و, quorum Praeteritum est formae فَعَلَ vel فَعُلَ, illam in Futuro cum Dhamma pronunciatam habent, redeunte ipsa illa radicali, quae in Praeterito in ا quiescens transierat. Sic a قَالَ, quod est pro قَوَلَ (§. CLXXXVII.), Futurum est يَقُولُ, et a طَالَ (pro طَوُلَ) يَطُولُ. Quodsi vero in Praeterito media radicalis proprie per Kesre efferri deberet, ut خَوِفَ, *metuit*, pro quo خَافَ dicitur, illa in Futuro recipit Vocalem Fatha, ut يَخَافُ (cf. §. CXLIII.).

2. Verba mediae radicalis ى eam in Futuro plerumque cum Kesre prolatam habent, quia sunt formae فَعَلَ, يَفْعِلُ (vid. § CXLV.), quemadmodum a سَارَ (pro سَيَرَ) *profectus fuit*, Futurum est يَسِيرُ. Non desunt tamen Verba mediae radicalis ى formae فَعِلَ, يَفْعَلُ; ea in Futuro Vocalem mediam Fatha cum ا quiescente recipiunt, ut ab هَابَ pro هَيِبَ *formidavit* Futurum est يَهَابُ.

3. Reiiciunt haec Verba in Futuro Vocalem mediae radicalis ad primam, ut in ea media quiescat, quod fit absque ulla mutatione, si Vocalis sit Dhamma vel Kesre, et conversione radicalis

mediae quiescentis in ا, si sit Fatha, ut in exemplis allatis; ponuntur enim pro يَقْوَلُ, يَسْيِرُ, يَخْوَفُ, يَهْيَبُ et يَطْوَلُ (cf. § CXVII.) At in personis femininis Pluralis ob Dschezma literae sequentis media quiescens excidit (iuxta §. LXXVII.), diciturque يَخَفْنَ, يَسِرْنَ, يَقُلْنَ, pro يَقُولْنَ, يَسِيرْنَ, يَخَافْنَ. Quod et eadem de causa in Futuro apocopato iis personis accidit, in quibus tertia radicalis Dschezma recipit, unde haec illius forma existit.

FVTVRVM APOCOPATVM.

| *Pluralis.* | | *Dualis.* | | *Singularis.* | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| يَقُلْنَ | يَقُولُوا | تَقُولَا | يَقُولَا | تَقُلْ | يَقُلْ | 3 |
| تَقُلْنَ | تَقُولُوا | | تَقُولَا | تَقُولِي | تَقُلْ | 2 |
| نَقُلْ | | | | | أَقُلْ | 1 |

ANNOTATIONES AD IMPERATIVVM.

CXC. Prima radicalis hic recipit Vocalem secundae, unde Eliph prostethicum non praefigitur, quod ante literam Vocali affectam locum non habet (§. XLIX. coll. §. CLXIX.). Secunda radicalis و vel ى in Dhamma vel Kesre quiescit expressa, praeterquam in Singulari Masculino et Plurali feminino, ubi excidit ob Dschezma tertiae radicalis (cf. §. LXXVII.). Vnde accedente ن paragogico, ubi tertia radicalis habet Fatha, secunda redit, ut قُولَنَّ *dic*, سِيرَنَّ *vade*, خَافَنَّ *time.*

ANNOTATIONES AD PARTICIPIVM.

CXCI. Participium secundum formam regularem نَاصِرٌ deberet قَاوِلٌ, سَايِرٌ esse, pro quo secundum §. LXXVIII. قَايِلٌ et سَايِرٌ dicitur, quod est pro قَاالٌ et سَاارٌ.

CXCII. *Passivum* Verbi mediae radicalis و hoc modo flectitur.

PRAETERITVM.

| Pluralis. | Dualis. | Singularis. | |
|---|---|---|---|
| قِيلُوا قِلْنَ | قِيلَا قِيلَتَا | قِيلَ قِيلَتْ | 3 |
| قِلْتُمْ قِلْتُنَّ | قِلْتُمَا | قِلْتَ قِلْتِ | 2 |
| قِلْنَا | | قِلْتُ | 1 |

FVTVRVM.

| Pluralis. | Dualis. | Singularis. | |
|---|---|---|---|
| يُقَالُونَ يُقَلْنَ | يُقَالَانِ تُقَالَانِ | يُقَالُ تُقَالُ | 3 |
| تُقَالُونَ تُقَلْنَ | تُقَالَانِ | تُقَالُ تُقَالِينَ | 2 |
| نُقَالُ | | أُقَالُ | 1 |

PARTICIPIVM.

| Pluralis. | Dualis. | Singularis. |
|---|---|---|
| مَقُولُونَ | مَقُولَانِ | مَقُولٌ |

*Passivum Verbi mediae radicalis* ى.

PRAETERITVM.

| Pluralis. | Dualis. | Singularis. | |
|---|---|---|---|
| سِيرُوا سِرْنَ | سِيرَا سِيرَتَا | سِيرَ سِيرَتْ | 3 |
| سِرْتُمْ سِرْتُنَّ | سِرْتُمَا | سِرْتَ سِرْتِ | 2 |
| سِرْنَا | | سِرْتُ | 1 |

FVTVRVM.

| Pluralis. | Dualis. | Singularis. | |
|---|---|---|---|
| يُسَارُونَ يُسَرْنَ | يُسَارَانِ تُسَارَانِ | يُسَارُ تُسَارُ | 3 |
| تُسَارُونَ تُسَرْنَ | تُسَارَانِ | تُسَارُ تُسَارِينَ | 2 |
| نُسَارُ | | أُسَارُ | 1 |

PARTICIPIVM.

| *Pluralis.* | *Dualis.* | *Singularis.* |
| --- | --- | --- |
| مَسِيرُونَ | مَسِيرَانِ | مَسِيرٌ |

ANNOTATIONES AD PRAETERITVM.

CXCIII. 1. Kesre mediae radicalis reiicitur ad primam, cuius Vocalis perit, ut pro سُيِرَ (instar نُصِرَ) sit سِيرَ, et pro قُوِلَ existat قِيلَ Vau in Ye mutato, iuxta §. LXXV. Tertia Pluralis feminina, nec non secundae et primae personae in Verbo mediae radicalis ى conveniunt cum Activo, sed sensu orationis facile distinguuntur.

2. Verba mediae radicalis و formae فَعَلَ Fut. يَفْعُلُ possunt in iis personis, quae tertiam radicalem Dschezmatam habent, primae radicalis Vocalem recipere Dhamma, pro Kesre, ut قُلْتُ, قُلْتَ sit pro قِلْتُ, قِلْتَ, nec differant hae personae ab Activo.

3. Pro قِيلَ *dicitur*, جِيءَ *venitur*, غِيضَ *deminutus est*, سِيءَ *tristatus est*, in nonnullis Corani Codicibus forma regularis قُيِلَ, جُيِءَ, غُيِضَ, سُيِءَ scripta reperitur. بَاعَ (pro بَيَعَ) *vendidit* Passivum facit non tantum بِيعَ, verum et بُيِعَ et بُوعَ, quam posteriorem formam Grammatici nonnulli propriam esse volunt iis Verbis, quae in Praeterito Activi *Kesre* habent, ut خِفْتُ *timui*, بِعْتُ *vendidi*, formam قِيلَ vero recipere in Passivo Verba ea, quae in Praeterito Activi *Dhamma* habent, ut قُلْتُ *dixi*, صُنْتُ *asservavit*, confusionis evitandae causa.

ANNOTATIONES AD FVTVRVM.

CXCIV. Fatha mediae radicalis ad primam retrocedente, و et ى mutantur in ا quiescens, juxta §. LXXV. Est itaque يُقَالُ pro يُقْوَلُ, يُسَارُ pro يُسْيَرُ. In personis femininis Pluralis ا quiescens

ob sequens Dschezma excidit, secundum regulam §. LXXVII. traditam.

### ANNOTATIONES AD PARTICIPIVM.

CXCV. 1. Dhamma secundae radicalis reiicitur ad primam, et و participiale excidit, quia duae literae simul in una Vocali nequeunt quiescere, estque مَقُولٌ pro مَقْوُولٌ; et in Verbis mediae radicalis ى ea ى quiescens non accommodat se more solito Vocali praecedenti Dhamma, sed contra, discriminis causa, eam sibi accommodat, et vertit in Kesram, ut dicatur مَسِيرٌ, non مَسُورٌ, pro مَسْيُورٌ.

2. Reperies tamen etiam apud scriptores probatos, maxime apud Poetas, Participia haec regulariter formata, potissimum in Verbis mediae radicalis ى, ut مَصْوُونٌ *custoditus* a صَانَ, مَخْيُوطٌ *consutus* a خَاطَ, مَكْيُولٌ *mensuratus*, a كَالَ, pro كِيلَ.

*De Coniugationibus derivatis Verborum mediae radicalis و vel ى.*

CXCVI. Ex Coniugationibus derivatis horum Verborum quarta tantum, septima, octava et decima a formis regularibus deflectunt (cf. §. CLXXXVI.) In illis enim و et ى, Vocali sua vel abiecta, vel ad praecedentem radicalem reiecta, quiescunt, expressae ante Vocalem, abiectae ante Dschezma, nulla inter Verba mediae و et ى differentia. En illarum Coniugationum Paradigmata:

A C T I V A.

| *Infinit.* | *Partic.* | *Imperat.* | *Fut.* | *Praeter.* | Coniug. |
|---|---|---|---|---|---|
| إِقَالَةٌ | مُقِيلٌ | أَقِلْ | يُقِيلُ | أَقَالَ | IV |
| إِسَارَةٌ | مُسِيرٌ | أَسِرْ | يُسِيرُ | أَسَارَ | |
| إِنْقِيَالٌ | مُنْقَالٌ | إِنْقَلْ | يَنْقَالُ | إِنْقَالَ | VII |
| إِنْسِيَارٌ | مُنْسَارٌ | إِنْسَرْ | يَنْسَارُ | إِنْسَارَ | |

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| اِقْتِيَالٌ | مُقْتَالٌ | اِقْتَلْ | يَقْتَالُ | اِقْتَالَ | VIII |
| اِسْتِيَارٌ | مُسْتَارٌ | اِسْتَرْ | يَسْتَارُ | اِسْتَارَ | |
| اِسْتِقَالَةٌ | مُسْتَقِيلٌ | اِسْتَقِلْ | يَسْتَقِيلُ | اِسْتَقَالَ | X |
| اِسْتِسَارَةٌ | مُسْتَسِيرٌ | اِسْتَسِرْ | يَسْتَسِيرُ | اِسْتَسَارَ | |

## PASSIVA.

| *Particip.* | *Futur.* | *Praeter.* | |
|---|---|---|---|
| مُقَالٌ | يُقَالُ | أُقِيلَ | IV |
| مُسَارٌ | يُسَارُ | أُسِيرَ | |
| مُنْقَالٌ | يُنْقَالُ | أُنْقِيلَ | VII |
| مُنْسَارٌ | يُنْسَارُ | أُنْسِيرَ | |
| مُقْتَالٌ | يُقْتَالُ | أُقْتِيلَ | VIII |
| مُسْتَارٌ | يُسْتَارُ | أُسْتِيرَ | |
| مُسْتَقَالٌ | يُسْتَقَالُ | أُسْتُقِيلَ | X |
| مُسْتَسَارٌ | يُسْتَسَارُ | أُسْتُسِيرَ | |

CXCVII. Singulae cuiusque Temporis personae in Coniugationibus istis derivatis formantur ad easdem regulas, quas Verbum primitivum sequitur. Sic v. c. tertia persona feminina Singularis Praeteriti Coniugationis quartae est أَقَامَتْ pro أَقْوَمَتْ, secundum §. CXVII., et secunda persona masculina Singularis eiusdem temporis أَقَمْتَ pro أَقْوَمْتَ, cf. §. CXVIII.

CXCVIII. In Futuris Coniugationis quartae et decimae ad pri-

mam radicalem transfertur Vocalis mediae, quae sese Vocali translatae accommodat, et in ى quidem in Activo, in ا vero in Passivo transit. In Coniugatione septima et octava media radicalis و vel ى quum semper Fatham praecedentem habeat, in ا convertitur, quod pariter utrobique excidit, cum tertia radicalis Vocali caret (cf. §. LXXVII.).

CXCIX. Participia passiva Coniugationis septimae et octavae conveniunt cum activis, sed contextu orationis facile dignoscuntur.

CC. In Infinitivis quartae et decimae Coniugationis و et ى, Fatha suo ad praecedentem literam Dschezmatam reiecto, in ا quiescens mutantur, post quod ا illud quiescens, quod ad formationem Infinitivi ultimae radicali praeponitur in formis regularibus إِقْبَالٌ et إِسْتِقْبَالٌ, excidit, ob causam supra CXCV. 1. allatam, sed in compensationem quasi eius in fine accedit ة, diciturque إِقَالَةٌ pro إِقْوَالٌ, et إِسْتِقَالَةٌ pro إِسْتِقْوَالٌ. Dicitur et إِفَادَةٌ *utilitatem percipere*, atque إِسْتِطَابَةٌ *suavem gratamque rem comperire*, pro إِفْيَادٌ et إِسْتِطْيَابٌ. Singularis anomalia est, quod Sur. XXI., 73. إِقَامٌ *observatio* pro إِقَامَةٌ reperitur. Verba mediae و in Infinitivis septimae et octavae Coniugationis mutant و, quum Kesram praecedentem habeat, in ى, secundum §. LXXXVII.

CCI. Reliquae Coniugationes a forma regulari non deflectunt, ut

| Infinit. | Particip. | Imperat. | Futur. | Praeter. | |
|---|---|---|---|---|---|
| تَقْوِيلٌ | مُقَوِّلٌ | قَوِّلْ | يُقَوِّلُ | قَوَّلَ | II |
| تَسْيِيرٌ | مُسَيِّرٌ | سَيِّرْ | يُسَيِّرُ | سَيَّرَ | |
| مُقَاوَلَةٌ | مُقَاوِلٌ | قَاوِلْ | يُقَاوِلُ | قَاوَلَ | III |
| مُسَايَرَةٌ | مُسَايِرٌ | سَايِرْ | يُسَايِرُ | سَايَرَ | |

Et sic quoque V. تَقَوَّلَ, VI. تَقَاوَلَ, IX. إِسْوَدَّ, إِبْيَضَّ rel. Notandum tamen, Verba mediae و in Passivis tertiae et sextae Coniugationis, ubi ا characteristicum harum Coniugationum in و transit ob praecedens Dhamma, id و cum و radicali per Teschdid unire (cf. §. XCV.). Quare قُوِّمَ et تُقُوِّمَ dicitur pro قُووِمَ et تُقُووِمَ, nec differunt Praeterita Passiva secundae et tertiae Coniugationis.

CCII. Pauca quaedam Verba mediae و vel ي per omnes Coniugationes regulariter inflectuntur, ut عَوِرَ *monoculus fuit*, et صَيِدَ *venatus est:*

| Particip. | Imperat. | Futur. |
|---|---|---|
| عَاوِرٌ | إِعْوَرْ | يَعْوَرُ |
| صَايِدٌ | أُصْيَدْ | يَصْيَدُ |

Et sic quoque in reliquis Coniugationibus:

| X | VIII | VII | IV |
|---|---|---|---|
| إِسْتَعْوَرَ | اِعْتَوَرَ | إِنْعَوَرَ | أَعْوَرَ |
| إِسْتَصْيَدَ | اِصْطَيَدَ | إِنْصَيَدَ | أَصْيَدَ |

CCIII. Verba nonnulla mediae و vel ي, in prima Coniugatione quidem imperfecta sunt, in quarta vero modo perfecta modo imperfecta. Sic a رَاحَ (pro رَوَحَ) *vesperi quid fecit*, et a غَامَ (pro غَيَمَ) *nubilosum fuit coelum*, in quarta Coniugatione tam أَرْوَحَ quam أَرَاحَ, tam أَغْيَمَ quam أَغَامَ reperitur. Verba nonnulla mediae radicalis و in Coniugatione decima quoque utroque modo, perfecte, et imperfecte, inflexa reperias, ut إِسْتَجَابَ et إِسْتَجْوَبَ *exaudivit*, إِسْتَصَابَ et إِسْتَصْوَبَ *approbavit*, quae quidem forma in

hoc Verbo usitatior est, quum in aliis huiusmodi Verbis forma imperfecta frequentius occurrat.

---

# CAPVT NONVM.

## DE VERBO TERTIAE RADICALIS و VEL ى.

CCIV. Verbum, cuius ultima radicalis est و vel ى, Arabum Grammaticis vocatur نَاقِصٌ *defectivum*, nec non ذُو ٱلْأَرْبَعَةِ *quatuor literarum*, quod prima Singularis Praeteriti persona quatuor habet literas, ut رَضِيتُ *gratum habui*, et غَزَوْتُ *oppugnatum venit*, quo haec Verba differunt a Verbis media radicali و vel ى, quippe quae in eadem persona nonnisi tres habeat literas.

CCV. Vltima radicalis و vel ى in hisce Verbis similes subit mutationes atque in Verbis mediae radicalis quiescentis, de quibus in Capite superiore. Modo enim in aliam literam transit, modo plane excidit; Vocalis vero ultimae radicali propria nunc ad praecedentem recedit, nunc prorsus supprimitur, ut Paradigmata subiecta ostendent. Primum sit غَزَا (pro غَزَوَ) *expeditionem suscepit, oppugnatum venit*, Verbum tertiae radicalis و formae فَعَلَ Fut. يَفْعُلُ (cf. §. CXLII.).

*Activum Verbi tertiae radicalis و.*

PRAETERITVM.

| *Pluralis.* | *Dualis.* | *Singularis.* | |
|---|---|---|---|
| غَزَوْا غَزَوْنَ | غَزَوَا غَزَتَا | غَزَا غَزَتْ | 3 |
| غَزَوْتُمْ غَزَوْتُنَّ | غَزَوْتُمَا | غَزَوْتَ غَزَوْتِ | 2 |
| غَزَوْنَا | | غَزَوْتُ | 1 |

FVTVRVM.

| *Pluralis.* | *Dualis.* | *Singularis.* | |
|---|---|---|---|
| يَغْزُونَ يَغْزُونَ | يَغْزُوَانِ تَغْزُوَانِ | يَغْزُو تَغْزُو | 3 |
| تَغْزُونَ تَغْزُونَ | تَغْزُوَانِ | تَغْزُو تَغْزِينَ | 2 |
| نَغْزُو | | أَغْزُو | 1 |

IMPERATIVVS.

| *Pluralis.* | *Dualis.* | *Singularis.* | |
|---|---|---|---|
| أُغْزُوا أُغْزُونَ | أُغْزُوَا | أُغْزُ أُغْزِى | 2 |

PARTICIPIVM.

| *Pluralis.* | *Dualis.* | *Singularis.* |
|---|---|---|
| غَازُونَ | غَازِيَانِ | غَازٍ |

INFINITIVVS.

غَزْوٌ

*Activum Verbi tertiae radicalis* ى.

رَمَى Iecit

(Formae فَعَلَ Fut. يَفْعِلُ)

PRAETERITVM.

| *Pluralis.* | *Dualis.* | *Singularis.* | |
|---|---|---|---|
| رَمَوْا رَمَيْنَ | رَمَيَا رَمَتَا | رَمَى رَمَتْ | 3 |
| رَمَيْتُمْ رَمَيْتُنَّ | رَمَيْتُمَا | رَمَيْتَ رَمَيْتِ | 2 |
| رَمَيْنَا | | رَمَيْتُ | 1 |

### FVTVRVM.

| Pluralis. | Dualis. | Singularis. | |
|---|---|---|---|
| يَرْمُونَ يَرْمِينَ | يَرْمِيَانِ تَرْمِيَانِ | يَرْمِي تَرْمِي | 3 |
| تَرْمُونَ تَرْمِينَ | تَرْمِيَانِ | تَرْمِي تَرْمِينَ | 2 |
| نَرْمِي | | أَرْمِي | 1 |

### IMPERATIVVS.

| Pluralis. | Dualis. | Singularis. |
|---|---|---|
| اِرْمُوا اِرْمِينَ | اِرْمِيَا | اِرْمِ اِرْمِي |

### PARTICIPIVM.

| Pluralis. | Dualis. | Singularis. |
|---|---|---|
| رَامُونَ | رَامِيَانِ | رَامٍ |

### INFINITIVVS.

رَمْيٌ

### ANNOTATIONES AD PRAETERITVM.

CCVI. غَزَا *oppugnatum venit*, est pro غَزَوَ, و in ا quiescens converso secundum §. XCI., et رَمَى *proiecit*, pro رَمَيَ, abiecta Vocali litera ى, quae quiescit instar ا, iuxta §. CIII.

CCVII. In tertia Singularis persona feminina et Dualis tertia radicalis و vel ى una cum Vocali sua excidit, diciturque غَزَتْ et غَزَتَا pro غَزَوَتْ et غَزَوَتَا, nec non رَمَتْ et رَمَتَا pro رَمَيَتْ et رَمَيَتَا. Cuius anomaliae ratio videtur hinc esse repetenda, quod quum tertia persona feminina Singularis Praeteriti a masculina formetur sola accessione literae ت dschezmatae (ut a نَصَرَ est نَصَرَتْ), a غَزَا proprie fieri deberet غَزَاتْ, pro quo secundum §. LXXVII., abiecto ا ob literam sequentem dschezmatam, غَزَتْ dicitur. Tertia feminina Dualis autem quum formetur a tertia Singularis acces-

sione Vocalis Fatha sequente ا quiescente, ut a نَصَرَتْ est نَصَرَتَا; similiter a غَزَتْ fit غَزَتَا, nulla ratione habita tertiae radicalis, quae iam in tertia Singularis exciderat.

CCVIII. In tertia persona masculina Pluralis ultima radicalis و et ى una cum Vocali sua item abiicitur, diciturque contracte غَزَوْا et رَمَوْا pro غَزَوُوا et رَمَيُوا, secundum §. CXI. Quodsi sequatur vox ا prosthethicum sive Wesla praepositum habens, و accipit Dhamma, quo utraque vox uniatur (cf. §. LV. 3. c.), ut دَعَوُا ٱللَّهَ *invocant Deum.*

ANNOTATIONES AD FVTVRVM.

CCIX. Vocalis Fatha, qua secunda radicalis in Praeterito effertur, in Futuro mutatur in *Dhamma* si ultima radicalis est و, in *Kesre* vero, si tertia radicalis est ى. Sunt tamen Verba tertiae radicalis ى, quae Fatha in Futuro retinent; quod una alterave radicalium est gutturalis (cf. §. CXLII.) ut يَرْعَى a رَعَى *pavit.*

CCX. Vltima radicalis in Futuro abiecta sua Vocali quiescit, secundum regulas permutationis §§. XCIII. CIII. et CVI. traditas. Post و quiescens in Singulari non ponitur ا otiosum, de quo §. XCIX. Sed primae Pluralis personae, ex nonnullorum Grammaticorum sententia, apponi et نَغْزُوا scribi potest.

CCXI. Secunda persona feminina Singularis, nec non tertia et secunda masculina Pluralis contracte efferuntur; est enim

| | | |
|---|---|---|
| تَغْزِينَ | | تَغْزُوِينَ |
| تَرْمِينَ | | تَرْمِيِينَ |
| يَغْزُونَ | | يَغْزُوُونَ |
| تَغْزُونَ | pro | تَغْزُوُونَ |
| يَرْمُونَ | | يَرْمِيُونَ |
| تَرْمُونَ | | تَرْمِيُونَ |

secundum §§. CXI. CXII. Igitur in Verbo غَزَا, aliisque quae eodem modo flectuntur, secundae et tertiae personae masculinae Pluralis non differunt ab iisdem personis femininis eiusdem Numeri, uti in Verbo رَمَى aliisque eiusdem formae secunda persona feminina Singularis haud differt a secunda feminina Pluralis, ut Paradigmata ostendent.

CCXII. In Futuro Verborum tertiae radicalis و ea nonnumquam omissa reperitur ut in Corani Sura XVII, 11. وَيَدْعُ et *precatur* pro وَيَدْعُو est. Eadem ultimae radicalis apocope est in Verbis tertiae radicalis ى, ut لَا أَدْرِ *nescio* pro لَا أَدْرِى dicitur.

CCXIII. In *Futuro antitethico* secunda persona feminina Singularis, atque tertia et secunda masculina Pluralis eodem, quo §. superiore indicatum est, modo contrahuntur, uti ex hoc illius Paradigmate apparet.

| *Pluralis.* | | *Dualis.* | | *Singularis.* | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| يَغْزُونَ | يَغْزُوا | تَغْزُوَا | يَغْزُوَا | تَغْزُوَ | يَغْزُوَ | 3 |
| تَغْزُونَ | تَغْزُوا | تَغْزُوَا | | تَغْزِى | تَغْزُوَ | 2 |
| نَغْزُوَ | | | | | أَغْزُوَ | 1 |

*Futurum antitheticum Verbi tertiae radicalis* ى.

| *Pluralis.* | | *Dualis.* | | *Singularis.* | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| يَرْمِينَ | يَرْمُوا | تَرْمِيَا | يَرْمِيَا | تَرْمِىَ | يَرْمِىَ | 3 |
| تَرْمِينَ | تَرْمُوا | تَرْمِيَا | | تَرْمِى | تَرْمِىَ | 2 |
| نَرْمِىَ | | | | | أَرْمِىَ | 1 |

CCXIV. Vocalis Fatha, qua ultima radicalis in pluribus personis Futuri antithetici afficienda est, subinde abiicitur, ut لَنْ يَعْفُو *non condonabit*, pro لَنْ يَعْفُوَ.

CCXV. In *Futuro apocopato* ultima radicalis non recipit Dschezma, ut in Verbo regulari, sed excidit, et ن secundae personae femininae Singularis, nec non personae secundae et tertiae masculinae Pluralis additum abiicitur, ut in hoc illius Paradigmate vides.

| *Pluralis.* | | *Dualis.* | | *Singularis.* | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| يَغْزُونَ | يَغْزُوا | تَغْزُوَا | يَغْزُوَا | تَغْزُ | يَغْزُ | 3 |
| تَغْزُونَ | تَغْزُوا | تَغْزُوَا | | تَغْزِى | تَغْزُ | 2 |
| نَغْزُ | | | | أَغْزُ | | 1 |

*Futurum apocopatum tertiae radicalis* ى.

| *Pluralis.* | | *Dualis.* | | *Singularis.* | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| يَرْمِينَ | تَرْمُوا | يَرْمِيَا | يَرْمِيَا | تَرْمِ | يَرْمِ | 3 |
| تَرْمِينَ | تَرْمُوا | تَرْمِيَا | | تَرْمِى | تَرْمِ | 2 |
| نَرْمِ | | | | أَرْمِ | | 1 |

CCXVI. Futuro apocopato in pausa posito adiicitur, loco abiectae tertiae radicalis, ه dschezmatum, quod هَآءُ ٱلْوَقْفِ *He quietis*, seu هَآءُ ٱلسُّكُوتِ *He silentii* vocatur; ut لَمْ يَغْزُهْ, لَمْ يَرْمِهْ.

CCXVII. *Futurum paragogicum* Verbi غَزَا flectitur hoc modo:

| *Pluralis.* | | *Dualis.* | | *Singularis.* | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| يَغْزُونَانِّ | يَغْزُنَّ | تَغْزُوَانِّ | يَغْزُوَانِّ | تَغْزُوَنَّ | يَغْزُوَنَّ | 3 |
| يَغْزُونَانِّ | تَغْزُنَّ | تَغْزُوَانِّ | | تَغْزِنَّ | تَغْزُوَنَّ | 2 |
| نَغْزُوَنَّ | | | | أَغْزُوَنَّ | | 1 |

*Futurum paragogicum Verbi tertiae radicalis* ى.

| *Pluralis.* | | *Dualis.* | | *Singularis.* | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| يَرْمِينَانِّ | يَرْمُنَّ | تَرْمِيَانِّ | يَرْمِيَانِّ | تَرْمِيَنَّ | يَرْمِيَنَّ | 3 |
| تَرْمِينَانِّ | تَرْمُنَّ | | تَرْمِيَانِّ | تَرْمِنَّ | تَرْمِيَنَّ | 2 |
| | نَرْمِيَنَّ | | | | أَرْمِيَنَّ | 1 |

Persona secunda feminina Singularis proprie يَرْمِيِنَّ, تَغْزِيِنَّ, et secunda et tertia masculina Pluralis يَرْمِيُونَّ, تَغْزُوُونَّ, تَغْزُوُونَّ, يَغْزُوُونَّ esse deberent; sed excidunt quiescentia illa ى et و, quae facta contractione (de qua §. CCXI.) remanserant, ob literam ن Vocali carentem, quae illa sequitur; esset enim يَرْمِيِنَّ, تَغْزِيِنَّ rel. pro تَرْمِيْنَنْ, تَغْزِيْنَنْ rel.; cf. §. XXXIX. Literae quiescentes autem sequente Dschezmate excidunt, secundum §. LXXVII.

ANNOTATIONES AD IMPERATIVVM.

CCXVIII. Imperativus, ut in perfectis, fit a Futuro apocopato, praefixo ا prosthetico (§ L.), ut أُغْزُ, إِرْمِ, reditque cum Nun paragogico tertia radicalis abiecta in Masculina Singularis, ut أُغْزُوَنَّ, إِرْمِيَنَّ. In Feminina Singularis et Masculina Pluralis adhibetur contractio, eo prorsus modo quo in Futuro.

CCXIX. Imperativus in pausa positus ه dschezmatum, ut Futurum apocopatum (§. CCXVI.), additum habet. Sic in Corano Sur. VI, 90. est إِقْتَدِهْ (pro إِقْتَدِ) *imitare,* Imperativus Coniugationis octavae verbi قَدَى.

ANNOTATIONES AD PARTICIPIVM.

CCXX. In Masculino Singularis و finale post Kesram mutatur in ى, secundum §. XCVIII., fitque غَازِى pro غَازِوٌ; quia vero ى finale post Kesram nequit habere Dhamma, secundum

§. CVI., id abiicit, eiusque Nun ad praecedentem reiecto, ipsum etiam excidit, ut fiat غَازٍ pro غَازِيٌ; sicut eo amisso redit, ut أَلْغَازِى pro أَلْغَازِى (nam Articulum tollere Nun ultimae Vocalis posterius videbimus). Eadem est ratio Verborum tertiae radicalis ى, ut رَامٍ sit pro رَامِيٌ, أَلرَّامِى pro أَلرَّامِى: et quia ى finale post Kesram respuit Kesram, secundum eandem illam regulam §. CVI., dicitur etiam in Genitivo غَازٍ et رَامٍ pro غَازِيٍ et رَامِيٍ. At Accusativus est regularis, غَازِيًا *pugnantem*, رَامِيًا *proiicientem*. In Femininis, غَازِيَةٌ et رَامِيَةٌ, redit ى abiectum, quia extra finem dictionis collocatur, et in غَازُونَ fit contractio ut in Futuro (cf. §. CCXI.).

---

CCXXI. E Verbis tertiae radicalis و sequuntur paradigma غَزَا illa tantum, quae mediam radicalem in Praeterito Vocali Fatha notatam habent. Illa, quorum media radicalis Vocali *Dhamma* effertur, flectunt Praeteritum ut Verba perfecta, excepta tertia masculina Pluralis. Sic سَرُوَ *generosus fuit* tertiam femininam Singularis facit سَرُوَتْ, et eandem femininam Dualis سَرُوَتَا; tertiam vero masculinam سَرُوا contracte pro سَرُوُوا, secundum regulas CXI. CXII. In ceteris a paradigmate غَزَا non recedunt.

CCXXII. A paradigmate غَزَا plus deflectunt Verborum tertiae radicalis و illa, quorum media radicalis in Praeterito per *Kesre* effertur. Nam praeterea quod tertia radicalis و secundum regulam §. XCVIII. in ى transeat, ut pro رَضِوَ sit رَضِيَ *gratum habuit;* et alia sibi peculiaria habent, quae Paradigma subiectum repraesentabit.

### *Verbum tertiae radicalis* ى *mediâ Kesratâ.*

#### PRAETERITVM.

| *Pluralis.* | *Dualis.* | *Singularis.* | |
|---|---|---|---|
| رَضُوا رَضِينَ | رَضِيَا رَضِيَتَا | رَضِيَ رَضِيَتْ | 3 |
| رَضِيتُمْ رَضِيتُنَّ | رَضِيتُمَا | رَضِيتَ رَضِيتِ | 2 |
| رَضِينَا | | رَضِيتُ | 1 |

#### FVTVRVM.

| *Pluralis.* | *Dualis.* | *Singularis.* | |
|---|---|---|---|
| يَرْضَوْنَ يَرْضَيْنَ | يَرْضَيَانِ تَرْضَيَانِ | يَرْضَى تَرْضَى | 3 |
| تَرْضَوْنَ تَرْضَيْنَ | تَرْضَيَانِ | تَرْضَى تَرْضَيْنَ | 2 |
| نَرْضَى | | أَرْضَى | 1 |

#### FVTVRVM ANTITHETICVM.

| *Pluralis.* | *Dualis.* | *Singularis.* | |
|---|---|---|---|
| يَرْضَوْا يَرْضَيْنَ | يَرْضَيَا تَرْضَيَا | يَرْضَى تَرْضَى | 3 |
| تَرْضَوْا تَرْضَيْنَ | تَرْضَيَا | تَرْضَى تَرْضَيْ | 2 |
| نَرْضَى | | أَرْضَى | 1 |

#### FVTVRVM APOCOPATVM.

| *Pluralis.* | *Dualis.* | *Singularis.* | |
|---|---|---|---|
| يَرْضَوْا يَرْضَيْنَ | يَرْضَيَا تَرْضَيَا | يَرْضَ تَرْضَ | 3 |
| تَرْضَوْا تَرْضَيْنَ | تَرْضَيَا | تَرْضَ تَرْضَيْ | 2 |
| نَرْضَ | | أَرْضَ | 1 |

FVTVRVM PARAGOGICVM.

| *Pluralis.* | *Dualis.* | *Singularis.* | |
|---|---|---|---|
| يَرْضَوُنَّ يَرْضَيْنَانِّ | يَرْضَيَانِّ تَرْضَيَانِّ | يَرْضَيَنَّ تَرْضَيَنَّ | 3 |
| تَرْضَوُنَّ تَرْضَيْنَانِّ | تَرْضَيَانِّ | تَرْضَيَنَّ تَرْضَيِنَّ | 2 |
| نَرْضَيَنَّ | | أَرْضَيَنَّ | 1 |

IMPERATIVVS.

| *Pluralis.* | *Dualis.* | *Singularis.* | |
|---|---|---|---|
| اِرْضَوْا اِرْضَيْنَ | اِرْضَيَا | اِرْضَ اِرْضَيْ | 2 |

CCXXIII. Praeteritum regulariter flectitur, excepta tertia persona Pluralis masculina, in qua tertia radicalis evanescit, Vocali eius recedente ad secundam radicalem, quae suum Kesre perdit (vid. §. CXII.), ut رَضُوا sit pro رَضِيُوا.

CCXXIV. In Futuro dicitur يَرْضَى pro يَرْضَوُ. Vocalis ultima excidit, et و in ى transit, secundum §. XCI. Quod ى e و ortum retinetur quoque in iis Futuri personis, in quibus و, quum in medio sit dictionis, mutandum non esset, suntque personae femininae Pluralis يَرْضَيْنَ et تَرْضَيْنَ pro يَرْضَوْنَ et تَرْضَوْنَ. Eadem de causa secunda Singularis feminina deberet تَرْضَيِينَ esse, et personae masculinae Pluralis essent يَرْضَيُونَ et تَرْضَيُونَ flectendae, quemadmodum in Duali يَرْضَيَانِ dicitur. Sed pro formis illis regularibus usurpantur contractae تَرْضَيْنَ, يَرْضَوْنَ, تَرْضَوْنَ, secundum §. CXI.

CCXXV. In Futuro *antithetico* proprie يَرْضَيَ dicendum esset; quod quum non admittat regula §. CIII. tradita, dicitur يَرْضَى ut itaque in iis personis, quae post ultimam radicalem non adiectam habent literam adformantem, nulla inter formam Futuri ordinariam et antitheticam sit differentia. In Futuro *paragogico* ى suam Vocalem recipit, quia non in fine dictionis est.

CCXXVI. In Futuro *apocopato* tertia radicalis abiicitur, ut sit يَرْضَ, quemadmodum يَغْزُ et يَرْمِ dicitur, §. CCXV.

CCXXVII. Secunda persona Singularis feminina Futuri tam *antithetici* quam *apocopati* est تَرْضَيْ pro تَرْضَيِي (cf. §. CXI.), ى dschezmato, quod tamen, sequente Wesla seu Elif unionis, Vocalem Kesre adsumit (vid. §. LV. 2. *e.*), ut sit تَرْضَيِ. Idem fieri solet in secunda feminina Singularis Imperativi, إِرْضَيْ, quae ante Eliph unionis est إِرْضَيِ.

CCXXVIII. Personae secunda et tertia masculina Pluralis Futuri tam antithetici quam apocopati sunt يَرْضَوْا, تَرْضَوْا contracte pro يَرْضَيُوا et تَرْضَيُوا (cf. §. CXI.). و habet Dschezma; si vero Eliph unionis sequitur, adsumit Vocalem Dhamma, ut sit يَرْضَوُا et تَرْضَوُا (cf. § CCVIII.). Idem fit in secunda masculina Pluralis Imperativi.

DE PASSIVO.

CCXXIX. Verba tertiae radicalis و et ى quatuor formarum غَزَا, سَرُوَ, رَضِيَ et رَمَى Passiva sua uno eodemque modo flectunt: غُزِيَ, سُرِيَ, رُضِيَ, رُمِيَ. Singulae personae Praeteriti et Futuri Passivi formantur ut in Activo Verbi رَضِيَ, hoc solo discrimine, quod prima radicalis in Praeterito *Dhamma* assumit, eandemque Vocalem assumunt in Futuro literae praeformativae personarum. Est itaque

PRAETERITVM.

| *Pluralis.* | | *Dualis.* | | *Singularis.* | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| غُزِينَ | غُزُوا | غُزِيَا | غُزِيَتَا | غُزِيَتْ | غُزِيَ | 3 |
| غُزِيتُنَّ | غُزِيتُمْ | غُزِيتُمَا | | غُزِيتِ | غُزِيتَ | 2 |
| غُزِينَا | | | | غُزِيتُ | | 1 |

FVTVRVM.

| Pluralis. | | Dualis. | | Singularis. | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| يَغْزِينَ | يَغْزُونَ | تَغْزَيَانِ | يَغْزَيَانِ | تَغْزَى | يَغْزَى | 3 |
| تَغْزَيْنَ | تَغْزَوْنَ | | تَغْزَيَانِ | تَغْزَيْنَ | تَغْزَى | 2 |
| نَغْزَى | | | | | أُغْزَى | 1 |

PARTICIPIVM.

مَغْزُوٌّ

غَزِيَ est pro غَزِوَ secundum §. XCVIII., et in يَغْزَى mutatur و in ى quiescens, secundum §. XCI. مَغْزُوٌّ est contracte pro مَغْزُووٌ, ut in Verbo tertiae radicalis ى Participium est مَرْمِيٌّ pro مَرْمُوىٌ, secundum §. CIX.

*De Coniugationibus derivatis Verborum tertiae radicalis و vel ى.*

CCXXX. Verba tertiae radicalis و et ى in Coniugationibus derivatis inter se non differunt. Vtraque ultimam literam habent ى, quae in Activis post Fatha quiescit, ut in غَزَّى et رَمَّى, in Passivis autem per Fatha effertur post Kesre. Apponemus earum tantum Coniugationum derivatarum, quarum frequentior est usus, Personas tertias masculinas Praeteriti et Futuri.

| PASSIVVM. | | ACTIVVM. | | |
|---|---|---|---|---|
| *Futur.* | *Praet.* | *Futur.* | *Praet.* | Coniug. |
| يُغَزَّى | غُزِّيَ | يُغَزِّى | غَزَّى | 2 |
| يُغَازَى | غُوزِيَ | يُغَازِى | غَازَى | 3 |
| يُغْزَى | أُغْزِيَ | يُغْزِى | أَغْزَى | 4 |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| يُتَغَزَّى | تُغُزِّيَ | يَتَغَزَّى | تَغَزَّى | 5 |
| يُغْتَزَى | أُغْتُزِيَ | يَغْتَزِى | إِغْتَزَى | 8 |
| يُسْتَغْزَى | أُسْتُغْزِيَ | يَسْتَغْزِى | إِسْتَغْزَى | 10 |

In singulis Temporibus harum Coniugationum flectendis observantur primae Coniugationis regulae; hoc solum notandum est, ى illud, quod in Praeteritis Verbi tertiae radicalis و ponitur loco و secundum §. XCI., in primis et secundis Personis manere et diphtongescere cum Fatha, dicique e. c. in Praeterito Coniugationis quartae أَغْزَيْتَ, أَغْزَيْتِ, أَغْزَيْتُ, rel. secus atque in prima Coniugatione, ubi redit و, vid. §. CCV.

---

# CAPVT DECIMVM.

## DE VERBO DVPLICITER IMPERFECTO.

CCXXXI. Verba dupliciter imperfecta, simpliciter imperfecta per omnia sequuntur. Classes autem eorum duae sunt, quarum prima continet ea, quae quiescentia sunt, et simul hamzata, quorum plures sunt species.

1. Verba primae radicalis و vel ى et secundae vel tertiae أ a reliquis Verbis primae و (de quibus Cap. VII.) nil differunt. Facit itaque

وَأَرَ *terruit* Futurum يَئِرُ
وَدَأَ *culpavit* — يَدِئُ
وَطِئَ *calcavit* — يَطَأُ

*Nota* 1. Verbum يَئِسَ *desperavit* facit Futurum tam يَيْئِسُ, quam يِيْأَسُ pro يَيْأَسُ. Quae anomalia tamen in iis tantum huius Temporis Personis locum habet, quae a ى incipiunt. Imperativus est tam إِيئِسْ, quam إِيأَسْ.

*Nota* 2. Coniugatio Verbi quadriliteri huius speciei nihil difficultatis habet. Vnicum huiusmodi Verborum exemplum quod Lexica praebent, يَأْيَأَ *blanditus fuit*, in Praeterito flectitur: يَأْيَأَتْ, يَأْيَأُوا, يَأْيَأْتَ, rel.; in Futuro: يُوَأْيِئُ, يُوَأْيِئُونَ rel., ubi ى in و mutatur secundum §. CI. Imperativus, يَأْىِءْ, يَأْيِئِي, يَأْيِئَا, يَأْيِئُوا, يَأْيِئْنَ, nil habet singulare.

2. Verba mediae radicalis و et primae hamzatae, ut آبَ *reversus* est, et آلَ *rediit* (pro أَوَبَ et أَوَلَ) coniugantur ut أَثَرَ (Cap. VI.) et قَالَ (Cap. VIII.). Quare Praeteriti Personae ita flectuntur: آبَتْ, أُبْتَ, أُبْتِ, ut قَالَتْ, قُلْتَ, قُلْتِ. Futurum est يَؤُوبُ ut يَقُولُ, mutato ا hamzato in ؤ, secundum §. LXXVIII. Imperativus est أُبْ, أُوبِي, ut قُلْ, قُولِي. Participium آيِبٌ ut قَايِلٌ, Infinitivus أَوْبٌ ut قَوْلٌ.

3. Verbum mediae radicalis و et tertiae hamzatae, quale سَآءَ *contristavit, male fecit,* pro سَوَءَ, coniugatur ut قَالَ et هَنَأَ (§. CLXXVIII.). Hinc in Praeterito سَآءَتْ, سُؤْتَ, سُؤْتِ, in Futuro يَسُوءُ, in Imperativo سُؤْ, in Participio سَايِءٌ, in Infinitivo سَوَآءٌ dicitur. Passivum est سِيَءَ pro سُوِءَ, ut قِيلَ pro قُوِلَ.

4. Verbum mediae radicalis ى per Fatha, et tertiae hamzatae, quale جَآءَ *venit*, pro جَيَأَ, flectitur ut سَارَ et هَنَأَ, veluti Praeteritum جَآءَتْ, جِئْتَ, جِئْتِ, Futurum يَجِيءُ, Imperativus جِئْ, Par-

ticipium جَاىِءٌ, Infinitivus جَىْءٌ. In Passivo est جِىءَ pro جُيِءَ.

5. Verbum mediae radicalis ى per Kesre, et tertiae hamzatae, quale شَآءَ *voluit* pro شَيِأَ, coniugatur ut هَابَ (§. CLXXXIX. 2. 3.) et هَنَأَ. Est itaque Praeteritum شَآءَتْ, شَآءَ, شِئْتَ, شِئْتِ, Futurum يَشَآءُ. Imperativus شَأْ, Participium شَائِءٌ, Infinitivus شَيْءٌ.

6. Verbum آءَ (pro أَوَأَ) *depsuit corium fructo quodam, cui nomen* آءٌ, quod mediam radicalem quiescentem habet, et simul dupliciter hamzatum est, sequitur regulas permutationis τοῦ Eliph hamzati (§. LXXVIII. seqq.) et Verbi mediae radicalis و. Flectitur itaque

Praeteritum Singul. آءَ, آءَتْ, أُؤْتَ, أُؤْتِ, أُؤْتُ. Dual. آءَا, etc. Plural. آءُوا, أُؤْنَ, أُؤْتُمْ etc.

Futurum Singul. يَأُوءُ, cet. Dual. يَأُوءَانِ cet. Plur. يَأُوءُونَ, يَأُؤْنَ cet.

Imperativus Singul. أُؤْ, أُوئِى, Dual. أُوءَا, Plur. أُوءُوا, أُؤْنَ.

Participium آئِءٌ. Infinitivus أَوْءٌ.

7. a. Verborum tertiae radicalis quiescentis و vel ى simulque hamzatorum, duae sunt classes, quarum prima Verba illa continet, quae primam radicalem habent Eliph hamzatum, et tertiam و vel ى quiescentem, qualia sunt أَتَى *venit*, أَبَى *renuit*, أَدَى *persolvit*. Ea coniugantur ut أَثَرَ et غَزَا, vel رَمَى, vel رَضِىَ. Est itaque

| *Infinit.* | *Partic.* | *Imperat.* | *Futur.* | *Praet.* |
|---|---|---|---|---|
| إِتْىٌ | آتٍ | إِيتِ | يَأْتِى | أَتَى |

Imperativi masc. Sing. est nonnumquam ἀνομαλῶς تِ et تِهْ.

b. Classis secunda Verborum tertiae radicalis و vel ى simulque hamzatorum comprehendit Verba illa, quae secundam radicalem habent Eliph hamzatum, ut نَأَى *recessit*, quod coniugatur sicut سَأَلَ et غَزَا, vel رَضِىَ vel رَمَى, ut Praeteritum sit نَأَى, نَأَتْ, نَأَيْتَ rel. Futurum يَنْأَى, Imperativus إِنْأَ, Participium نَآءٍ, Infinitivus نَأْىٌ.

Fatha penultimae manet in Futuro et Imperativo, quia Eliph est litera gutturalis.

Verbum رَأَى *vidit* ob frequentem usum Hamza abiicit, Vocali eius ad praecedentem reiecta, quoties ر Dschezma habet, ideoque in Futuro et Imperativo Coniugationis primae sic flectitur:

FVTVRVM.

| *Pluralis.* | | *Dualis.* | | *Singularis.* | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| يَرَيْنَ | يَرَوْنَ | تَرَيَانِ | يَرَيَانِ | تَرَى | يَرَى | 3 |
| تَرَيْنَ | تَرَوْنَ | | تَرَيَانِ | تَرَيْنَ | تَرَى | 2 |
| نَرَى | | | | أَرَى | | 1 |

pro يَرْأَى, تَرْأَى etc., sicuti et apud Poëtas interdum, versu id exigente, occurrit.

Futurum antitethicum est in Singulari يَرَى etc., in Duali يَرَيَا, in Plurali يَرَوْا.

Futuri apocopati Singularis est يَرَ, تَرَ, تَرَىْ, أَرَ; Dualis et Pluralis a forma antithetica non discedunt.

IMPERATIVVS.

| *Pluralis.* | | *Dualis.* | *Singularis.* |
|---|---|---|---|
| رَيْنَ | رَوْا | رَيَا | رَىْ رَهْ vel رَ |

Vel cum Nun paragogico:

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| رَيْنَانِّ | رَوُنَّ | رَيَانِّ | رَيِنَّ | رَيَنَّ |

Invenitur tamen haud raro regulariter formatus, ut إِرْآءٌ, إِرْآءَةٌ rel.

*Passivum* أُرِيَ coniugatur ut رُمِيَ. In Futuro potest أ abiici, ut in Activo, ut sit يُرَى pro يُرْأَى.

In tota Coniugatione *quarta* أ excidit, ut itaque sit

PRAETERITVM.

أَرَى أَرَتْ أَرَيْتَ أَرَيْتِ أَرَيْتُ rel.

FVTVRVM.

يُرِي تُرِي تُرِينَ تُرِي أُرِي rel.

IMPERATIVVS.

| *Pluralis.* | *Dualis.* | *Singularis.* |
|---|---|---|
| أَرُوا أَرِينَ | أَرِيَا | أَرِ أَرِي |

Et cum Nun paragogico

| | | |
|---|---|---|
| أَرُنَّ أَرِينَانِّ | أَرِيَانِّ | أَرِيَنَّ أَرِنَّ |

PARTICIPIVM.

| Fem. | Masc. |
|---|---|
| مُرِيَةٌ | مُرٍ |

INFINITIVVS.

إِرَاءٌ aut إِرَاءَةٌ

c. Quin reliqua etiam Verba omnia huius ordinis in Coniugatione quarta أ posse abiicere, doctissimi tradunt Grammatici, ac proinde Verbum نَأَى flecti posse non solum أَنْأَى, يُنْئِي, مُنْءٍ, verum et أَنَى, يُنِي, مُنٍ.

d. Cum ر Dschezma non habet, regulariter coniugatur رَأَى, nec amittit أ, ut

PRAETERITVM.

رَأَيْنَ رَأَيْتِ رَأَيْتَ رَأَتْ رَأَي

PARTICIPIVM.

رَآءٍ رَاءِيَةٌ

INFINITIVVS.

رَأْيٌ

Et sic quoque Participium Passivi est مَرْءِيٌّ ut مَرْمِيٌّ, licet ر habeat Dschezma.

CCXXXII. Secunda Verborum dupliciter imperfectorum classis continet dupliciter quiescentia, quae ab Arabibus dicuntur *involuta* (لَفِيفٌ); suntque duum generum, Separata sive Disiuncta, et Coniuncta. Involutum separatum sive disiunctum (لَفِيفٌ مَفْرُوقٌ) est quod primam et ultimam radicalem و et ي quiescentes habet, ut وَقَى *custodivit* et وَجِيَ *ungulam attritam habuit equus,* quorum illud (mediae radicalis Vocalem habens *Fatha*) coniugatur ut وَعَدَ et رَمَى, hoc vero (mediae radicalis Vocalem habens *Kesre*) ut وَجِلَ et رَضِيَ.

1. Verborum huius generis quae mediam radicalem Vocali Fatha affectam habent, exemplum sit وَقَى, cuius

Praeteritum est وَقَى, وَقَتْ, وَقَيْتَ, وَقَيْتِ rel.

Futurum: يَقِي, تَقِي, أَقِي rel.

Imperativus قِ in reliquis personis resumit ي, adhibita tamen contractione in Singulari et Plurali Masculino; ut

| *Pluralis.* | *Dualis.* | *Singularis.* |
|---|---|---|
| قِينَ قُوا | قِيَا | قِي قِ |

Sic cum Nun paragogico in Singulari masculino قِيَنَّ dicitur. Participium est وَاقٍ. Infinitivus وَقْيٌ.

2. Verborum involutorum disiunctorum, quorum media radicalis per Kesre effertur, exemplum sit وَجِيَ, cuius

Praeteritum est وَجِيَ, وَجِيَتْ, وَجِيتَ, وَجِيتُ rel.

Futurum يَوْجَى, تَوْجَى, أَوْجَى rel.

Imperativus إِيجَ, إِيجَيْ, إِيجَوْا, rel.

Participium وَاجٍ. Infinitivus وَجْيٌ.

CCXXXIII. Genus alterum Verborum Involutorum sive duppliciter imperfectorum, Involutum Coniunctum (لَفِيفٌ مَقْرُونٌ) est, quod secundam et tertiam radicalem quiescentes habet, ut شَوَى *assavit*, قَوِيَ *valuit*, حَيِيَ *vixit*; quae perfecte coniugantur quoad mediam, at imperfecte quoad ultimam radicalem; شَوَى quidem ut رَمَى (§. CCV. p. 117.), قَوِيَ vero et حَيِيَ sicut رَضِيَ. Facit igitur

1. شَوَى ceteras Praeteriti personas شَوَتْ, شَوَيْتَ, شَوَيْتُ etc. Futurum يَشْوِي, تَشْوِي rel. Imperativum إِشْوِ, Participium شَاوٍ. Infinitivum شَيٌّ pro شَوْيٌ, secundum §. CXIII. facit.

2. قَوِيَ est pro قَوِوَ, و ultimo secundum §. XCVIII. ob Kesre praecedens in ى converso, unde desinit ultimam penultimae similem habere, et Surdum (Cap. V.) esse. Praeteritum flectit قَوِيتُ, قَوِيتَ, قَوِيتِ, rel. Futurum يَقْوَى, تَقْوَى, أَقْوَى, rel., Imperativum إِقْوَ, Participium قَاوٍ, Infinitivum قُوَّةٌ pro قُوْوَةٌ, secundum §. XCV.

3. حَيِيَ Praeteritum flectit حَيِيتُ, حَيِيتَ, حَيِيتِ rel. Futurum يَحْيَا, أَحْيَا, تَحْيَا, in Duali يَحْيَيَانِ rel., in Plurali يَحْيَوْنَ rel., Im-

peratívi Singularem إِحْىَ, إِحْيِى, Dualem إِحْيَا, Pluralem إِحْيَيْنَ, إِحْيُوا, Participium حَاىٍ (pro quo tamen usitatius est Adiectivum حَىٌّ *vivus*), Infinitivum حَيْوَةٌ, ut و radicale sua Vocali abiecta quiescat instar Eliph; cf. §. CXV.

4. حَيِىَ est pro حَيِوَ, ultima radicali و conversa in ى secundum §. XCVIII., unde Futurum proprie يَحْيَوُ esse, et pro eo, secundum §. XCI., يَحْيَى dici deberet: sed substituitur ا ex alia regula §. CV., ob ى quod proxime praecedit. Praeterea hoc modo يَحْيَا, Futurum Verbi حَيِىَ, distinguitur a يَحْيَى, nomine proprio.

5. Quum حَيِىَ per conversionem ultimae radicalis و in ى ultimam accipiat penultimae similem; haud raro, more Verbi Surdi (Cap. V.), contractionem patitur, ut tertiae Praeteriti personae (excepta feminina Pluralis), hoc modo flectantur: حَىَّ, حَيَّتْ, حَيَّا, حَيَّتَا, حَيُّوا.

*Nota.* Pro حَيِىَ et حَىَّ nonnulli, Kesra penultimo ad primam reiecto, dicunt حِىَّ.

CCXXXIV. In Coniugationibus derivatis hoc Verborum genus analogiam quiescentium ultima radicali و vel ى sequitur. Sed حَيِىَ in decima Coniugatione ى prius interdum abiicit, Vocali eius ad praecedentem reiecta; dicitur enim

| Infinit. | Particip. | Imper. | Futur. | Praeter. |
|---|---|---|---|---|
| إِسْتِحْيَاءٌ | مُسْتَحْيٍ | إِسْتَحْيِ | يَسْتَحْيِى | إِسْتَحْيَا |
| | | et | | |
| إِسْتِحَاءٌ | مُسْتَحٍ | إِسْتَحِ | يَسْتَحِى | إِسْتَحَى |

# CAPVT VNDECIMVM.

## DE VERBO TRIPLICITER IMPERFECTO.

CCXXXV. 1. Verborum tripliciter imperfectorum Classes sunt duae, quarum prima ea continet, quae primam radicalem habent Eliph hamzatum, duas reliquas vero و et ى, ut أَوَى *se recepit in locum aliquem.* Haec Verba coniugantur ut أَثَرَ (Cap. VI.) et شَوَى (§. CCXXXIII. 1.). Est igitur

Praeteritum أَوَى, أَوَتْ, أَوَيْتَ, أَوَيْتُ rel.; Futur. يَأْوِى, تَأْوِى etc.; Imperativus اِيوِ, اِيوِى rel.; Participium آوٍ, Infinitivus أَوْىٌ, إِوِىٌّ, إِىٌّ.

2. Classis altera comprehendit ea Verba, quae mediam radicalem habent Eliph hamzatum, duas reliquas و et ى, ut وَأَى *promisit*, quod ut سَأَلَ (Cap. VI. §. CLXXVI. 1.) et وَقَى (§. CXXXII, 1.) inflectitur.

PRAETERITVM.

| *Pluralis.* | *Dualis.* | *Singularis.* |
|---|---|---|
| وَأَيْنَ وَأَوْا | وَأَتَا وَأَيَا | وَأَتْ وَأَى |
| وَأَيْتُنَّ وَأَيْتُمْ | وَأَيْتُمَا | وَأَيْتِ وَأَيْتَ |
| وَأَيْنَا | | وَأَيْتُ |

FVTVRVM.

| *Pluralis.* | *Dualis.* | *Singularis.* |
|---|---|---|
| يَئِينَ يَأُونَ | يَئِيَانِ تَئِيَانِ | تَئِى يَئِى |
| تَئِينَ تَأُونَ | تَئِيَانِ | تَئِينَ تَئِى |
| نَئِى | | أَئِى |

FVTVRVM APOCOPATVM.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| يَايِنَ | يَأْوُ | تَايَا | يَايَا | تَاءِ | يَاءِ |
| تَايِنَ | تَأْوُ | تَايَا | | تَايِ | تَاءِ |
| نَاءِ | | | | أَاءِ | |

IMPERATIVVS.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| إِينَ | أُوا | إِيَا | إِي | إِءِهْ |

PARTICIPIVM.

وَاءِ

INFINITIVVS.

وَأْيٌ

---

# CAPVT DVODECIMVM.
## DE VERBO NEGANDI, NEC NON DE VERBIS LAVDANDI, VITVPERANDI ET ADMIRANDI.

CCXXXVI. Verbum negandi لَيْسَ *non fuit*, vel *non est*, e لَا *non* et أَيْسَ *est*, *existit*, uti videtur, conflatum, habet tantum Praeteritum, quod flectitur ad modum Verbi secundae radicalis يِ.

| *Pluralis.* | | *Dualis.* | | *Singularis.* | |
|---|---|---|---|---|---|
| لَسْنَ | لَيْسُوا | لَيْسَتَا | لَيْسَا | لَيْسَتْ | لَيْسَ |
| لَسْتُنَّ | لَسْتُمْ | لَسْتُمَا | | لَسْتِ | لَسْتَ |
| لَسْنَا | | | | لَسْتُ | |

CCXXXVII. Verba quae Arabibus أَفْعَالُ ٱلْمَدْحِ وَٱلذَّمِّ *verba laudis et vituperii* dicuntur, a ratione, qua cetera Verba coniugantur, plane recedunt. Sunt illa نِعْمَ (pro quo et نِعِمَ, نَعِمَ, et نَعْمَ dicitur) *bene habet*, et بِئْسَ *malus est.* Possis illa pro Verbis *exclamandi* habere. Recipiunt terminationem femininam, diciturque نِعْمَتْ et بِئْسَتْ, nec non, etsi rarissime, in Duali نِعْمَا et in Plurali نِعْمُوا. Quibus accenseri potest vox حَبَّذَا *euge! bene habet ille* vel *illa*, composita e حَبَّ *amavit* et ذَا *hic*, quae nullum alium flexum admittit.

CCXXXVIII. *Verba admirationis*, أَفْعَالُ ٱلتَّعَجُّبِ, non coniugantur, suntque potius *admirandi* formulae, quam quae nos Verba dicere solemus. Duplicis sunt speciei; una (formâ مَا أَفْعَلَ), qua tertia Masculina Praeteriti Coniugationis quartae (أَفْعَلَ) adhibetur, praecedente particula مَا *quam!* et sequente Accusativo, ut مَا أَفْضَلَ زَيْدًا *quam praestans est Zeidus!* altera, qua secunda Masculina Imperativi Coniugationis quartae (أَفْعِلْ) usurpatur, sequente praepositione بِ, ut أَفْضِلْ بِزَيْدٍ, de quibus loquendi formulis plura in Syntaxi.

# LIBRI SECVNDI
# APPENDIX

---

## PARADIGMATA

*Verborum Perfecti et Imperfectorum*

*exhibens.*

## *Schema Temporum per omnes in Activo.*

| *Infinit.* | *Partic.* | *Imperat.* | *Fut.* | *Praeter.* | Coniug. |
|---|---|---|---|---|---|
| قَبْلٌ | قَابِلٌ | أُقْبِلْ | يَقْبِلُ | قَبَلَ | I |
| تَقْبِيلٌ | مُقَبِّلٌ | قَبِّلْ | يُقَبِّلُ | قَبَّلَ | II |
| مُقَابَلَةٌ | مُقَابِلٌ | قَابِلْ | يُقَابِلُ | قَابَلَ | III |
| إِقْبَالٌ | مُقْبِلٌ | أَقْبِلْ | يُقْبِلُ | أَقْبَلَ | IV |
| تَقَبُّلٌ | مُتَقَبِّلٌ | تَقَبَّلْ | يَتَقَبَّلُ | تَقَبَّلَ | V |
| تَقَابُلٌ | مُتَقَابِلٌ | تَقَابَلْ | يَتَقَابَلُ | تَقَابَلَ | VI |
| إِنْقِبَالٌ | مُنْقَبِلٌ | إِنْقَبِلْ | يَنْقَبِلُ | إِنْقَبَلَ | VII |
| إِقْتِبَالٌ | مُقْتَبِلٌ | إِقْتَبِلْ | يَقْتَبِلُ | إِقْتَبَلَ | VIII |
| إِقْبِلَالٌ | مُقْبَلٌّ | إِقْبَلِلْ | يَقْبَلُّ | إِقْبَلَّ | IX |
| إِسْتِقْبَالٌ | مُسْتَقْبِلٌ | إِسْتَقْبِلْ | يَسْتَقْبِلُ | إِسْتَقْبَلَ | X |
| إِقْبِيلَالٌ | مُقْبَالٌّ | إِقْبَالِلْ | يَقْبَالُّ | إِقْبَالَّ | XI |
| إِقْبِيبَالٌ | مُقْبَوْبِلٌ | إِقْبَوْبِلْ | يَقْبَوْبِلُ | إِقْبَوْبَلَ | XII |
| إِقْبِوَّالٌ | مُقْبَوِّلٌ | إِقْبَوِّلْ | يَقْبَوِّلُ | إِقْبَوَّلَ | XIII |

## *Coniugationes in Verbo Perfecto.*

### *in Passivo.*

| *Particip.* | *Futur.* | *Praeter.* | Coniug. |
|---|---|---|---|
| مَقْبُولٌ | يُقْبَلُ | قُبِلَ | I |
| مُقَبَّلٌ | يُقَبَّلُ | قُبِّلَ | II |
| مُقَابَلٌ | يُقَابَلُ | قُوبِلَ | III |
| مُقْبَلٌ | يُقْبَلُ | أُقْبِلَ | IV |
| مُتَقَبَّلٌ | يُتَقَبَّلُ | تُقُبِّلَ | V |
| مُتَقَابَلٌ | يُتَقَابَلُ | تُقُوبِلَ | VI |
| مُنْقَبَلٌ | يُنْقَبَلُ | أُنْقُبِلَ | VII |
| مُقْتَبَلٌ | يُقْتَبَلُ | أُقْتُبِلَ | VIII |
| مُسْتَقْبَلٌ | يُسْتَقْبَلُ | أُسْتُقْبِلَ | X |
| مُقْبَوْبَلٌ | يُقْبَوْبَلُ | أُقْبُوبِلَ | XII |
| مُقْبَوَّلٌ | يُقْبَوَّلُ | أُقْبُوِّلَ | XIII |

## *Schema Praeteriti Coniug.* I. *in Activo*

### *Singularis.*

| 1 Pers. | 2 Pers. | | 3 Pers. | |
|---|---|---|---|---|
| Comm. | | Masc. | Femin. | Masc. |
| قَبَلْتُ | قَبَلْتِ | قَبَلْتَ | قَبَلَتْ | قَبَلَ |
| رَقَقْتُ | رَقَقْتِ | رَقَقْتَ | رَقَّتْ | رَقَّ |
| أَكَلْتُ | أَكَلْتِ | أَكَلْتَ | أَكَلَتْ | أَكَلَ |
| بَأَسْتُ | بَأَسْتِ | بَأَسْتَ | بَأَسَتْ | بَأَسَ |
| هَنَأْتُ | هَنَأْتِ | هَنَأْتَ | هَنَأَتْ | هَنَأَ |
| وَرَثْتُ | وَرَثْتِ | وَرَثْتَ | وَرَثَتْ | وَرَثَ |
| يَسَرْتُ | يَسَرْتِ | يَسَرْتَ | يَسَرَتْ | يَسَرَ |
| قُلْتُ | قُلْتِ | قُلْتَ | قَالَتْ | قَالَ |
| سِرْتُ | سِرْتِ | سِرْتَ | سَارَتْ | سَارَ |
| غَزَوْتُ | غَزَوْتِ | غَزَوْتَ | غَزَتْ | غَزَا |
| رَمَيْتُ | رَمَيْتِ | رَمَيْتَ | رَمَتْ | رَمَى |

## *per omnis generis Verba*

### *Pluralis.*

| 1 Pers. Comm. | 2 Pers. Femin. | 2 Pers. Masc. | 3 Pers. Femin. | 3 Pers. Masc. |
|---|---|---|---|---|
| قَبَلْنَا | قَبَلْتُنَّ | قَبَلْتُمْ | قَبَلْنَ | قَبَلُوا |
| رَقَقْنَا | رَقَقْتُنَّ | رَقَقْتُمْ | رَقَقْنَ | رَقُّوا |
| أَكَلْنَا | أَكَلْتُنَّ | أَكَلْتُمْ | أَكَلْنَ | أَكَلُوا |
| بَأَسْنَا | بَأَسْتُنَّ | بَأَسْتُمْ | بَأَسْنَ | بَأَسُوا |
| هَنَأْنَا | هَنَأْتُنَّ | هَنَأْتُمْ | هَنَأْنَ | هَنَأُوا |
| وَرَثْنَا | وَرَثْتُنَّ | وَرَثْتُمْ | وَرَثْنَ | وَرَثُوا |
| يَسَرْنَا | يَسَرْتُنَّ | يَسَرْتُمْ | يَسَرْنَ | يَسَرُوا |
| قُلْنَا | قُلْتُنَّ | قُلْتُمْ | قُلْنَ | قَالُوا |
| سِرْنَا | سِرْتُنَّ | سِرْتُمْ | سِرْنَ | سَارُوا |
| غَزَوْنَا | غَزَوْتُنَّ | غَزَوْتُمْ | غَزَوْنَ | غَزَوْا |
| رَمَيْنَا | رَمَيْتُنَّ | رَمَيْتُمْ | رَمَيْنَ | رَمَوْا |

## *Schema Praeteriti Coniug.* I. *in Activo.*

*Dualis.*

| 2 Pers. | 3 Pers. | |
|---|---|---|
| Comm. | Femin. | Masc. |
| قَبَلْتُمَا | قَبَلَتَا | قَبَلَا |
| رَقَقْتُمَا | رَقَّتَا | رَقَّا |
| أَكَلْتُمَا | أَكَلَتَا | أَكَلَا |
| بَأَسْتُمَا | بَأَسَتَا | بَأَسَا |
| هَنَأْتُمَا | هَنَأَتَا | هَنَأَا |
| وَرَثْتُمَا | وَرَثَتَا | وَرَثَا |
| يَسَرْتُمَا | يَسَرَتَا | يَسَرَا |
| قُلْتُمَا | قَالَتَا | قَالَا |
| سِرْتُمَا | سَارَتَا | سَارَا |
| غَزَوْتُمَا | غَزَتَا | غَزَوَا |
| رَمَيْتُمَا | رَمَتَا | رَمَيَا |

## *Schema Futuri Coniug.* I. *in Activo.*

*Singularis.*

| 1 Pers. | 2 Pers. | | 3 Pers. | |
|---|---|---|---|---|
| Comm. | Femin. | Masc. | Femin. | Masc. |
| أَقْبَلُ | تَقْبَلِينَ | تَقْبَلُ | تَقْبَلُ | يَقْبَلُ |
| أَرُقُّ | تَرُقِّينَ | تَرُقُّ | تَرُقُّ | يَرُقُّ |
| آكُلُ | تَأْكُلِينَ | تَأْكُلُ | تَأْكُلُ | يَأْكُلُ |
| أَبْأَسُ | تَبْأَسِينَ | تَبْأَسُ | تَبْأَسُ | يَبْأَسُ |
| أَهْنَؤُ | تَهْنَئِينَ | تَهْنَؤُ | تَهْنَؤُ | يَهْنَؤُ |
| أَرِثُ | تَرِثِينَ | تَرِثُ | تَرِثُ | يَرِثُ |
| أَيْسِرُ | تَيْسِرِينَ | تَيْسِرُ | تَيْسِرُ | يَيْسِرُ |
| أَقُولُ | تَقُولِينَ | تَقُولُ | تَقُولُ | يَقُولُ |
| أَسِيرُ | تَسِيرِينَ | تَسِيرُ | تَسِيرُ | يَسِيرُ |
| أَغْزُو | تَغْزِينَ | تَغْزُو | تَغْزُو | يَغْزُو |
| أَرْمِي | تَرْمِينَ | تَرْمِي | تَرْمِي | يَرْمِي |

## *Schema Futuri Coniug.* I. *in Activo.*

### *Pluralis.*

| 1 Pers. | 2 Pers. | | 3 Pers. | |
|---|---|---|---|---|
| Comm. | Femin. | Masc. | Femin. | Masc. |
| نَقْبَلُ | تَقْبَلْنَ | تَقْبَلُونَ | يَقْبَلْنَ | يَقْبَلُونَ |
| نَرُقُّ | تَرْقُقْنَ | تَرُقُّونَ | يَرْقُقْنَ | يَرُقُّونَ |
| نَأْكُلُ | تَأْكُلْنَ | تَأْكُلُونَ | يَأْكُلْنَ | يَأْكُلُونَ |
| نَبْأَسُ | تَبْأَسْنَ | تَبْأَسُونَ | يَبْأَسْنَ | يَبْأَسُونَ |
| نَهْنَؤُ | تَهْنَأْنَ | تَهْنَؤُنَ | يَهْنَأْنَ | يَهْنَؤُنَ |
| نَرِثُ | تَرِثْنَ | تَرِثُونَ | يَرِثْنَ | يَرِثُونَ |
| نَيْسِرُ | تَيْسِرْنَ | تَيْسِرُونَ | يَيْسِرْنَ | يَيْسِرُونَ |
| نَقُولُ | تَقُلْنَ | تَقُولُونَ | يَقُلْنَ | يَقُولُونَ |
| نَسِيرُ | تَسِرْنَ | تَسِيرُونَ | يَسِرْنَ | يَسِيرُونَ |
| نَغْزُو | تَغْزُونَ | تَغْزُونَ | يَغْزُونَ | يَغْزُونَ |
| نَرْمِي | تَرْمِينَ | تَرْمُونَ | يَرْمِينَ | يَرْمُونَ |

## *Schema Futuri Coniugat.* I. *in Activo.*

### *Dualis.*

| 2 Pers. | 3 Pers. | |
|---|---|---|
| Comm. | Femin. | Masc. |
| تَقْبَلَانِ | تَقْبَلَانِ | يَقْبَلَانِ |
| تَرُقَّانِ | تَرُقَّانِ | يَرُقَّانِ |
| تَأْكُلَانِ | تَأْكُلَانِ | يَأْكُلَانِ |
| تَبْأَسَانِ | تَبْأَسَانِ | يَبْأَسَانِ |
| تَهْنَأَانِ | تَهْنَأَانِ | يَهْنَأَانِ |
| تَرِثَانِ | تَرِثَانِ | يَرِثَانِ |
| تَيْسِرَانِ | تَيْسِرَانِ | يَيْسِرَانِ |
| تَقُولَانِ | تَقُولَانِ | يَقُولَانِ |
| تَسِيرَانِ | تَسِيرَانِ | يَسِيرَانِ |
| تَغْزُوَانِ | تَغْزُوَانِ | يَغْزُوَانِ |
| تَرْمِيَانِ | تَرْمِيَانِ | يَرْمِيَانِ |

## *Schema Imperativi Coniug. I. in Activo.*

| *Dualis.* | *Pluralis.* | | *Singularis.* | |
|---|---|---|---|---|
| Comm. | Femin. | Masc. | Femin. | Masc. |
| أُقْبُلَا | أُقْبُلْنَ | أُقْبُلُوا | أُقْبُلِى | أُقْبُلْ |
| إِرْقِقَا | إِرْقِقْنَ | إِرْقِقُوا | إِرْقِقِى | إِرْقِقْ |
| رِقَّا | إِرْقِقْنَ | رِقُّوا | رِقِّى | رِقِّ |
| كُلَا | كُلْنَ | كُلُوا | كُلِى | كُلْ |
| إِبْأَسَا | إِبْأَسْنَ | إِبْأَسُوا | إِبْأَسِى | إِبْأَسْ |
| إِهْنَأَا | إِهْنَأْنَ | إِهْنَأُوا | إِهْنَئِى | إِهْنَأْ |
| رِثَا | رِثْنَ | رِثُوا | رِثِى | رِثْ |
| إِيسِرَا | إِيسِرْنَ | إِيسِرُوا | إِيسِرِى | إِيسِرْ |
| قُولَا | قُلْنَ | قُولُوا | قُولِى | قُلْ |
| سِيرَا | سِرْنَ | سِيرُوا | سِيرِى | سِرْ |
| أُغْزُوَا | أُغْزُونَ | أُغْزُوا | أُغْزِى | أُغْزُ |
| إِرْمِيَا | إِرْمِينَ | إِرْمُوا | إِرْمِى | إِرْمِ |

## *Infinitivus et Participium Coniug.* I.

| *Participium Singular.* | | *Infinitivus* |
|---|---|---|
| Femin. | Masc. | |
| قَابِلَةٌ | قَابِلٌ | قَبْلٌ |
| رَاقَّةٌ | رَاقٌّ | رَقٌّ |
| آكِلَةٌ | آكِلٌ | أَكْلٌ |
| بَائِسَةٌ | بَائِسٌ | بَأْسٌ |
| هَانِئَةٌ | هَانِئٌ | هَنْءٌ |
| وَارِثَةٌ | وَارِثٌ | وَرْثٌ et رِثَةٌ |
| يَاسِرَةٌ | يَاسِرٌ | يَسْرٌ |
| قَائِلَةٌ | قَائِلٌ | قَوْلٌ |
| سَائِرَةٌ | سَائِرٌ | سَيْرٌ |
| غَازِيَةٌ | غَازٍ | غَزْوٌ |
| رَامِيَةٌ | رَامٍ | رَمْيٌ |

## *Schema Praeteriti Passivi Coniug.* I.

### *Singularis.*

| 1 Pers. | 2 Pers. | | 3 Pers. | |
|---|---|---|---|---|
| Comm. | Femin. | Masc. | Femin. | Masc. |
| قُبِلْتُ | قُبِلْتِ | قُبِلْتَ | قُبِلَتْ | قُبِلَ |
| رُقِقْتُ | رُقِقْتِ | رُقِقْتَ | رُقَّتْ | رُقَّ |
| أُكِلْتُ | أُكِلْتِ | أُكِلْتَ | أُكِلَتْ | أُكِلَ |
| بُئِسْتُ | بُئِسْتِ | بُئِسْتَ | بُئِسَتْ | بُئِسَ |
| هُنِئْتُ | هُنِئْتِ | هُنِئْتَ | هُنِئَتْ | هُنِئَ |
| وُرِثْتُ | وُرِثْتِ | وُرِثْتَ | وُرِثَتْ | وُرِثَ |
| يُسِرْتُ | يُسِرْتِ | يُسِرْتَ | يُسِرَتْ | يُسِرَ |
| قِلْتُ | قِلْتِ | قِلْتَ | قِيلَتْ | قِيلَ |
| سِرْتُ | سِرْتِ | سِرْتَ | سِيرَتْ | سِيرَ |
| غُزِيتُ | غُزِيتِ | غُزِيتَ | غُزِيَتْ | غُزِيَ |
| رُمِيتُ | رُمِيتِ | رُمِيتَ | رُمِيَتْ | رُمِيَ |

## *Schema Praeteriti Passivi Coniug.* I.

### *Pluralis.*

| 1 Pers. | 2 Pers. | | 3 Pers. | |
|---|---|---|---|---|
| Comm. | Femin. | Masc. | Femin. | Masc. |
| قُبِلْنَا | قُبِلْتُنَّ | قُبِلْتُمْ | قُبِلْنَ | قُبِلُوا |
| رُقِقْنَا | رُقِقْتُنَّ | رُقِقْتُمْ | رُقِقْنَ | رُقُّوا |
| أُكِلْنَا | أُكِلْتُنَّ | أُكِلْتُمْ | أُكِلْنَ | أُكِلُوا |
| بُيِسْنَا | بُيِسْتُنَّ | بُيِسْتُمْ | بُيِسْنَ | بُيِسُوا |
| هُنِئْنَا | هُنِئْتُنَّ | هُنِئْتُمْ | هُنِئْنَ | هُنِئُوا |
| وُرِثْنَا | وُرِثْتُنَّ | وُرِثْتُمْ | وُرِثْنَ | وُرِثُوا |
| يُسِرْنَا | يُسِرْتُنَّ | يُسِرْتُمْ | يُسِرْنَ | يُسِرُوا |
| قِلْنَا | قِلْتُنَّ | قِلْتُمْ | قِلْنَ | قِيلُوا |
| سِرْنَا | سِرْتُنَّ | سِرْتُمْ | سِرْنَ | سِيرُوا |
| غُزِينَا | غُزِيتُنَّ | غُزِيتُمْ | غُزِينَ | غُزِيُوا |
| رُمِينَا | رُمِيتُنَّ | رُمِيتُمْ | رُمِينَ | رُمِيُوا |

## *Schema Praeteriti Passivi Coniug.* I.

### *Dualis.*

| 2 Pers. | | 3 Pers. |
|---|---|---|
| Comm. | Femin. | Masc. |
| قُتِلْتُمَا | قُتِلَتَا | قُتِلَا |
| رُقِقْتُمَا | رُقَّتَا | رُقَّا |
| أُكِلْتُمَا | أُكِلَتَا | أُكِلَا |
| بُئِسْتُمَا | بُئِسَتَا | بُئِسَا |
| هُنِئْتُمَا | هُنِئَتَا | هُنِئَا |
| وُرِثْتُمَا | وُرِثَتَا | وُرِثَا |
| يُسِرْتُمَا | يُسِرَتَا | يُسِرَا |
| قِلْتُمَا | قِيلَتَا | قِيلَا |
| سِرْتُمَا | سِيرَتَا | سِيرَا |
| غُزِيتُمَا | غُزِيَتَا | غُزِيَا |
| رُمِيتُمَا | رُمِيَتَا | رُمِيَا |

## *Schema Futuri Passivi Coniug.* I.

### *Singularis.*

| 1 Pers. | 2 Pers. | | 3 Pers. | |
|---|---|---|---|---|
| Comm. | Femin. | Masc. | Femin. | Masc. |
| أُقْبَلُ | تُقْبَلِينَ | تُقْبَلُ | تُقْبَلُ | يُقْبَلُ |
| أُرَقُّ | تُرَقِّينَ | تُرَقُّ | تُرَقُّ | يُرَقُّ |
| أُؤْكَلُ | تُؤْكَلِينَ | تُؤْكَلُ | تُؤْكَلُ | يُؤْكَلُ |
| أُبْأَسُ | تُبْأَسِينَ | تُبْأَسُ | تُبْأَسُ | يُبْأَسُ |
| أُهْنَؤُ | تُهْنَئِينَ | تُهْنَؤُ | تُهْنَؤُ | يُهْنَؤُ |
| أُورَثُ | تُورَثِينَ | تُورَثُ | تُورَثُ | يُورَثُ |
| أُوسَرُ | تُوسَرِينَ | تُوسَرُ | تُوسَرُ | يُوسَرُ |
| أُقَالُ | تُقَالِينَ | تُقَالُ | تُقَالُ | يُقَالُ |
| أُسَارُ | تُسَارِينَ | تُسَارُ | تُسَارُ | يُسَارُ |
| أُغْزَى | تُغْزَيْنَ | تُغْزَى | تُغْزَى | يُغْزَى |
| أُرْمَى | تُرْمَيْنَ | تُرْمَى | تُرْمَى | يُرْمَى |

## *Schema Futuri Passivi Coniug.* I.

### *Pluralis.*

| 1 Pers. | 2 Pers. | | 3 Pers. | |
|---|---|---|---|---|
| Comm. | Femin. | Masc. | Femin. | Masc. |
| نُقْبَلُ | تُقْبَلْنَ | تُقْبَلُونَ | يُقْبَلْنَ | يُقْبَلُونَ |
| نُرَقُّ | تُرْقَقْنَ | تُرَتُّونَ | يُرْقَقْنَ | يُرَقُّونَ |
| نُؤْكَلُ | تُؤْكَلْنَ | تُؤْكَلُونَ | يُؤْكَلْنَ | يُؤْكَلُونَ |
| نُبْأَسُ | تُبْأَسْنَ | تُبْأَسُونَ | يُبْأَسْنَ | يُبْأَسُونَ |
| نُهْنَأُ | تُهْنَأْنَ | تُهْنَؤُونَ | يُهْنَأْنَ | يُهْنَؤُونَ |
| نُورَثُ | تُورَثْنَ | تُورَثُونَ | يُورَثْنَ | يُورَثُونَ |
| نُوسَرُ | تُوسَرْنَ | تُوسَرُونَ | يُوسَرْنَ | يُوسَرُونَ |
| نُقَالُ | تُقَلْنَ | تُقَالُونَ | يُقَلْنَ | يُقَالُونَ |
| نُسَارُ | تُسَرْنَ | تُسَارُونَ | يُسَرْنَ | يُسَارُونَ |
| نُغْزَى | تُغْزَيْنَ | تُغْزَوْنَ | يُغْزَيْنَ | يُغْزَوْنَ |
| نُرْمَى | تُرْمَيْنَ | تُرْمَوْنَ | يُرْمَيْنَ | يُرْمَوْنَ |

## *Schema Futuri Passivi Coniug.* I.

*Dualis.*

| Partic. Passivi | 2 Pers. | 3 Pers. | |
|---|---|---|---|
| Coniug. I. | Comm. | Femin. | Masc. |
| مَقْبُولٌ | تُقْبَلَانِ | تُقْبَلَانِ | يُقْبَلَانِ |
| مَرْقُوقٌ | تُرَقَّانِ | تُرَقَّانِ | يُرَقَّانِ |
| مَأْكُولٌ | تُؤْكَلَانِ | تُؤْكَلَانِ | يُؤْكَلَانِ |
| مَبْؤُوسٌ | تُبْأَسَانِ | تُبْأَسَانِ | يُبْأَسَانِ |
| مَهْنُوءٌ | تُهْنَأَانِ | تُهْنَآنِ | يُهْنَأَانِ |
| مَوْرُوثٌ | تُورَثَانِ | تُورَثَانِ | يُورَثَانِ |
| مَيْسُورٌ | تُوسَرَانِ | تُوسَرَانِ | يُوسَرَانِ |
| مَقُولٌ | تُقَالَانِ | تُقَالَانِ | يُقَالَانِ |
| مَسِيرٌ | تُسَارَانِ | تُسَارَانِ | يُسَارَانِ |
| مَغْزُوٌّ | تُغْزَوَانِ | تُغْزَوَانِ | يُغْزَوَانِ |
| مَرْمِيٌّ | تُرْمَيَانِ | تُرْمَيَانِ | يُرْمَيَانِ |

## *Schema Praeteriti Coniugat.* VIII. *in Activo.*

*Singularis.*

| 1 Pers. | 2 Pers. | | 3 Pers. | |
|---|---|---|---|---|
| Comm. | Femin. | Masc. | Femin. | Masc. |
| إِقْتَبَلْتُ | إِقْتَبَلْتِ | إِقْتَبَلْتَ | إِقْتَبَلَتْ | إِقْتَبَلَ |
| إِرْتَقَقْتُ | إِرْتَقَقْتِ | إِرْتَقَقْتَ | إِرْتَقَّتْ | إِرْتَقَّ |
| إِئْتَكَلْتُ | إِئْتَكَلْتِ | إِئْتَكَلْتَ | إِئْتَكَلَتْ | إِئْتَكَلَ |
| اِبْتَأَسْتُ | إِبْتَأَسْتِ | إِبْتَأَسْتَ | إِبْتَأَسَتْ | إِبْتَأَسَ |
| إِهْتَنَأْتُ | إِهْتَنَأْتِ | إِهْتَنَأْتَ | إِهْتَنَأَتْ | إِهْتَنَأَ |
| إِتَّرَثْتُ | إِتَّرَثْتِ | إِتَّرَثْتَ | إِتَّرَثَتْ | إِتَّرَثَ |
| إِتَّسَرْتُ | إِتَّسَرْتِ | إِتَّسَرْتَ | إِتَّسَرَتْ | إِتَّسَرَ |
| إِقْتَلْتُ | إِقْتَلْتِ | إِقْتُلْتَ | إِقْتَالَتْ | إِقْتَالَ |
| إِسْتِرْتُ | إِسْتِرْتِ | إِسْتِرْتَ | إِسْتَارَتْ | إِسْتَارَ |
| إِغْتَزَيْتُ | إِغْتَزَيْتِ | إِغْتَزَيْتَ | إِغْتَزَتْ | إِغْتَزَى |
| إِرْتَمَيْتُ | إِرْتَمَيْتِ | إِرْتَمَيْتَ | ارْتَمَتْ | إِرْتَمَى |

## *Schema Praeteriti Coniug.* VIII. *in Activo.*

### *Pluralis.*

| 1 Pers. | 2 Pers. | | 3 Pers. | |
|---|---|---|---|---|
| Comm. | Femin. | Masc. | Femin. | Masc. |
| اِقْتَبَلْنَا | اِقْتَبَلْتُنَّ | اِقْتَبَلْتُمْ | اِقْتَبَلْنَ | اِقْتَبَلُوا |
| اِرْتَقَقْنَا | اِرْتَقَقْتُنَّ | اِرْتَقَقْتُمْ | اِرْتَقَقْنَ | اِرْتَقُّوا |
| اِئْتَكَلْنَا | اِئْتَكَلْتُنَّ | اِئْتَكَلْتُمْ | اِئْتَكَلْنَ | اِئْتَكَلُوا |
| اِبْتَأَسْنَا | اِبْتَأَسْتُنَّ | اِبْتَأَسْتُمْ | اِبْتَأَسْنَ | اِبْتَأَسُوا |
| اِهْتَنَأْنَا | اِهْتَنَأْتُنَّ | اِهْتَنَأْتُمْ | اِهْتَنَأْنَ | اِهْتَنَؤُوا |
| اِتَّرَثْنَا | اِتَّرَثْتُنَّ | اِتَّرَثْتُمْ | اِتَّرَثْنَ | اِتَّرَثُوا |
| اِتَّسَرْنَا | اِتَّسَرْتُنَّ | اِتَّسَرْتُمْ | اِتَّسَرْنَ | اِتَّسَرُوا |
| اِقْتَلْنَا | اِقْتَلْتُنَّ | اِقْتَلْتُمْ | اِقْتَلْنَ | اِقْتَالُوا |
| اِسْتَرْنَا | اِسْتَرْتُنَّ | اِسْتَرْتُمْ | اِسْتَرْنَ | اِسْتَارُوا |
| اِغْتَزَيْنَا | اِغْتَزَيْتُنَّ | اِغْتَزَيْتُمْ | اِغْتَزَوْنَ | اِغْتَزَوْا |
| اِرْتَمَيْنَا | اِرْتَمَيْتُنَّ | اِرْتَمَيْتُمْ | اِرْتَمَيْنَ | اِرْتَمَوْا |

## *Schema Praeteriti Coniug.* VIII. *in Activo.*

### *Dualis.*

| 2 Pers. | 3 Pers. | |
|---|---|---|
| Comm. | Femin. | Masc. |
| اِقْتَبَلْتُمَا | اِقْتَبَلَتَا | اِقْتَبَلَا |
| اِرْتَقَقْتُمَا | اِرْتَقَّتَا | اِرْتَقَّا |
| اِيتَكَلْتُمَا | اِئْتَكَلَتَا | اِئْتَكَلَا |
| اِبْتَأَسْتُمَا | اِبْتَأَسَتَا | اِبْتَأَسَا |
| اِهْتَنَأْتُمَا | اِهْتَنَأَتَا | اِهْتَنَأَا |
| اِتَّرَثْتُمَا | اِتَّرَثَتَا | اِتَّرَثَا |
| اِتَّسَرْتُمَا | اِتَّسَرَتَا | اِتَّسَرَا |
| اِقْتَلْتُمَا | اِقْتَالَتَا | اِقْتَالَا |
| اِسْتِرْتُمَا | اِسْتَارَتَا | اِسْتَارَا |
| اِغْتَزَيْتُمَا | اِغْتَزَتَا | اِغْتَزَيَا |
| اِرْتَمَيْتُمَا | اِرْتَمَتَا | اِرْتَمَيَا |

## *Schema Futuri Coniug.* VIII. *in Activo.*

*Singularis.*

| 1 Pers. | 2 Pers. | | 3 Pers. | |
|---|---|---|---|---|
| Comm. | Femin. | Masc. | Femin. | Masc. |
| أَقْتَبِلُ | تَقْتَبِلِينَ | تَقْتَبِلُ | تَقْتَبِلُ | يَقْتَبِلُ |
| أَرْتَقُّ | تَرْتَقِّينَ | تَرْتَقُّ | تَرْتَقُّ | يَرْتَقُّ |
| آتَكِلُ | تَأْتَكِلِينَ | تَأْتَكِلُ | تَأْتَكِلُ | يَأْتَكِلُ |
| أَبْتَيِسُ | تَبْتَيِسِينَ | تَبْتَيِسُ | تَبْتَيِسُ | يَبْتَيِسُ |
| أَهْتَنِئُ | تَهْتَنِئِينَ | تَهْتَنِئُ | تَهْتَنِئُ | يَهْتَنِئُ |
| أَتَّرِثُ | تَتَّرِثِينَ | تَتَّرِثُ | تَتَّرِثُ | يَتَّرِثُ |
| أَتَّسِرُ | تَتَّسِرِينَ | تَتَّسِرُ | تَتَّسِرُ | يَتَّسِرُ |
| أَقْتَالُ | تَقْتَالِينَ | تَقْتَالُ | تَقْتَالُ | يَقْتَالُ |
| أَسْتَارُ | تَسْتَارِينَ | تَسْتَارُ | تَسْتَارُ | يَسْتَارُ |
| أَغْتَزِى | تَغْتَزِينَ | تَغْتَزِى | تَغْتَزِى | يَغْتَزِى |
| أَرْتَمِى | تَرْتَمِينَ | تَرْتَمِى | تَرْتَمِى | يَرْتَمِى |

## *Schema Futuri Coniug.* VIII. *in Activo.*

*Pluralis.*

| 1 Pers. Comm. | 2 Pers. Femin. | 2 Pers. Masc. | 3 Pers. Femin. | 3 Pers. Masc. |
|---|---|---|---|---|
| تَقْتَبِلُ | تَقْتَبِلْنَ | تَقْتَبِلُونَ | يَقْتَبِلْنَ | يَقْتَبِلُونَ |
| نَرْتَقُّ | تَرْتَقِقْنَ | تَرْتَقُّونَ | يَرْتَقِقْنَ | يَرْتَقُّونَ |
| نَأْتَكِلُ | تَأْتَكِلْنَ | تَأْتَكِلُونَ | يَأْتَكِلْنَ | يَأْتَكِلُونَ |
| نَبْتَئِسُ | تَبْتَئِسْنَ | تَبْتَئِسُونَ | يَبْتَأِسْنَ | يَبْتَأِسُونَ |
| نَهْتَنِئُ | تَهْتَنِئْنَ | تَهْتَنِئُونَ | يَهْتَنِئْنَ | يَهْتَنِئُونَ |
| نَتَّرِثُ | تَتَّرِثْنَ | تَتَّرِثُونَ | يَتَّرِثْنَ | يَتَّرِثُونَ |
| نَتَّسِرُ | تَتَّسِرْنَ | تَتَّسِرُونَ | يَتَّسِرْنَ | يَتَّسِرُونَ |
| نَقْتَالُ | تَقْتَلْنَ | تَقْتَالُونَ | يَقْتَلْنَ | يَقْتَالُونَ |
| نَسْتَارُ | تَسْتَرْنَ | تَسْتَارُونَ | يَسْتَرْنَ | يَسْتَارُونَ |
| نَغْتَزِي | تَغْتَزُونَ | تَغْتَزُونَ | يَغْتَزُونَ | يَغْتَزُونَ |
| نَرْتَمِي | تَرْتَمِينَ | تَرْتَمُونَ | يَرْتَمِينَ | يَرْتَمُونَ |

## *Schema Futuri Coniug.* VIII. *in Activo.*

### *Dualis.*

| 2 Pers. | 3 Pers. | |
|---|---|---|
| Comm. | Femin. | Masc. |
| تَقْتَبِلَانِ | تَقْتَبِلَانِ | يَقْتَبِلَانِ |
| تَرْتَقَّانِ | تَرْتَقَّانِ | يَرْتَقَّانِ |
| تَأْتَكِلَانِ | تَأْتَكِلَانِ | يَأْتَكِلَانِ |
| تَبْتَيِسَانِ | تَبْتَيِسَانِ | يَبْتَيِسَانِ |
| تَهْتَنِئَانِ | تَهْتَنِئَانِ | يَهْتَنِئَانِ |
| تَتَّرِثَانِ | تَتَّرِثَانِ | يَتَّرِثَانِ |
| تَتَّسِرَانِ | تَتَّسِرَانِ | يَتَّسِرَانِ |
| تَقْتَالَانِ | تَقْتَالَانِ | يَقْتَالَانِ |
| تَسْتَارَانِ | تَسْتَارَانِ | يَسْتَارَانِ |
| تَغْتَزِيَانِ | تَغْتَزِيَانِ | يَغْتَزِيَانِ |
| تَرْتَمِيَانِ | تَرْتَمِيَانِ | يَرْتَمِيَانِ |

## *Schema Imperativi Coniugat.* VIII.

| *Dual.* | *Plural.* | | *Singul.* | |
|---|---|---|---|---|
| Comm. | Femin. | Masc. | Femin. | Masc. |
| إِقْتَبِلَا | إِقْتَبِلْنَ | إِقْتَبِلُوا | إِقْتَبِلِى | إِقْتَبِلْ |
| إِرْتَقَّا | إِرْتَقِقْنَ | إِرْتَقُّوا | إِرْتَقِّى | إِرْتَقِقْ |
| إِيتَكِلَا | إِيتَكِلْنَ | إِيتَكِلُوا | إِيتَكِلِى | إِيتَكِلْ |
| إِبْتَيِسَا | إِبْتَيِسْنَ | إِبْتَيِسُوا | إِبْتَيِسِى | إِبْتَيِسْ |
| إِهْتَنِئَا | إِهْتَنِئْنَ | إِهْتَنِؤُوا | إِهْتَنِئِى | إِهْتَنِئْ |
| إِتَّرِثَا | إِتَّرِثْنَ | إِتَّرِثُوا | إِتَّرِثِى | إِتَّرِثْ |
| إِتَّسِرَا | إِتَّسِرْنَ | إِتَّسِرُوا | إِتَّسِرِى | إِتَّسِرْ |
| إِقْتَالَا | إِقْتَلْنَ | إِقْتَالُوا | إِقْتَالِى | إِقْتَلْ |
| إِسْتَارَا | إِسْتَرْنَ | إِسْتَارُوا | إِسْتَارِى | إِسْتَرْ |
| إِغْتَزِوَا | إِغْتَزِينَ | إِغْتَزُوا | إِغْتَزِى | إِغْتَزِى |
| إِرْتَمِيَا | إِرْتَمِينَ | إِرْتَمُوا | إِرْتَمِى | إِرْتَمِى |

## *Infinitivus et Participium Coniug.* VIII.

*Participium.*

| Femin. | Masc. | *Infinitivus.* |
|---|---|---|
| مُقْتَبِلَةٌ | مُقْتَبِلٌ | إِقْتِبَالٌ |
| مُرْتَقَّةٌ | مُرْتَقٌّ | إِرْتِقَاقٌ |
| مُؤْتَكِلَةٌ | مُؤْتَكِلٌ | إِئْتِكَالٌ |
| مُبْتَئِسَةٌ | مُبْتَئِسٌ | إِبْتِئَاسٌ |
| مُهْتَنِئَةٌ | مُهْتَنِئٌ | إِهْتِنَاءٌ |
| مُتَّرِثَةٌ | مُتَّرِثٌ | إِتِّرَاثٌ |
| مُتَّسِرَةٌ | مُتَّسِرٌ | إِتِّسَارٌ |
| مُقْتَالَةٌ | مُقْتَالٌ | إِقْتِيَالٌ |
| مُسْتَارَةٌ | مُسْتَارٌ | إِسْتِيَارٌ |
| مُغْتَزِيَةٌ | مُغْتَزٍ | إِغْتِزَاوٌ |
| مُرْتَمِيَةٌ | مُرْتَمٍ | إِرْتِمَايٌ |

## *Passivum Coniugat.* VIII.

| *Particip.* | *Futurum.* | *Praeterit.* |
|---|---|---|
| مُقْتَبَلٌ | يُقْتَبَلُ | أُقْتُبِلَ |
| مُرْتَقٌّ | يُرْتَقُّ | أُرْتُقَّ |
| مُؤْتَكَلٌ | يُؤْتَكَلُ | أُؤْتُكِلَ |
| مُبْتَأَسٌ | يُبْتَأَسُ | أُبْتُئِسَ |
| مُهْتَنَؤٌ | يُهْتَنَئُ | أُهْتُنِئَ |
| مُتَّرَثٌ | يُتَّرَثُ | أُتُّرِثَ |
| مُتَّسَرٌ | يُتَّسَرُ | أُتُّسِرَ |
| مُقْتَالٌ | يُقْتَالُ | أُقْتِيلَ |
| مُسْتَارٌ | يُسْتَارُ | أُسْتِيرَ |
| مُغْتَزًى | يُغْتَزَى | أُغْتُزِيَ |
| مُرْتَمًى | يُرْتَمَى | أُرْتُمِيَ |

# LIBER TERTIVS

## *De Nomine.*

## CAPVT PRIMVM.

### DE NOMINIS SVBSTANTIVI FORMA ET SPECIE.

CCXXXIX. Nomen (إِسْمٌ) est vel Primitivum vel Derivativum. Nomen *Primitivum* (جَامِدٌ *solidum* sive غَيْرُ مُشْتَقٍّ *non derivatum*) est quod non derivatur aliunde, ut لَحْمٌ *caro*, أَسَدٌ *leo*, فَرَسٌ *equus*. Dicitur autem Primitivum, non quod ipsa sit radix, sed quod non derivatur a Verbo aut ab alio Nomine secundum certas quasdam formas determinatas, quae notioni vocis primitivae significationem aliquam accessoriam adiiciunt. Nomen *Derivativum* est, quod ab alia voce derivatur, sive a Verbo, ut مِفْتَاحٌ *clavis* a فَتَحَ *operuit*, sive a Nomine, ut مَأْسَدَةٌ *locus leonibus abundans*, ab أَسَدٌ *leo*, فُرَيْسٌ *equulus* a فَرَسٌ *equus*.

CCXL. Nomina primitiva sunt vel *trilitera* (ثُلَاثِيٌّ), ut أَسَدٌ *leo*, vel *quadrilitera* (رُبَاعِيٌّ), quale جَلْمَدٌ *saxum*, *lapis ingens*. Nonnulla constant pluribus, quam quatuor literis, ut سَفَرْجَلٌ *malum cydonium*, quod *quinque* literas habet (خُمَاسِيٌّ). Pauca quae-

dam sunt *bilitera* (ثُنَائِيّ), quale est ذُو *possesor*. Quibus tamen cave accenseas nomina أَبٌ *pater*, أَخٌ *frater*, يَدٌ *manus*. Ea enim etsi bilitera esse videantur, sunt revera *trilitera*, et contracte pro أَبَوٌ, أَخَوٌ, يَدَيٌ posita; reditque tertia radicalis in Duali et Plurali.

CCXLI. Nomina primitiva praeter literas radicales habent nonnumquam *literam protractionis* (§. XXVIII.) insertam, ut غُرَابٌ *corvus*, حِمَارٌ *asinus*, بُرْغُوثٌ *pulex*, عَنْكَبُوتٌ *aranea*, مِسْكِينٌ *pauper*.

CCXLII. Nomina *derivata* formantur a suis radicibus vel sola Vocalium permutatione, vel ita, ut literis radicalibus aliqua literarum protractionis (§. XXVIII.) inseratur, vel denique, ut una alterave literarum servilium, ى ن م س (s. ة) ت ا quae voce technica يَتَسَمَّنَا comprehenduntur, radicalibus adiiciatur. Vocantur a Grammaticis زَوَائِدُ *accedentes* s. *additae*, Nomina autem, quae illarum accessu formantur, tam Substantiva, quam Adiectiva, مُسْتَزَادٌ *aucta*. Nomen, quod solis literis radicalibus constat, appellatur مُعَرًّى *nudum*, vel أَصْلِيٌّ *radicale*.

1. أ literis radicalibus vel praeponitur, ut in أَسْوَدُ *niger*, أَحْسَنُ *optimum*, أُسْلُوبٌ *via*, *ratio*, إِزْمِيلٌ *malleus*, إِسْوَارٌ *eques*, vel illis in fine vocis postponitur, quo casu Eliph aliud, sed quiescens, ante se habet, ut in كِبْرِيَاءُ *superbia*, صَفْرَاءُ *flavus*, بَيْضَاءُ *alba*, *candida*.

2. ت in principio vel medio additum habent nonnisi Nomina actionis, sive Infinitivi (cf. §. CXXXIII. 2.), et Participia Coniugationis secundae, quintae, sextae, octavae et decimae Verborum triliterorum, nec non Coniugationis secundae quadriliterorum. Praeponitur vel primae radicali, ut in تَفَرُّجٌ *oblectatio*, a فَرَجَ, vel

inseritur primam inter et secundam radicalem, ut in إِنْتِقَالٌ *migratio, deportatio*, a نَقَلَ, مُنْتَصِرٌ *adiutus*, a نَصَرَ.

Pauca quaedam Nomina habent in fine post literas radicales ت praecedente و additum, ut مَلَكُوتٌ *regnum*, لَاهُوتٌ *divinitas*, نَاسُوتٌ *humanitas*, جَبَرُوتٌ *potentia;* quae est syrissans Nominum forma.

ة nonnisi in fine additur, ut رَحْمَةٌ *misericordia*. Pro eo subinde ت ponitur, ut in كَلِمَتٌ pro كَلِمَةٌ *verbum, dictio* in Corani Sura X, 20., غَيَابَتٌ *fundus* putei s. vallis, Sur. XII, 11., نِعْمَتُ ٱللّٰهِ *beneficentia Dei* Sur. XXXV, 3.

3. س solum formationi Nominum non inservit, sed reperitur tantum una cum ا vel م et ت radicalibus praepositum in Nominibus actionis sive Infinitivis et Participiis a Coniugatione decima derivatis, quale est إِسْتِسْقَآءٌ *actio potum rogandi* a سَقَى.

4. م praeponitur literis radicalibus, ut in مَمْلَكَةٌ *regnum*. Inservit formandis quibusdam Nominibus actionis, nominibusque omnibus, quae locum, tempus, instrumentum et multitudinem indicant, nec non Participiis Passivi Coniugationis primae Verbi triliteri, omniumque eiusdem Coniugationum derivatarum, nec non Verborum quadriliterorum. Nonnumquam, sed rarissime, م literis radicalibus in fine adiicitur, ad compensandam suppressam ultimam radicalem, ut in إِبْنَمٌ, quod est idem quod إِبْنٌ *filius*, pro بَنْيٌ, a radice بَنَى, et in فَمٌ *os* pro فَوْهٌ.

5. ن una cum ا vel م literis radicalibus praepositum inservit formandis Nominibus actionis sive Infinitivis Participiisque Coniugationis septimae, ut in إِنْعِقَادٌ *coagulatio*, et مُنْعَقِدٌ *coagulatum*, a radice عَقَدَ. Adiicitur quoque haud raro, praecedente ا

quiescente, literis radicalibus in Nominibus actionis Coniugationis primae Verbi triliteri, ut in غُفْرَانٌ *condonatio*, a غَفَرَ, aut in Adiectivis, quale est سَكْرَانٌ *ebrius* a سَكِرَ.

6. يَ in vocis initio literis radicalibus praefixum rarius reperitur, ut in يَنْبُوعٌ *scaturigo*. Vocali secundae syllabae postpositum inservit formandis diminutivis, quale est كُلَيْبٌ *catulus*, a كَلْبٌ *canis*, عُبَيْدٌ *servulus* ab عَبْدٌ. Literis radicalibus in fine additum inservit formandis multis Nominibus et Adiectivis, ut ذِكْرَى *memoria*, حُسْنَى *pulcherrima*, شَمْسِيٌّ *solaris*, كُرْسِيٌّ *solium*.

CCXLIII. Nomina substantiva derivata vel sunt *abstracta*, eaque nomina *actionis*, nomina *vicis*, et nomina *specificationis*; vel *appellativa*, eaque nomina *singularitatis*, nomina *loci* et *temporis* actionis alicuius, nomina *abundantiae*, *instrumenti*, et *vasis*. Quae singula quum suis formis ita dignoscantur, ut iis ipsis prodant, cuiusmodi sit eorum significatus a notione primitiva deductus; non minus necesse est, Nominum derivatorum formas earumque rationes cognitas habere, quam Verborum derivatorum formas, seu Coniugationes nosse oportet.

### *Nomen Actionis.*

CCXLIV. Actionem ipsam significat *Infinitivus*, qui est Nomen Verbale, de quo vid. §. CXXXIII. 2. Eius tot existunt formae, quot sunt Verbi perfecti et imperfecti formae, seu Coniugationes. Praeterea Verbum primitivum triliterum habet XXXIII. Infinitivi formas, quas §. CLV. recensuimus.

### *Nomen Vicis.*

CCXLV. Est Arabibus peculiaris Nominis forma ad exprimendam actionem unam et solitariam, ac repudians proinde Adiectivum وَاحِدَةٌ *una*, vocaturque إِسْمُ ٱلْمَرَّةِ *Nomen Vicis*. For-

matur ab Infinitivo sive Nomine Actionis Coniugationis primae Verbi triliteri formae فَعْلٌ, substituto Fatha Nunnationi tertiae radicalis et addito ةٌ, estque perpetuo formae فَعْلَةٌ. Vt نَصْرَةٌ *una sola defensio* a نَصَرَ eiusque Infinitivo نَصْرٌ; ضَرْبَةٌ *una sola verberatio,* قَعْدَةٌ *una sola sessio,* قَوْمَةٌ *una sola statio.* A Quadriliteris vero et Coniugationibus derivativis haec nomina formantur apposito solum ةٌ, ut دِحْرَاجَةٌ *una sola volutatio,* إِحْزَانَةٌ *una sola contristatio,* إِسْتِخْرَاجَةٌ *una sola eductio,* ab Infinitivis دِحْرَاجٌ, إِحْزَانٌ, إِسْتِخْرَاجٌ. Cum autem Infinitivus terminatur ةٌ, non formatur ab eo Nomen Vicis, sed ut unitas actionis significetur, adiicitur ei Adiectivum وَاحِدَةٌ, ut رَحْمَةٌ وَاحِدَةٌ *una sola miserescentia,* إِقَامَةٌ وَاحِدَةٌ *una sola constitutio.*

### *Nomen Specificationis.*

CCXLVI. Simili prorsus modo formatur إِسْمُ ٱلنَّوْعِ *Nomen Specificationis*, ut aiunt Arabes, id est, quo specificatur seu determinatur actio generalis; ut cum dicimus: *hic excellit scriptione;* seu, *in scriptura,* vel, *cum scribit,* ubi *excellere* determinatur vocabulo actionis, *scriptione* videlicet. Fit enim additione literae ةٌ ad Infinitivum destitutum ةٌ, nec in Quadriliteris et Coniugationibus derivativis differt a Nomine Vicis, ut هُوَ حَسَنٌ إِسْتِخْرَاجَةً *ipse bonus est eductione*, seu *in eductione:* sed in triliteris primae Coniugationis prima radicalis perpetuo habet Kesre, et est formae فِعْلَةٌ. Vt هُوَ حَسَنٌ كِتْبَةً *ipse excellit quoad scriptionem;* هُوَ حَسَنٌ نِصْرَةً *ipse excellit quoad defensionem.*

### *Nomen Singularitatis.*

CCXLVII. Nomen *Singularitatis* deducitur a Nomine primitivo totam speciem, seu plures partes homogeneas in unum collectas, indicante. Addito in fine ةٌ fiunt nomina, quae singulam

partem, vel unicam particulam eorum denotant, quorum totam speciem Nomen primitivum significat. Sic a تِبْنٌ *stramen*, *palea*, est تِبْنَةٌ *pars straminis*, seu *straminulum unum;* a ذَهَبٌ *aurum* est ذَهَبَةٌ *particula frustumve auri;* a حَمَامٌ *columba* est حَمَامَةٌ *columba una.*

### *Nomen Loci et Temporis.*

CCXLVIII. *Locus* et *Tempus* actionis eadem nominis forma designantur, ut مَكْتَبٌ *locus* et *tempus scriptionis*, مَجْلِسٌ *locus* et *tempus sessionis;* fitque tale Nomen (Arabice إِسْمُ ٱلزَّمَانِ وَٱلْمَكَانِ) a Futuro primae Verbi triliteri Coniugationis, مَ pro literis praeformativis أتين posito, et Vocali penultima manente, cum est Fatha, ut مَشْغَلٌ *locus et tempus laboris*, a يَشْغَلُ, vel Kesre, ut مَضْرِبٌ *locus et tempus verberationis*, a يَضْرِبُ; at in Fatha converso, si est Dhamma, ut مَدْخَلٌ *locus et tempus introitus*, a يَدْخُلُ; مَسْلَخٌ *locus ubi mactantur et excoriantur animalia*, a يَسْلُخُ. Duodecim tamen haec Nomina Dhamma secundae radicalis Futuri non in Fatha, sed in Kesre mutant:

1 مَنْحِرٌ *Locus iugulandi camelum.*

2 مَرْفِقٌ *Locus innitendi cubito.*

3 مَسْجِدٌ *Locus adorationis.*

4 مَسْقِطٌ *Locus casus.*

5 مَسْكِنٌ *Locus habitationis.*

6 مَشْرِقٌ *Locus ortus*, *Oriens.*

7 مَطْلِعٌ *Locus ascensus.*

8 مَغْرِب *Locus occasus, Occidens.*

9 مَفْرِق *Locus separationis capillorum.*

10 مَنْبِت *Locus proventus herbarum.*

11 مَنْخِر *Locus spirationis*, id est, *nares.*

12 مَنْسِك *Locus sacrificandi.*

Quinque illorum nominum (3. 5. 7. 9. 12.) pro Kesre secundae syllabae et Fatha recipiunt. Vndecimum quoque interdum irregulariter Kesre sub م habet, et مِنْخِر effertur.

CCXLIX. Nomina Loci et Temporis a Verbis primae radicalis و derivata secundam radicalem perpetuo Vocali Kesre signatam habent, و vero in Futuro abiectum redit. Sic a وَعَدَ, Fut. يَعِدُ, fit مَوْعِد *locus et tempus promissionis*, a وَضَعَ, Fut. يَضَعُ, مَوْضِع *locus et tempus positionis;* a وَجَهَ, Fut. يَوْجَهُ, fit مَوْجِه *locus quo quis se convertit eundo.*

CCL. A Verbis secunda radicali quiescentibus, quorum secunda radicalis in Futuro Fatha vel Dhamma habet, Nomen loci et temporis ita formatur, ut secunda radicalis in ا quiescens transeat, et Fatha secundae radicalis ad primam retrocedat (cf. §. CXVII.). Sic a قَامَ, Fut. يَقُومُ, fit مَقَام (pro مَقْوَم) *locus stationis*, a غَاصَ, Fut. يَغُوصُ, fit مَغَاص *locus ubi se demergit urinator.* Quodsi secundae radicalis Vocalis in Futuro est Kesre, id in derivato Nomine loci servatur, sed ita, ut reiiciatur ad primam radicalem, et ى quiescens post se habeat. Ita a صَارَ, Fut. يَصِيرُ, fit مَصِير *locus quo quis pertingit;* a خَاطَ, Fut. يَخِيطُ, est مَخِيط *locus per quem serpens repsit.*

CCLI. Quodsi Verbum, a quo Nomen Loci temporisve deductum est, sit ultima radicali defectivum و vel ى, penultima per-

petuo habet Fatha, ut مَرْمًى (pro مَرْمَيٌ, secuudum Canones de Literarum ا و et ى permutatione, §. XCII. CIV.) *locus et tempus proiectionis*, a يَرْمِي; مَدْعًى *locus et tempus vocationis*, a يَدْعُو; مَنْجًى *locus evasionis*, a يَنْجُو. A يَأْوِي tamen reperitur non solum مَأْوًى *locus mansionis*, verum et cum Kesre مَأْوٍ, pro مَأْوِيٌ (secundum §. CVII.).

CCLII. Assumunt Locorum Nomina interdum in fine ة, ut مَقْبَرَةٌ *locus quo mortui sepeliuntur, coemiterium*, a يَقْبُرُ; مَشْرَقَةٌ *locus ortus, Oriens*, a يَشْرُقُ; مَرْعَاةٌ *locus pasturae, pascuum*, a يَرْعَى. Subinde penultima radicalis pro Fatha et Dhamma assumit, ut مَشْرُقَةٌ, مَقْبُرَةٌ.

CCLIII. Nomina nonnulla Loci et Temporis a Verbis primae radicalis و deducta, sunt formae مِفْعَالٌ vel مِفْعَلَةٌ, quae formae magis sunt Nominibus Instrumenti propriae, ut مِيلَادٌ *natale tempus, nativitas*, a وَلَدَ, Fut. يَلِدُ, مِيقَاتٌ *statum tempus*, a وَقَتَ.

CCLIV. Nomina Loci et Temporis a Quadriliteris et Coniugationibus derivatis deducta, formantur a Futuro Passivi, posito م cum Dhamma pro literis praeformativis اتين. Sic est مُدَحْرَجٌ *locus et tempus volutationis*, a يُدَحْرَجُ; مُدْخَلٌ *locus et tempus ingressus*, a يُدْخَلُ; مُلْتَقًى *locus ubi convenitur* a يُلْتَقَى.

## *Nomen Abundantiae.*

CCLV. Nomina, quae indicant locum, in quo res copiosae sunt et abundantes (quale nomen Arabice إِسْمُ آلْكَثْرَةِ *nomen abundantiae* vocatur), similes sunt, ut significatu, ita et forma, Nominibus Loci et Temporis. Sunt formae مَفْعَلَةٌ, cuiuscunque

sit formae Nomen primitivum, unde deducuntur; ut مَأْسَدَةٌ et مَسْبَعَةٌ *locus leonibus refertus*, ab أَسَدٌ et سَبُعٌ *leo*, مَبْطَخَةٌ *locus melonibus refertus*, a بِطِّيخٌ *melo;* مَقْثَأَةٌ *locus cucumeribus refertus*, a قِثَّآءٌ *cucumis;* مَذْأَبَةٌ *locus lupis abundans*, a ذِئْبٌ *lupus;* مَنْصَرَةٌ *locus pluribus victoriis inclytus*, a نَصْرٌ *victoria.*

*Nomen Instrumenti et Vasis.*

CCLVI. Nomina quae indicant Instrumentum, quo utimur ad actionem eam, quae Primitivo exprimitur (إِسْمُ آلَةٍ), aut Vas, quo aliquid recipitur (إِسْمُ آلْوِعَآءِ), sunt vel formae مِفْعَلٌ, vel مِفْعَالٌ, vel مِفْعَلَةٌ, quae a Nominibus Loci et Temporis eo potissimum differunt, quod م praefixum servile per *Kesre* enuntiatur. Sic مِحْلَبٌ *mulctra* est a حَلَبٌ *lac;* مِبْوَالٌ *urinarium*, a بَالَ *urinam emisit;* مِئْبَرٌ seu مِئْبَرَةٌ *acuum theca*, ab إِبْرَةٌ *acus;* مِفْتَاحٌ *quo quid aperitur, clavis*, a فَتَحَ *aperuit;* مِيزَانٌ (pro مِوْزَانٌ) *libra*, a وَزَنَ *libravit;* مِرْقَاةٌ *instrumentum quo ascenditur, scala*, a رَقِيَ *ascendit.*

CCLVII. Pauca quaedam huiusmodi Nomina sunt formae مُفْعُلٌ aut مُفْعُلَةٌ; ut مُنْخُلٌ *cribrum* a نَخَلَ *cribravit;* مُدُقٌّ (contracte pro مُدْقُقٌ) *instrumentum quo contunduntur vestes*, a دَقَّ *contudit;* مُدْهُنٌ *ampulla olearia*, s. *unguentaria* a دُهْنٌ *oleum quo inungitur;* مُكْحُلَةٌ *vasculum in quo asservatur stibium* seu *collyrium*, كُحْلٌ dictum, quum مِكْحَلٌ et مِكْحَالٌ denotet *instrumentum* seu *stylum, quo collyrium ei illitum inditur oculo.* Formae duae posteriores inserviunt magis Nominibus, quae vas ad recipiendum aliquid idoneum designant, quam illis, quae actionis alicuius instrumentum significant.

# CAPVT SECVNDVM.

## DE NOMINIS ADIECTIVI FORMA ET SPECIE.

CCLVIII. ADIECTIVVM, Arabice صِفَةٌ *descripta qualitas, attributum,* nec non نَعْتٌ *epitethon*, est vel *Verbale*, id est, a Verbo, vel *Denominativum,* id est, a Nomine deductum.

*Adiectivum Verbale.*

CCLIX. Adiectivum *Verbale* est vel Nomen *Agentis*, إِسْمُ ٱلْفَاعِلِ, vel *Patientis*, إِسْمُ ٱلْمَفْعُولِ. Priori designando inserviunt Participia *activa* tam Verbi primitivi, quam Coniugationum derivatarum, posteriori, Participia *passiva*. Sic est نَاصِرٌ *adiuvans*, مَنْصُورٌ *adiutus, defensus*, مُفْرِطٌ (Particip. Coniug. IV.) *modum excedens;* مُتَغَيِّظٌ (Particip. Coniug. V.) *iratus, indignabundus.*

CCLX. Praeter Participia sunt et alia a Verbis, maximam partem *neutris* deducta variarum formarum Adiectiva, quae indolem quandam habitumve indicant. Illorum formas reperimus hasce:

1) فَعْلٌ, ut ثَبْتٌ *fixus, stabilis*, a ثَبَتَ; صَعْبٌ *difficilis*, a صَعُبَ.

2) فَعَلٌ, ut عَمَمٌ *universalis*, ab عَمَّ; حَسَنٌ *pulcher*, a حَسُنَ.

3) فَعِلٌ a Verbis neutris quae flectuntur فَعِلَ, Fut. يَفْعَلُ, ut خَضِرٌ *frigidus*, a خَضِرَ; خَدِرٌ *torpens*, a خَدِرَ. Verum et a Verbis mediâ Fathatâ, ut وَعِرٌ *difficilis et asper* locus a وَعَرَ; et mediâ Dhammatâ, ut خَشِنٌ *asper*, a خَشُنَ.

4) فَعِيلٌ, ut شَهِيدٌ *testis, martyr*, a شَهِدَ, رَحِيمٌ *misericors*, a رَحِمَ.

5) فَعُولٌ, ut أَكُولٌ *edax, helluo*, ab أَكَلَ; غَفُورٌ *condonans, clemens*, a غَفَرَ; كَذُوبٌ *mendax*, a كَذَبَ; رَؤُوفٌ *clemens*, a رَأَفَ.

6) فَعَالٌ, ut جَبَانٌ *pusillanimis*, a جَبُنَ; حَرَامٌ *verendus, sacer*, a حَرُمَ.

7) فُعَالٌ, ut شُجَاعٌ *strenuus, animosus*, a شَجُعَ; عُجَابٌ *mirabilis*, ab عَجُبَ.

8) أَفْعَلُ, ut أَعْوَجُ *curvus*, ab عَاجَ (pro عَوَجَ); أَمْرَدُ *glaber, imberbis*, a مَرِدَ; أَحْمَرُ *ruber*. Est haec forma Adiectivis *colorem* indicantibus propria.

9) فَعْلَانُ et فَعِلَانُ, ut غَفْلَانُ *incuriosus*, a غَفِلَ; نَدْمَانُ *qui poenitentia ducitur*, a نَدِمَ; سَكْرَانُ *ebrius*, a سَكِرَ; غَضْبَانُ *iratus*, a غَضِبَ; عَبْرَانُ *lachrymans*, a عَبِرَ *lachrymavit*.

10) فُعْلَانُ, ut عُرْيَانُ *nudus*, ab عَرِيَ; رُكْبَانُ *inequitans*, a رَكِبَ.

Plura Adiectiva verbalia formarum فَعِيلٌ et فَعُولٌ, a Verbis activis deducta, aeque activam et passivam significationem suscipiunt.

CCLXI. Forma فَعَّالٌ est *augmentativa*, intenditque significatum Adiectivi verbalis formae فَاعِلٌ, unde Arabibus إِسْمُ مُبَالَغَةٍ *nomen intensionis* vocatur. Sic حَسَّانٌ est *valde pulcher;* أَكَّالٌ *edax, vorax, helluo;* غَفَّارٌ *promtus ad ignoscendum;* كَذَّابٌ *mendaciis deditus;* قَهَّارٌ *admodum violentus;* عَلَّامٌ *admodum doctus.*

ة Adiectivis huius formae additum, auget intensionem. Tale est عَلَّامَةٌ *perquam doctus.*

CCLXII. Eiusdem formae فَعَّالٌ Adiectiva designant praeterea eos, qui artem aut opus exercent, actionisve, quam Verbum primitivum significat, apprime sunt gnari. Sic جَزَّارٌ est *lanio*, خَبَّازٌ *pistor*, نَجَّارٌ *faber lignarius*, رَحَّالٌ *huc illuc iter agens* item *vectandi et equitandi in camelo egregie gnarus.*

CCLXIII. Frequentativa et intensiva sunt porro Adiectiva formarum 1) فَعَّالٌ, quale فَتَّاحٌ *valde latus*, 2) فِعِّيلٌ, quale فِخِّيرٌ *valde gloriabundus*, 3) فِعَّلٌ, ut شِغَّبٌ *turbas conoitans*, 4) فُعَلَةٌ, ut ضُحَكَةٌ *ad risum pronus*, 5) فَاعِلَةٌ, ut رَاوِيَةٌ *qui aliena dicta refert allegatve;* 6) فَعُولَةٌ, quale شَكُورَةٌ *valde gratus;* 7) مِفْعَلٌ, ut مِحْرَبٌ *bellicosus;* 8) مِفْعَالٌ, ut مِكْثَارٌ *multiloquus,* مِقْدَامٌ *admodum audax et animosus in hostem;* مِعْطَارٌ *multis se odoribus imbuens;* 9) مِفْعِيلٌ, ut مِكْثِيرٌ *multiloquus.* Tres formae posteriores tamen potius Nomina Instrumenti et Vasis videntur (§. CCLVI.), quae per metaphoram ad homines sunt translata, ut proprie significent *instrumentum belli*, *instrumentum loquacitatis*, *vas aromatarium* rel.

CCLXIV. 1. Forma Adiectivi أَفْعَلُ inservit gradibus comparationis, Comparativo et Superlativo exprimendis, unde Arabibus أَفْعَلُ التَّفْضِيلِ *forma* أَفْعَلُ *excellentiae* appellatur. Formantur autem huius formae Comparativa et Superlativa nonnisi ab Adiectivis a Verbo trilitero primitivo deductis, ut أَحْسَنُ *pulchrior* a حَسَنٌ, praesertim vero ab Adiectivis formae فَعِيلٌ. Ita a قَبِيحٌ *deformis* fit أَقْبَحُ *deformior*, a كَبِيرٌ *magnus* أَكْبَرُ *maior*, a صَغِيرٌ *parvus* أَصْغَرُ *minor*, a قَلِيلٌ *paucus* أَقَلُّ *paucior*, a فَضِيلٌ *praestans* أَفْضَلُ *praestantior*, a شَرِيرٌ *malus* أَشَرُّ *peior*, a شَدِيدٌ *vehemens* أَشَدُّ *vehementior*.

2. Ab his diversa sunt eiusdem formae Adiectiva colorem aut deformitatem indicantia, ut أَزْرَقُ *coeruleus*, أَسْوَدُ *niger*, أَعْوَجُ *curvus*, أَعْمَى *caecus*, أَعْوَرُ *luscus*, quae peculiaribus formis ad gradus Comparationis exprimendos carent.

*Adiectivum Denominativum.*

CCLXV. A Nominibus Substantivis formantur Adiectiva possessiva, gentilia, patronymica, et relativa alia (Arabice أَلْإِسْمُ ٱلْمَنْسُوبُ *nomen relativum*, seu نِسْبَةٌ *relatio*), adiecta Substantivo syllaba ـِيٌّ, ut إِنْسَانِيٌّ *humanus* ab إِنْسَانٌ *homo*, أَرْضِيٌّ *terrenus* ab أَرْضٌ *terra*, سَمَاوِيٌّ *coelestis* a سَمَآءٌ *coelum*, مِصْرِيٌّ *Aegyptius* a مِصْرُ *Aegyptus*.

CCLXVI. A Substantivo in ةٌ aut يَّةٌ terminato Adiectivum denominativum formatur ita, ut, isto ةٌ seu يَّةٌ abiecto, adiiciatur ـِيٌّ. Ita a مَكَّةُ, *Mecca* urbs, dicitur مَكِّيٌّ *Meccanus*, a طَبِيعَةٌ *natura* fit طَبِيعِيٌّ *naturalis*, ab أَفْرِيقِيَّةُ *Africa* أَفْرِيقِيٌّ *Africanus*.

CCLXVII. 1. Quodsi Nomen primitivum triliterum radicalis penultimae Vocalem habet *Kesre*, ea in Adiectivo derivato transit in *Fatha*. Hinc a كَبِدٌ *hepar* fit كَبَدِيٌّ *hepatarius*, a مَلِكٌ *rex* et مَلِكَةٌ *regina* est مَلَكِيٌّ *regalis*; a دُئِلٌ *Dsoil*, nomine tribus cuiusdam, دُؤَلِيٌّ.

2. Si vero duae priores radicales per *Kesre* pronunciantur, in Adiectivo derivato utraque Kesre vel servari potest, vel posteriori substitui *Fatha*. Ita ab إِبِلٌ *camelus* dicere licet إِبِلِيٌّ et إِبَلِيٌّ.

3. A nomine primitivo, cuius prima radicalis habet *Kesre*, secunda *Fatha*, quale est عِنَبٌ *uva*, Adiectivum derivatum formari potest ut a Nominibus sub 2. memoratis; quare tam عِنَبِيٌّ, quam عِنْبِيٌّ dicere licet.

CCLXVIII. In Adiectivis denominativis a Substantivis formae فَعِيلٌ et فَعِيلَةٌ solet *Kesre* in *Fatha* transire, suppresso ى quiescente primitivi. Sic a جَزِيرَةٌ *insula* fit جَزَرِيٌّ *insularis*, a مَدِينَةٌ

*Medinah* urbs, مَدَنِيٌّ *Medinensis*, a سَفِينَةٌ *navis*, سَفَنِيٌّ *navalis.* In nonnullis potest, pro lubitu, forma primitivi vel retineri, vel mutari; sic a مَسِيحٌ *Messias* tam مَسِيحِيٌّ, quam مَسَحِيٌّ, a صَلِيبٌ *crux*, tam صَلِيبِيٌّ quam صَلَبِيٌّ dicas.

Primitivum si a radice mediae radicalis geminatae descendit, Kesre et ى quiescens secundam inter et tertiam radicalem in Adiectivo inde derivato retinetur, ut حَقِيقِيٌّ *verum* a حَقِيقَةٌ *veritas*, حَدِيدِيٌّ *ferreus* a حَدِيدٌ *ferrum.*

CCLXIX. Adiectiva denominativa a Nominibus propriis formarum فُعَيْلٌ et فُعَيْلَةٌ abiiciunt ى primitivi. Sic a nominibus tribuum Arabicarum قُرَيْشٌ *Koraisch*, هُذَيْلٌ *Hodhail*, جُهَيْنَةٌ *Dschohaina*, fiunt Adiectiva قُرَشِيٌّ, هُذَلِيٌّ, جُهَنِيٌّ. A قُرَيْشٌ dicitur tamen et قُرَيْشِيٌّ. Ita et ab أُمَيَّةٌ *Omayah*, et أُمَوِيٌّ et أُمَيِيٌّ, atque a قُصَيٌّ *Kosai* et قُصَوِيٌّ et قُصَيِيٌّ dici potest.

CCLXX. Quodsi Nomen primitivum a radice tertiae و vel ى descendens sit formae فَعُولٌ, فَعُولَةٌ, فَعِيلٌ et فَعِيلَةٌ, quale عَدُوٌّ *hostis*, نَبِيٌّ *propheta*, عَلِيٌّ *Ali*; in Adiectivo inde derivato illorum و vel ى vocem terminantium alterum abiicitur, secunda radicalis Vocalem assumit *Fatha*, et quando litera, quae eam sequitur, sit ى, transit in و. Hinc a Nominibus modo commemoratis Adiectiva formantur haec: عَدَوِيٌّ, نَبَوِيٌّ, et عَلَوِيٌّ. De عَدُوٌّ tamen et similibus Nominibus nonnulli Grammatici regulam illam valere negant, dicuntque عَدُوِّيٌّ, quemadmodum a سَلُولٌ est سَلُولِيٌّ. De شَنُوءَةٌ seu شَنُوءَةٌ *Schènua*, cognomine tribus alicuius, formatur Adiectivum شَنَوِيٌّ et شَنَائِيٌّ.

CCLXXI. 1. A Substantivis triliteris, quae ا brevi, aut ى

muta terminantur, qualia عَصًى *baculus*, et فَتًى *iuvenis*, derivata Adiectiva literae ultimae substituunt و, ut عَصَوِيٌّ *ad baculum pertinens*, فَتَوِيٌّ *iuvenilis*.

2. Adiectiva a Nominibus deducta quadriliteris ا brevi terminatis, iisque secundam literam quiescentem aut dschezmatam habentibus, vel supprimunt ا breve, vel convertunt in و praecedente ا quiescente. Sic a قُرْبَى *propinquitas*, *cognatio*, potest قُرْبِيٌّ et قُرْبَاوِيٌّ, a طُوبَى *suavitas* potest طُوبِيٌّ et طُوبَاوِيٌّ formari. A دُنْيَا (pro دُنْيَى) *mundus* dicitur دُنْيَاوِيٌّ, دُنْيَوِيٌّ et دُنْيِيٌّ. Quodsi ى est radicale, ut in مَعْنًى *sensus*, rectius مَعْنَوِيٌّ quam مَعْنِيٌّ dicas. A Nominibus quadriliteris ا brevi terminatis, quorum secunda litera Vocalem habet, quale جَمَزَى *celeriter incedens camelus* vel *equus*, Adiectivum denominativum formatur solo *a* brevi suppresso, ut جَمَزِيٌّ.

3. In Adiectivis denominativis a Nominibus quinqueliteris, ا brevi terminatis, id supprimitur. Vnde a مُصْطَفَى *Mustafa* est مُصْطَفِيٌّ, et a بُخَارَا, *Bochara* urbs, بُخَارِيٌّ.

CCLXXII. Quodsi Nomen primitivum terminatur Hamzâ praecedente Medda, locum و vel ى radicalis obtinente (§. CXIV.), illud pro lubitu vel servari, vel in و converti potest. Sic a سَمَآءٌ (pro سَمَاوٌ) *coelum* formatur سَمَآئِيٌّ et سَمَاوِيٌّ *coelestis*.

Si vero illud Hamza finale praecedente Medda est terminatio feminina, semper in و converti debet. Ita ab عَذْرَآءُ *virgo* est عَذْرَاوِيٌّ *virginalis*, a بَيْضَآءُ *alba*, et حَمْرَآءُ *rubra*, quae et Nomina propria locorum *Baïdha* et *Hamra* sunt, fiunt Denominativa بَيْضَاوِيٌّ et حَمْرَاوِيٌّ.

CCLXXIII. A Nomine primitivo, quod terminatur و radicali,

praecedente Dschezmate, si sit Masculinum, formatur Adiectivum primitivo nullam subeunte mutationem, ut a نَحْو *Grammatica* fit نَحْوِيّ *Grammaticus.* Secunda radicalis tamen et Fatha assumit, ut a بَدْو *desertum* est بَدَوِيّ *eremicola.* A Nomine huiusmodi feminino derivatum Adiectivum pro secunda radicali fere semper recipit Fatha. Cum primitivum descendit a Verbo dupliciter imperfecto, et primam radicalem proxime sequitur و geminatum, in formando Adiectivo illud nullam mutationem patitur; ut جَوِّيّ *aëreus* a جَوّ *aër,* et كُوِّيّ a كُوَّة *fenestra.*

CCLXXIV. Si Nomen primitivum radicalium suarum aliquam amittit, ea in Adiectivo inde derivato vel redit, vel suppressa manet. Atque suppressa quidem manet in derivatis a Verbo primae radicalis و; sic ab عِدَة *promissio* (a وَعَدَ) fit عِدِيّ. Cum vero tertiam radicalem amiserit Nomen primitivum, ita ut nec compensata sit litera aliqua vocis initio, illa in Adiectivo denominativo redit. Ita ab أَب *pater* (pro أَبَو) fit أَبَوِيّ *paternus,* a دَم *sanguis* (pro دَمَو) دَمَوِيّ *sanguineus.* Si tertia radicalis abiecta compensatur alia litera, ut إِسْم *nomen,* pro سِمْو, et إِبْن *filius,* pro بَنَو, Adiectivum denominativum vel ita, ut modo diximus, formatur, سَمَوِيّ et بَنَوِيّ; vel servata primitivi forma, إِسْمِيّ et إِبْنِيّ. Ab أُخْت *soror* et بِنْت *filia* quoque Adiectiva denominativa tam أَخَوِيّ et بَنَوِيّ, quam أُخْتِيّ et بِنْتِيّ fieri possunt.

Quodsi tertia radicalis in primitivo abiecta, sed compensata est addito ة, illa in Adiectivo denominativo resumitur. Sic a لُغَة *loquela, idioma,* est لُغَوِيّ λεξικογράφος; a لِثَة *gingiva* fit لِثَوِيّ.

CCLXXV. Adiectiva denominativa nonnisi a Nominibus Numeri Singularis formari solent: quodsi itaque a Duali vel Plurali,

sive sano, sive fracto, velis Adiectivum relativum formare, primitivi forma Singularis est assumenda. Ita شَرَعِيٌّ *legum gnarus* non a شَرَايِع *leges*, sed a شَرِيعَةٌ *lex* formatur (§. CCLXVI.). Sunt tamen Adiectiva denominativa, professionem, artem, sectamve, quam quis sequitur, designantia, et Agnominum instar usurpata, quae formantur a Pluralibus fractis, et ipsis quoque Pluralibus sanis femininis. Ita a صِفَاتٌ, Plurali Nominis صِفَةٌ *attributum*, formatur Adiectivum صِفَاتِيٌّ *Sefatius*, i. e. sectam eorum sequutus qui in Deo distincta attributa essentiae statuunt; a كُتُبٌ, Plurali Nominis كِتَابٌ, *liber*, est كُتُبِيٌّ *librarius*. Talia Adiectiva sunt quoque لُبُودِيٌّ *pannorum coactilium venditor*, a لُبُودٌ, Plurali Nominis لِبْدٌ *pannus coactilis*; et سَاعَاتِيٌّ *opifex horologiarius*, a سَاعَاتٌ, Plurali Nominis سَاعَةٌ *horologium*. A Nominibus propriis et agnominibus formae Pluralis, qualia sunt مَدَايِنُ *Madain*, urbis nomen, et أَنْصَارٌ *defensores*, *adiutores*, honoris titulus Medinensibus impertitus, fiunt Adiectiva مَدَايِنِيٌّ et أَنْصَارِيٌّ.

CCLXXVI. Nonnulla Adiectiva denominativa formantur modo plane singulari, ut رَازِيٌّ *Rayensis*, a رَيٌّ *Ray*, urbis nomine, طَبَرِيٌّ *Tabarestanus*, a طَبَرِسْتَانُ *Tabaristan*, provinciae nomine; قِنَّسْرِيٌّ *Kinnesrensis* a قِنَّسْرِينُ *Kinnesrin*, نَصِبِيٌّ *Nesibenus* a نَصِيبِينُ *Nesibis*: dicunt tamen et قِنَّسْرِينِيٌّ et نَصِيبِينِيٌّ.

CCLXXVII. Plura Adiectiva denominativa formantur addita syllaba انِيٌّ, ut جِسْمَانِيٌّ *corporalis*, a جِسْمٌ *corpus*, نُورَانِيٌّ *luminaris*, a نُورٌ *lumen*, رُوحَانِيٌّ *spiritualis*, a رُوحٌ *spiritus*. Sed eiusmodi Adiectiva denominativa usurpari solent nonnisi sensu

metaphorico et spirituali; nam in sensu proprio dicitur secundum regulam: رُوحِيٌّ, نُورِيٌّ, جِسْمِيٌّ.

CCLXXVIII. Possunt Adiectiva denominativa formari et a Nominibus propriis aut Cognominibus, ex pluribus Nominibus compositis, qualia sunt عُبَيْدُ ٱللّٰهِ *Obeid-allah*, فَخْرُ ٱلدِّينِ *Fakhr-eddin.* Ab iis Adiectiva formari triplici modo solent, vel a solo primo Nomine, vel a solo secundo, vel denique ab utroque coniuncto ita, ut adsumtis duabus literis Nominis prioris, totidemque literis posterioris, fiat quadriliterum. Ita ab عَبْدُ شَمْسٍ *Abd-schems* fit عَبْدِيٌّ, sive شَمْسِيٌّ, sive denique عَبْشَمِيٌّ; ab عَبْدُ ٱلْمُطَّلِبِ *Abdol-motalleb* fit مُطَّلِبِيٌّ; ab عَبْدُ ٱلْقَيْسِ fit عَبْقَسِيٌّ; ab عَبْدُ مَنَافٍ fit مَنَافِيٌّ; ab عَبْدُ ٱلدَّارِ fit عَبْدَرِيٌّ; ab عُبَيْدُ ٱللّٰهِ fit عُبَيْدِيٌّ, a فَخْرُ ٱلدِّينِ est فَخْرِيٌّ.

Quodsi talium Nominum propriorum compositorum prius sit أَبُو *pater*, إِبْنُ *filius*, aut aliud eiusmodi, Adiectivum a solo secundo deducitur. Sic est زُبَيْرِيٌّ ab إِبْنُ ٱلزُّبَيْرِ, et بَكْرِيٌّ ab أَبُو بَكْرٍ.

CCLXXIX. A Nominibus propriis Locorum compositis, ut بَعْلَ بَكّ *Baalbec*, رَامَ هُرْمُزْ *Ram-Hormuz*, حَضْرَ مَوْتَ *Hadhramaut*, Adiectiva plerumque ita fieri solent, ut a solo primo Nomine deriventur, ut بَعْلِيٌّ. Possunt tamen et a solo secundo Nomine formari, vel ab utroque coniuncto, ut a بَعْلَ بَكّ dicatur *Baalbecanus* et بَكِّيٌّ, بَعْلَبَكِّيٌّ, بَعْلِيٌّ بَكِّيٌّ, ab حَضْرَ مَوْتَ *Hadhramautanus* et حَضْرَمِيٌّ sive حَضْرَمَوِيٌّ.

CCLXXX. Ab omnibus Adiectivis derivatis formari possunt nova Nomina abstracta, qualitatem indicantia Adiectivi, sed quae cogitetur plane remota a subiecto aliquo, quasi per se ipsam exi-

stat. Ita a جَمْعٌ *congregatio*, *collectio*, *Pluralis numerus*, deducitur Adiectivum جَمْعِيٌّ *ad Pluralem pertinens*, et ab eo Nomen formatur abstractum جَمْعِيَّةٌ *qualitas Nominis ea qua est numeri Pluralis.* Cuiusmodi Nomina mera sunt feminina Adiectivorum derivatorum. Eiusdem speciei Nomina sunt مَاهِيَّةٌ *indoles*, *natura rei*, a مَا *quod*, quasi *quidditatem* dicas; كَيْفِيَّةٌ *qualitas*, a كَيْفَ *quomodo?* كَمِّيَّةٌ *quantitas* a كَمْ *quantus.* Sunt tamen nonnulla huius formae Nomina, quorum significatio ab illa indole nonnihil recedit. Tale est [quod a كُتُبِيٌّ *librarius* (vid. § CCLXXIV.) deducitur Nomen كُتُبِيَّةٌ *bibliotheca.*

---

# CAPVT TERTIVM.

## DE NOMINE DIMINVTIVO.

CCLXXXI. Nomen diminutivum (تَصْغِيرٌ *diminutio* et إِسْمٌ مُصَغَّرٌ *nomen diminutum*) a trilitero est formae فُعَيْلٌ, a quadrilitero formae فُعَيْلِلٌ. Sic est عُبَيْدٌ *servulus* ab عَبْدٌ *servus*, عُقَيْرِبٌ *parvus scorpio*, ab عَقْرَبٌ *scorpio.*

Formam diminutivi a nomine quadrilitero recipiunt et Adiectiva formae أَفْعَلُ, ut أُزَيْرِقُ ab أَزْرَقُ *coeruleus*, أُبَيِّضُ ab أَبْيَضُ *albus*, أُسَيْوِدُ sive أُسَيِّدُ (§. CXIII.) ab أَسْوَدُ *niger.*

CCLXXXII. Feminina, quae in ة, ى breve, aut ا cum Medda exeunt, servant suas terminationes in diminutivis. Ita a قَلْعَةٌ *arx*, *castellum*, fit قُلَيْعَةٌ; a حُبْلَى *praegnans*, حُبَيْلَى; a حَمْرَآءُ *rubra*, حُمَيْرَآءُ.

CCLXXXIII. Quodsi Nomen primitivum triliterum est generis feminei, sed formae masculinae, ut شمس *sol*, أرض *terra*; diminutivum est formae فعيلة. Vt شميسة *sol parvus*, أريضة *parva terra.* Si vero est quadriliterum; diminutivum non assumit ة characteristicum feminini. Sic a زينب *Zeinab*, nomine proprio feminae, diminutivum formatur زيينب.

CCLXXXIV. Si Nomen primitivum radicalium suarum aliquam amiserit, ea in diminutivo redire solet; ac si litera abiecta in primitivo compensata fuerit alia litera, ea in diminutivo perit. Hinc ab عدة *promissio*, pro وعدة (§. CLXXXI. 3.), et hoc pro وعد, diminutivum est وعيد; ab إسم *nomen*, pro سمو, fit سمي, pro سميو (§. CXIII.); a فم *os, oris*, pro فوه, est فويه *os parvum.* Porro

| | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ab | أب | *pater* | pro | أبو | diminutiv. fit | أبي | pro- | أبيو | |
| — | أخ | *frater* | — | أخو | — | أخي | — | أخيو | |
| — | دم | *sanguis* | — | دمو | — | دمي | — | دميو | |
| — | إبن | *filius* | — | بنو | — | بني | — | بنيو | secundum regulas permutationis §. CXIII. |
| — | بنت | *filia* | — | بنوة | — | بنية | — | بنيوة | |
| — | أخت | *soror* | — | أخوة | — | أخية | — | أخيوة | |
| — | عصا | *baculus* | — | عصو | — | عصي | — | عصيو | |
| — | فتى | *iuvenis* | — | فتى | — | فتي | — | فتيي | |

CCLXXXV. Quodsi in primitivo literarum radicalium ا و ى aliqua, secundum canones permutationis illarum in aliam tran-

sierit; in diminutivo litera radicalis primitiva redit. Ita a بَابٌ *porta,* pro بَوَبٌ, diminutivum est بُوَيْبٌ; a مِيزَانٌ *libra,* quod a وَزَنَ *libravit* descendit, diminutivum fit مُوَيْزِينٌ; a مُوسِرٌ *opulentus,* cuius radix est يَسَرَ, formatur diminutivum مُيَيْسِرٌ; a قِيرَاطٌ *siliqua, κεράτιον,* pro قِرَّاطٌ, diminutivum est قُرَيْرِيطٌ.

Fit tamen nonnumquam, ut, quando secunda diminutivi litera ى esse deberet, ei substituatur و, ob praecedens Dhamma. Ita a شَيْءٌ *res* fit شُوَيْئَةٌ, pro شُيَيْئَةٌ; a شَيْخٌ *senex,* est شُوَيْخٌ; a بَيْتٌ *domus* fit بُوَيْتٌ. Rectius tamen dicitur شُيَيْخٌ et بُيَيْتٌ.

CCLXXXVI. Nomen primitivum a radice trilitera derivatum, si praeter tres radicales habeat post primam ا quiescens insertum, diminutivum facit formae فُوَيْعِلٌ, ا in و mutato. Sic a طَابَقٌ *sartago* fit طُوَيْبِقٌ; a فَارِسٌ *eques* est فُوَيْرِسٌ.

Nomina huius formae a radicibus secundam radicalem geminantibus deducta, quae proinde post literam protractionis *Teschdid* habent, ut خَاصٌّ *proprius,* دَابَّةٌ *bestia,* in diminutivo servant Teschdid, etsi ى dschezmatum praecedat, ut sit خُوَيْصٌّ, دُوَيْبَّةٌ, quum secundum regulam (§. CLXII.) vel contracte خُوَيْصٌ et دُوَيْبَةٌ, vel sine contractione خُوَيْصِصٌ et دُوَيْبِبَةٌ dici deberet.

CCLXXXVII. Nomen primitivum a radice trilitera derivatum, quod praeter tres radicales secundam inter et tertiam radicalem habet ا, و vel ى quiescens insertum, diminutivum facit formae فُعَيِّلٌ. Sic a غُلَامٌ *puer, servus,* est غُلَيِّمٌ; a ظَلِيمٌ *struthiocamelus mas,* fit ظُلَيِّمٌ; a جَمَاعَةٌ *turba, agmen,* fit جُمَيِّعَةٌ; a جُلُوسٌ *consessus* fit جُلَيِّسٌ. Eandem diminutivi formam habent voces quadriliterae, quarum tertia litera est و per Vocalem enuntiata. Ita a

جَدْوَلٌ *rivus* diminutivum est جُدَيِّلٌ pro جُدَيْوِلٌ, et ab أَسْوَدُ *niger* أُسَيِّدُ pro أُسَيْوِدُ.

CCLXXXVIII. Diminutiva a radice trilitera derivata, cuius tertia radicalis est ى, assumunt nonnunquam in fine ة. Sic a رَحًى *mola* diminutivum formatur رُحَيَّةٌ; a شَيْءٌ *res*, شُوَيَّةٌ.

CCLXXXIX. Quodsi nomen primitivum plures, quam quatuor, literas habeat, quarum quarta est quiescens ا و ى, ea in diminutivo, ob praecedens Kesre transit in ى (vid. §. LXXV.), ut diminutivum tunc sit formae مُفَيْعِيلٌ. Sic a مِفْتَاحٌ *clavis*, fit مُفَيْتِيحٌ.

CCXC. 1. Nomina, quae quatuor pluribusve literis radicalibus habent syllabam انْ in fine additam, diminutiva ita formant, ut illa nullam subeat mutationem. Sic a زَعْفَرَانٌ *crocus* diminutivum est زُعَيْفِرَانٌ.

2. Eandem rationem in formandis diminutivis sequuntur Adiectiva denominativa a primitivis quadriliteris. Sic ab عَبْقَرِيٌّ *perfectus in omni genere* diminutivum est عُبَيْقِرِيٌّ.

3. Nomina quaedam in ـَانْ terminata, quae ut quadrilitera tractantur, et proinde Pluralem irregularem habent formae فَعَالِيلُ, qualia sunt سُلْطَانٌ, *dominator*, سِرْحَانٌ *lupus*, شَيْطَانٌ *Satanas*, رَيْحَانٌ *ocimum*, quorum Pluralia sunt سَلَاطِينُ, سَرَاحِينُ, شَيَاطِينُ, رَيَاحِينُ, diminutiva similiter ita faciunt, ut syllaba terminalis non mutata servetur. Sunt itaque سُلَيْطِينُ *parvi dominatores*, سُرَيْحِينُ *parvi lupi* rel.

CCXCI. Pauca quaedam diminutiva formantur modo plane singulari, ut مُغَيْرِبَانٌ a مَغْرِبٌ *plaga occidentalis*, أُنَيْسِيَانٌ ab إِنْسَانٌ

*homo,* لُيَيْلِيَةٌ a لَيْلَةٌ *nox,* رُوَيْجِلٌ a رَجُلٌ *vir,* أُبَيْنُونَ a بَنُونَ, Plurali nominis إِبْنٌ *filius,* et أُغَيْلِمَةٌ a غِلْمَةٌ, Plurali nominis غُلَامٌ *adolescens, famulus.*

CCXCII. Notanda praeterea est singularis diminutivi forma, تَصْغِيرُ ٱلتَّرْخِيمِ *diminutivum aphaereseos* sive *apocopatum,* appellata, qua primitivum, si a radice trilitera descendat, ad tres literas radicales revocatur, unde diminutivum formae, فُعَيْلٌ fit; quodsi vero primitivum a radice quadrilitera deductum sit, ad quatuor suas literas radicales revocatur, et diminutivum est formae فُعَيْعِلٌ. Hinc

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| a | مِعْطَفٌ *pallium* | diminutivum | fit | عُطَيْفٌ |
| — | أَسْوَدُ *niger* | — | — | سُوَيْدٌ |
| — | حَارِثٌ *Hareth* | — | — | حُرَيْثٌ |
| — | قِرْطَاسٌ *charta* | — | — | قُرَيْطِسٌ |
| — | عُصْفُورٌ *passer* | — | — | عُصَيْفِرٌ |

Vnde ratio patet, cur plura primitiva subinde unum idemque diminutivum commune habeant. Sic حُمَيْدٌ est diminutivum a حَامِدٌ *Hamed,* أَحْمَدُ *Ahmed,* حَمْدَانُ *Hamdan,* حُمَادٌ *Homad,* et مَحْمُودٌ *Mahmud.*

# CAPVT QVARTVM.

## DE GENERE NOMINVM.

CCXCIII. Genvs in Nominibus, ut in Verbis (§. CXXXIII. 5.) est triplex, masculinum, femininum, et commune.

CCXCIV. Vt internoscas Nomina masculina a femininis, nosse sufficit, quibus notis cognoscantur feminina.

Nomina feminina cognoscuntur vel ex significatione, vel ex terminatione.

CCXCV. *Feminina* sunt ex *significatione*

1. Nomina mulierum, et quae mulieribus tantum conveniunt, ut هِنْدٌ *Hinda*, مَرْيَمُ *Maria*, أُمٌّ *mater*, أُخْتٌ *soror*, عَرُوسٌ *sponsa*, حَايِلٌ *utero praegnans*. = pregnant

2. Nomina regionum et urbium, ut مِصْرُ *Aegyptus*, اَلشَّامُ *Syria*, مُخَا *Mokha*, عَدَنُ *Aden*.

3. Nomina geminorum membrorum, ut عَيْنٌ *oculus*, كَتِفٌ *humerus*, يَدٌ *manus*, رِجْلٌ *pes*.

CCXCVI. Ex *terminatione* sunt feminina

1. Terminata ةٌ, ut قَصْعَةٌ *scutella*, خِلَالَةٌ *amicitia*, جَنَّةٌ *hortus*, صَغِيرَةٌ *parva*, طَيِّبَةٌ *bona*.

2. Terminata ا servili, ut كِبْرِيَآءُ *superbia*, مَشْيُوخَآءُ *multitudo senum, senes*, صَحْرَآءُ *desertum*, حَمْرَآءُ *rubra*.

3. Terminata ى servili quiescente instar Eliph, ut ذِكْرَى *recordatio*, أُولَى *prima*, طُولَى *longissima*, دُنْيَا pro دُنْيَى *mundus*.

CCXCVII. Nomina reliqua, quae alias quam modo indicatas formas habent, sunt *masculina*, ut قَمَرٌ *luna*, بَيْتٌ *domus*. Dantur tamen Nomina, quae usu sunt feminina, quamvis talia neque sint terminatione, neque ratione significationis accensenda iis quae supra §. CCXCV. descripsimus; ut شَمْسٌ *sol*, دَارٌ *habitaculum*, رِيحٌ *ventus*, خَمْرٌ *vinum*, et alia, quorum indicem infra §. CCC. dabimus. Vicissim pauca quaedam Nomina, in ةٌ terminata, sunt

masculina, ut notissimum illud خَلِيفَةٌ *successor, vicarius*, et omnia Adiectiva verbalia, quae in ة terminantur, de quibus supra §. CCLXIII.

CCXCVIII. Literarum nomina, ut أَلِفٌ, بَآءٌ rel. generis sunt communis; frequentius tamen ut feminina tractantur.

CCXCIX. Sunt et alia Nomina, quae utrumque genus recipiunt, sive communia sunt. Talia sunt Adiectiva verbalia formarum فَعُولٌ, فَعِيلٌ, مِفْعَلَةٌ, مِفْعَالٌ, مِفْعِيلٌ. E Nominibus formae فَعُولٌ ea tantum sunt communia, quorum significatus respondet significationi Activi Verbi, unde derivatur. Sic كَذُوبٌ est *mendax* tam *vir*, quam *femina*; صَبُورٌ *patiens* tam *vir*, quam *femina*. Contra e Nominibus formae فَعِيلٌ communia sunt tantum illa quorum significatus convenit cum significatione Passivi Verbi, unde descendunt ut قَتِيلٌ *occisus* et *occisa*. Alia quaedam de Nominibus harum formarum, ratione generis, notanda, vide Capite sequenti §. CCCV. 1.

CCC. Subiicimus indicem Nominum tam eorum, quae sunt generis feminei, nec tamen terminatiouem femininam habent, quam eorum, quae generis sunt communis, utrumque ad seriem literarum compositum.

*Nomina feminina forma masculina.*

| | | |
|---|---|---|
| أُذْنٌ *Auris* | أَفْعَى *Vipera* | جَهَنَّمُ *Infernum* |
| أَرْضٌ *Terra* | أُمٌّ *Mater* | حَرْبٌ *Bellum* |
| أَرْنَبٌ *Lepus* | بِئْرٌ *Puteus* | خَمْرٌ *Vinum* |
| إِسْتٌ *Fundamentum* | ثَعْلَبٌ *Vulpis* | دَارٌ *Domus* |
| أَصْبَعٌ *Digitus* | جَحِيمٌ *Infernum* | دِرْعٌ *Lorica ferrea* |

دَلْوٌ *Situla*
ذِرَاعٌ *Brachium*
ذَهَبٌ *Aurum*
رِجْلٌ *Pes*
رِيحٌ *Ventus*
سَاقٌ *Crus*
سَرَاوِيلُ *Femoralia*
سَقَرُ *Infernum*
سِنٌّ *Aetas*
شَعِيرٌ *Hordeum*
شِمَالٌ *Sinistra manus*
شَمْسٌ *Sol*
ضَبُعٌ *Hyaena*
ضَرْبٌ *Ictus*
عَرُوضٌ *Pedum in carmine mensura*

عَصًا *Baculus*
عَضُدٌ *Brachium*
عَقِبٌ *Calx pedis*
عَقْرَبٌ *Scorpio*
عَنْكَبُوتٌ *Aranea*
عَيْنٌ *Oculus, fons*
فَأْسٌ *Securis*
فَخِذٌ *Femur*
فِرْدَوْسٌ *Hortus*
فَرَسٌ *Equus*
فُلْكٌ *Navis*
فِهْرٌ *Mortarium*
فُولٌ *Faba*
قَدَمٌ *Pes*
قَوْسٌ *Arcus*
كَأْسٌ *Poculum*

كَبِدٌ *Iecur*
كِتْفٌ *Humerus*
كَرِشٌ *Ventriculus*
كَفٌّ *Manus*
لَظَى *Ign. infernal.*
مِلْحٌ *Sal*
مَنْجَنِيقٌ *Machina bellica*
مُوسًى *Novacula*
نَارٌ *Ignis*
نَعْلٌ *Solea, calceus*
نَفْسٌ *Anima*
وَرِكٌ *Coxa*
يَدٌ *Manus*
يَمِينٌ *Iusiurandum*
يَنْبُوعٌ *Scaturigo*

*Nomina Communia.*

ثَرًى *Terra*
حَالٌ *Status*
سُلْطَانٌ *Potestas*
سِلْمٌ s. سَلْمٌ *Pax*
قِدْرٌ *Lebes*
قَفًا *Postica pars cervicis*

| | | |
|---|---|---|
| رَحِمٌ *Vterus* | سَمَآءٌ *Coelum* | لِسَانٌ *Lingua* |
| سَبِيلٌ *Semita* | ضُحًى *Diei pars illustris* | لَيْثٌ *Leo* |
| سَكِّينٌ *Culter* | طَرِيقٌ *Via* | مِسْكٌ *Muscus* |
| سِلَاحٌ *Arma* | عُنُقٌ *Cervix* | |

---

# CAPVT QVINTVM.

## DE MOTIONE NOMINVM.

CCCI. Motio, sive Nominis masculini in Femininum conversio, fit additione terminationis femininae ـَةٌ, acciditque Substantivis res potissimum sexum habentes significantibus, ut رَجُلٌ *vir*, رَجُلَةٌ *mulier*, فَتًى *iuvenis*, فَتَاةٌ *iuvenca puella* (pro فَتَيَةٌ §. CIII.), مَالِكٌ *rex*, مَالِكَةٌ *regina*, عَمٌّ *patruus*, عَمَّةٌ *amita*; et Adiectivis, ut كَبِيرٌ *magnus*, كَبِيرَةٌ *magna*, كَرِيمٌ *honorandus*, كَرِيمَةٌ *honoranda*.

CCCII. Adiectiva verbalia formae أَفْعَلُ, quae non sunt Comparativa aut Superlativa, Femininum faciunt formae فَعْلَآءُ, ut أَصْفَرُ *flavus*, صَفْرَآءُ *flava*.

CCCIII. Eiusdem formae أَفْعَلُ Adiectiva verbalia autem cum sunt Comparativa et Superlativa, in Feminino habent formam فُعْلَى, ut أَكْبَرُ *maior* et *maximus*, كُبْرَى *maior femina* et *maxima*; أَطْوَلُ *longior* et *longissimus*, طُولَى *longior femina* et *longissima*.

Eodem pertinent أَوَّلُ (pro أَوْءَلُ, sive وَوَّلُ) *primus*, et آخَرُ (pro أَأْخَرُ) *alius*, quorum Feminina sunt أُولَى et أُخْرَى.

أَحَدٌ *Vnus* Femininum facit إِحْدَى *una*.

CCCIV. Adiectiva verbalia formae فَعْلَانُ Femininum formant فَعْلَى; ut غَضْبَانُ *iratus*, غَضْبَى *irata*, سَكْرَانُ *ebrius*, سَكْرَى *ebria*. In dialecto Asaditarum tamen haec Adiectiva Feminina faciunt غَضْبَانَةٌ et سَكْرَانَةٌ, quasi Masculina essent غَضْبَانٌ et سَكْرَانٌ.

Adiectiva formae فُعْلَانُ, prima radicali Dhammata, Femininum faciunt addito ـَةٌ, ut عُرْيَانٌ *nudus*, عُرْيَانَةٌ *nuda*.

CCCV. 1. Adiectiva verbalia formarum فَعُولٌ et فَعِيلٌ, quae, ut supra (§. CCXCIX.) vidimus, saepe sunt generis communis, haud raro tamen terminationem ـَةٌ assumunt ad Femininum indicandum. Et Adiectiva quidem formae فَعُولٌ, cum significationem passivam habent, utrumque genus semper distinguunt varia forma, ut رَسُولٌ *missus*, رَسُولَةٌ *missa;* si vero significatio sit neutra vel activa, ut كَذُوبٌ *mendax*, شَكُورٌ *gratias multum agens*, غَشُومٌ *violenter agens*, generis sunt communis, ubi Substantivum, ad quod pertinent, exprimitur, cum autem omittitur, si sit femininum, Adiectivum formae فَعُولٌ ad illud pertinens terminationem femininam assumit. Adiectiva formae فَعِيلٌ, cum significationem activam vel neutram habent, ut نَصِيرٌ *adiuvans*, عَفِيفٌ *abstinens a vetito*, genus distinguunt forma; si vero significatio sit passiva, ut حَبِيبٌ *amatus*, قَتِيلٌ *occisus*, non distinguitur genus, nisi cum Substantivum, ad quod spectant, subaudiatur.

2. Adiectiva verbalia formarum فَعَّالَةٌ, فِعَالَةٌ, فَعُولَةٌ, فَعَلَةٌ, مِفْعَلَةٌ, مِفْعَالٌ et مِفْعِيلٌ sunt generis communis. مِسْكِينٌ *Pauper* ta-

men Femininum et facit مِسْكِينَةٌ. Adiectiva formarum فَعَّالٌ, فُعَّالٌ, فِعِّيلٌ, مِفْعَلٌ et alia, Femininum faciunt adscita terminatione ـَةٌ.

CCCVI. Neutrum genus Arabes non agnoscunt. Adiectiva neutra substantive usurpata exprimunt per Feminina; وَاحِدَةٌ تَعْوِزُكَ *unum deest tibi.* Sed de his plura in Syntaxi.

---

# CAPVT SEXTVM.

## DE NVMERO.

CCCVII. Nvmeri Nominum, ut Verborum (§. CXXXIII. 4.), sunt *tres*, Singularis, Dualis et Pluralis.

CCCVIII. Dvalis a Singulari formatur adiecto ـَانِ, suppressa Nunnatione literae ultimae Singularis, ut a رَجُلٌ *vir* fit رَجُلَانِ *duo viri* In Nominibus vero quae in ةٌ terminantur, id in تَ transit, ut ab أُمَّةٌ *populus* أُمَّتَانِ *duo populi.*

CCCIX. Singularis ubi ا vel ى brevi terminatur, quod pro و vel ى est substitutum (§. XCII. et CIV.); in Duali formando litera radicalis redit fitque mobilis. Vt فَتًى (pro فَتَيٌ) *adolescens,* فَتَيَانِ *duo adolescentes;* ذِكْرَى (pro ذِكْرَيٌ) *commemoratio,* ذِكْرَيَانِ *duae commemorationes;* عَصًا (pro عَصَوٌ *fustis*), عَصَوَانِ *duo fustes.*

In Nominibus triliteris in Duali litera radicalis ipsa redit, sive sit و sive ى. Si vero Nomen pluribus, quam tribus, literis constat, و mutatur in ى. Sic مَرْضِيٌّ *gratus habitus, acceptus,* a رَضِوَ, Dualem facit non مَرْضَوَانِ, sed مَرْضَيَانِ.

CCCX. Adiectiva feminina formae فَعْلَاءُ (§. CCCI.) in Duali Hamza mutant in و, ut صَفْرَآءُ *flava* صَفْرَاوَانِ *duae flavae.*

CCCXI. Quodsi in fine Nominis Hamza, praecedente Eliph protractionis, locum occupat و vel ى radicalis (§. CXIV.), vel si literis radicalibus additum est ad formandum derivatum, ut in حِرْبَآءُ *chamaeleon* (§. CCXLII. 1.), potest in Duali formando Hamza pro lubitu vel servari, vel in و mutari. Sic a رِدَآءُ (pro رِدَاىٌ) *pallium,* Dualis esse potest رِدَاءَانِ et رِدَاوَانِ. Si Hamza sit radicale, servari debet; ut a قَرَّآءُ *egregie legens,* قَرَّاءَانِ.

CCCXII. Cum ى radicale in Singulari ob Nunnationem abiicitur (§. CVI.), ut in رَامٍ *iaculator,* in Duali redit, qui igitur in hoc nomine est رَامِيَانِ. Quod ipsum valet de و tertia radicali in Singulari in Nominibus nonnullis suppressa, ut in أَبٌ *pater* pro أَبَوٌ, et in أَخٌ *frater* pro أَخَوٌ, quae Dualem faciunt أَبَوَانِ et أَخَوَانِ. Nomen يَدٌ *manus,* pro يَدَىٌ, Dualem facit يَدَانِ. Ab إِبْنٌ *filius,* Dualis est إِبْنَانِ, et ab إِسْمٌ *nomen* إِسْمَانِ, quemadmodum إِثْنَانِ *duo* dicitur a radice ثَنَى. Dualis nominis بِنْتٌ *filia,* pro إِبْنَةٌ, est ابْنَتَانِ.

CCCXIII. Quodsi tertia radicalis, sive sit و vel ى, sive ه, in Singulari abiiciatur et per ة compensetur, in Duali non redit. Sic لُغَةٌ *loquela,* pro لُغْوٌ, Dualem habet لُغَتَانِ; شَفَةٌ *labium,* pro شَفَهٌ, شَفَتَانِ. سَنَةٌ *annus,* pro سَنْهَةٌ, سَنَتَانِ.

CCCXIV. Pluralis fit a Singulari dupliciter, perfecte, et imperfecte, unde Pluralis est alius, quem Arabes vocant *perfectum* sive *sanum* (جَمْعٌ صَحِيحٌ sive جَمْعٌ سَالِمٌ), quia literas omnes et Vocales Singularis non mutatas servat; alius, irregularis,

quem ipsi *fractum* appellant (جَمْعٌ مُكَسَّرٌ sive جَمْعُ ٱلتَّكْسِيرِ), propterea quod formam Singularis pluribus modis mutatam exhibet.

CCCXV. Pluralem *regularem*, sive *sanum*, Masculina faciunt addito ـُونَ, loco Nunnationis ـٌ, qua Singularis terminatur, Feminina vero mutata terminatione ـَةٌ in ـَاتٌ. Sic a سَارِقٌ *fur*, Pluralis est سَارِقُونَ, a نَبِيَّةٌ *prophetissa*, نَبِيَّاتٌ. Si Femininum in Singulari non terminetur ـَةٌ, in Pluralis solum ـَاتٌ loco Vocalis terminalis Singularis additur, ut a مَرْيَمُ *Maria* fit مَرْيَمَاتٌ.

CCCXVI. Masculina terminata ى quiescente post Kesre aut Fatha (§. CIV. et CVI.) id una cum Vocali praecedente in Plurali abiiciunt, secundum regulas permutationis literarum ا, و et ى (§. CXI. CXII.). Vnde a قَاضٍ (pro قَاضِيٌ) *iudex* Pluralis fit قَاضُونَ pro قَاضِيُونَ; a مُوسَى *Moses* مُوسَوْنَ pro مُوسَيُونَ; a مُصْطَفًى *electus*, مُصْطَفَوْنَ, pro مُصْطَفَيُونَ.

CCCXVII. 1. Feminina formae فَعْلٌ aut فَعْلَةٌ, a Verbis regularibus derivata, in Plurali Dschezma secundae radicalis mutant in Fatha. Sic a دَعْدٌ *Dad*, nomine proprio feminae, fit دَعَدَاتٌ; a قَصْعَةٌ *scutella*, قَصَعَاتٌ.

2. Feminina formae فُعْلٌ aut فُعْلَةٌ in Plurali Dschezma secundae radicalis vel servant vel in Dhamma aut Fatha mutant. Sic ظُلْمَةٌ facit ظُلْمَاتٌ, ظُلُمَاتٌ et ظُلَمَاتٌ.

3. Eadem est ratio Femininorum formae فِعْلٌ aut فِعْلَةٌ, quale est سِدْرَةٌ *lotus*, quod Pluralem facit سِدْرَاتٌ, سِدِرَاتٌ et سِدَرَاتٌ.

Valent haec de solis Nominibus Substantivis. Adiectiva Pluralem faciunt simpliciter mutato ـَةٌ in ـَاتٌ, servatis Vocalibus Singularis.

CCCXVIII. Quodsi Femininum in Singulari ultimam radicalem quiescentem habeat, Vocali sua amissa, ut صَلَوةٌ sive صَلَاةٌ pro صَلَوَةٌ *precatio*, عَزْوَةٌ pro غَزَوَةٌ *expeditio militaris*, مَرْمَاةٌ pro مَرْمِيَةٌ *proiecta*, مَرْضَاةٌ pro مَرْضَوَةٌ *grata, accepta;* in Plurali و et ى redit; si in Singulari in ا transierit, Vocali sua restituta; unde Nomina illa Pluralem faciunt صَلَوَاتٌ, غَزَوَاتٌ, مَرْمَيَاتٌ, مَرْضَيَاتٌ.

CCCXIX. Feminina, quae in Singulari literam finalem *Hamza* habent, Pluralem formant eodem modo, quo Dualem (§. CCCX.). Hinc a سَمَآءٌ *coelum* fit سَمَوَاتٌ; a سَقَّاءَةٌ *quae aquam defert*, سَقَّاءَاتٌ sive سَقَّاوَاتٌ, a قِرَاءَةٌ *lectio*, قِرَاءَاتٌ.

CCCXX. Nomina propria hominum eorumque diminutiva, nec non Adiectiva verbalia, quorum Femininum a Masculino addito ة formatur, atque Adiectiva formae أَفْعَلُ significatum superlativum habentia, Pluralem faciunt regularem, sive *sanum;* e reliquis Adiectivis illa tantum, quae de rationabilibus praedicantur. Vnde كُمَيْتٌ *ex nigro rufus*, quod nonnisi de equo spadiceo dicitur, Pluralem non habet sanum. Nomina appellativa, Adiectiva formae أَفْعَلُ, quae Femininum فَعْلَآءُ formant, Adiectiva formae فَعْلَانُ, quae Femininum فَعْلَى faciunt, Adiectiva formarum فَعُولٌ et فَعِيلٌ, et alia, quae sunt generis communis, Pluralem habent irregularem, sive *fractum.* Verum et illa ipsa Nomina, tam Substantiva, quam Adiectiva, quae Pluralem faciunt regularem, praeterea et Plurales irregulares formant.

Attamen et Nominum appellativorum diminutiva admittunt Pluralem regularem. Sic رُجَيْلٌ *vir parvulus* Pluralem habet رُجَيْلُونَ. Porro a regula supra tradita excipiuntur quoque Nomina

عَالَمٌ *mundus*, أَرْضٌ *terra*, أَهْلٌ *familia*, ذُو *possessor*, *praeditus*, et alia quaedam, quae Pluralem faciunt عَالَمُونَ, أَرَضُونَ, أَهْلُونَ, ذَوُونَ, pro quo tamen et أُلُوا dicitur.

CCCXXI. Nomina propria feminarum, nec non Adiectiva, quorum Pluralis Masculinus est regularis, formant suum Pluralem Femininum regularem, sive *sanum.* Quod ipsum valet de pluribus Nominibus appellativis, et iis quoque, quae Singularem habent Masculinum; ita حَمَّامَاتٌ *thermae*, est a Singulari حَمَّامٌ, atque مُحَرَّمَاتٌ et رَمَضَانَاتٌ fiunt a Singularibus مُحَرَّمٌ *Moharram* et رَمَضَانُ *Ramadhan*, quae sunt mensium nomina.

CCCXXII. Nomina actionis feminina, nec non a Coniugationibus derivatis deducta, Pluralem Femininum regularem habere solent; ut تَعْرِيفٌ *definitio*, تَعْرِيفَاتٌ; إِصْطِلَاحٌ *vox technica*, إِصْطِلَاحَاتٌ; تَقَلُّبَاتٌ *conversiones*, مُكَاتَبَاتٌ *literarum commercia.*

CCCXXIII. Plura Nomina Masculina ex aliis linguis recepta Pluralem faciunt Femininum, ut أَغَا *Aga*, أَغَوَاتٌ; بَاشَا *Pascha*, بَاشَوَاتٌ; قُنْصُوا *Consul*, قُنْصُوَاتٌ.

CCCXXIV. Vicissim plura Nomina Feminina Pluralem habent Masculinum regularem, illa praesertim, in quibus tertia radicalis و, ى, vel ه suppressa, sed per ة est compensata. Sic a سَنَةٌ (pro سَنْهَةٌ) *annus* Pluralis est سِنُونَ; a بُرَةٌ (pro بُرْوَةٌ) *annulus, armilla*, بُرُونَ; a كُرَةٌ (pro كُرْوٌ) *globus, sphaera*, كُرُونَ et كِرُونَ; a عِضَةٌ (pro عِضْهَةٌ) *frutex spinosus*, عِضُونَ, quod ipsum est Pluralis a Singulari عِضَةٌ (pro عِضْوَةٌ) *mendacium.* Plura tamen horum Nominum habent et Pluralem Femininum regularem, ut كُرَاتٌ, سَنَوَاتٌ et لُغَاتٌ a لُغَةٌ *sermo, idioma.*

CCCXXV. Pluralis *irregularis* sive *fracti* (§. CCCXIV.) for-

mae sunt complures Nominum tam Substantivorum, quam Adiectivorum. Formae autem eius praecipuae e Singularibus radicum triliterarum eorumque Femininis ortae, sunt XXVII., videlicet

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | فُعَلٌ | 8 | فَعَلَةٌ | 15 | فَوَاعِلُ | 22 | فَعَالِى |
| 2 | فُعْلٌ | 9 | فُعَلَةٌ | 16 | فَعَائِلُ | 23 | فَعَالَى |
| 3 | فُعُلٌ | 10 | فِعَلَةٌ | 17 | فِعْلَانٌ | 24 | فَعِيلٌ |
| 4 | فِعَلٌ | 11 | فِعْلَةٌ | 18 | فُعْلَانٌ | 25 | فُعُولَةٌ |
| 5 | فِعَالٌ | 12 | أَفْعُلٌ | 19 | فُعَلَآءُ | 26 | فِعَالَةٌ |
| 6 | فُعُولٌ | 13 | أَفْعَالٌ | 20 | أَفْعِلَآءُ | 27 | فَعَلٌ |
| 7 | فُعَّلٌ sive فُعَّالٌ | 14 | أَفْعِلَةٌ | 21 | فَعْلَى | | |

Quae singulae Pluralis formae ad quosnam Singulares referantur, exemplis propositis docebimus.

## I. فُعَلٌ

fit 1. a Singularibus فُعْلَةٌ et فُعْلَى, Femininis Adiectivorum formae أَفْعَلُ: ut a غُرْفَةٌ *coenaculum*, غُرَفٌ, a غُرَّةٌ (pro غُرْرَةٌ) *candicans macula in fronte equi*, غُرَرٌ, a كُبْرَى *maxima*, كُبَرٌ *maximae*.

2. A nonnullis Singularibus formarum فَعْلَةٌ et فِعْلَةٌ: ut a قَرْيَةٌ *pagus*, قُرًى (pro قُرَىٌ §. CIV.), a لِحْيَةٌ *barba*, لُحًى (pro لُحَىٌ).

## II. فُعْلٌ

fit ab Adiectivis Masculinis formae أَفْعَلُ, quae non sunt Comparativa et Superlativa, eorumque Femininis formae فَعْلَآءُ: ut ab أَحْمَرُ eiusque Feminino حَمْرَآءُ *ruber, rubra*, ab أَبْيَضُ eiusque Feminino بَيْضَآءُ *candidus, a*, بِيضٌ (pro بُيْضٌ §.CVIII.) *candidi, ae*

## III. فُعُلٌ

fit 1. a Singularibus formarum فِعَالٌ et فَعَالٌ, a radicibus, quae nec secundam geminatam, nec tertiam و vel ى habent, nec non a Singularibus formarum فَعِيلٌ, فَعِيلَةٌ et فَعُولٌ, quae non a radicibus tertiae و vel ى descendunt; ut a كِتَابٌ *liber*, كُتُبٌ; a سَرِيرٌ *solium* سُرُرٌ; ab عَمُودٌ *columna*, عُمُدٌ; a سَفِينَةٌ *navis*, سُفُنٌ; a صَحِيفَةٌ *folium libri*, صُحُفٌ.

2. A nonnullis Singularibus formarum فِعْلٌ, فَعَلٌ et فُعْلَةٌ: ut a نِمْرٌ *pardus*, نُمُرٌ; ab أَسَدٌ *leo*, أُسُدٌ; a بُسْرَةٌ *dactylus maturescere incipiens*, بُسُرٌ.

3. Ab Adiectivis Verbalibus formarum فَعِيلٌ et فَعُولٌ, quae non sunt passivae significationis, ut a نَذِيرٌ *monitor*, نُذُرٌ; a صَبُورٌ *patiens*, صُبُرٌ; et ab ipsis quoque passivis, ut a رَسُولٌ *missus*, *legatus*, رُسُلٌ.

Secunda radicalis pro *Dhamma* et recipit *Dschezma*, praesertim si illa sit و; si vero sit ى, Dhamma primae radicalis in *Kesre* mutatur, ut a سَيَالٌ *carduus lacteus* Pluralis fit سُيُلٌ, et contracte سِيلٌ.

## IV. فِعَلٌ

fit a Singulari فِعْلَةٌ, ut a قِرْبَةٌ *uter*, *utris*, قِرَبٌ; a سِكَّةٌ *moneta*, سِكَكٌ; a بِيعَةٌ *templum*, *ecclesia*, بِيَعٌ.

## V. فِعَالٌ

fit 1. a Singularibus formarum فَعْلٌ, فِعْلٌ, فُعْلٌ, فَعَلٌ, فَعَلَةٌ et فَعْلَةٌ; ut a كَعْبٌ *talus*, كِعَابٌ; a قِدْحٌ *sagitta*, قِدَاحٌ; a رُمْحٌ

*hasta*, رِمَاحٌ; a رَجُلٌ *vir*, رِجَالٌ; a قَصْعَةٌ *scutella*, قِصَاعٌ; a رُقْعَةٌ *panniculus*, *scheda*, رِقَاعٌ; a ثَوْبٌ *vestis*, ثِيَابٌ; a ذِئْبٌ *lupus*, ذِئَابٌ.

2. A Singularibus formarum فَعَلٌ et فَعَلَةٌ, quae nec a radicibus secundam geminantibus, nec tertiae و vel ى descendunt; ut a جَبَلٌ *mons*, جِبَالٌ; a رَقَبَةٌ *collum*, رِقَابٌ.

3. Ab Adiectivis فَعِيلٌ et فَعِيلَةٌ, si non sint passivae significationis, ut a شَرِيفٌ et شَرِيفَةٌ *nobilis*, شِرَافٌ.

4. Ab Adiectivis formarum فَعْلَانٌ et فَعْلَانَةٌ, فُعْلَانٌ et فُعْلَانَةٌ; ut a نَدْمَانٌ et نَدْمَانَةٌ *poenitens*, نِدَامٌ; a خُمْصَانٌ et خُمْصَانَةٌ *esuriens*, خِمَاصٌ.

### VI. فُعُولٌ

fit a Singularibus Substantivis formarum فَعْلٌ, فِعْلٌ, فُعْلٌ, فَعَلٌ et فَعِلٌ, rarius ab Adiectivis فَاعِلٌ. Vt a بَحْرٌ *mare*, بُحُورٌ; a ضِرْسٌ *dens*, ضُرُوسٌ; a جُنْدٌ *exercitus*, جُنُودٌ; ab أَسَدٌ *leo*, أُسُودٌ; a كَبِدٌ *iecur*, كُبُودٌ; a شَاهِدٌ *testis*, شُهُودٌ. Huc pertinent بُكِيٌّ et بِكِيٌّ pro بُكُويٌ (§. XCVI.), a بَاكٍ *plorans*; جُثِيٌّ et جِثِيٌّ, pro جُثُوىٌ, a Singulari جَاثٍ *genubus incumbens*.

### VII. فُعَّلٌ et فُعَّالٌ

fit ab Adiectivis verbalibus formae فَاعِلٌ et فَاعِلَةٌ; sed فُعَّالٌ a Masculinis tantum: ut a كَاتِبٌ *scriba*, كُتَّابٌ; a حَاكِمٌ *iudex*, حُكَّمٌ et حُكَّامٌ; a بَاهِلَةٌ *camela libera dimissa*, بُهَّلٌ.

### VIII. فَعَلَةٌ

fit ab Adiectivis rationalia significantibus formae فَاعِلٌ, si ultima

radicalis non sit و vel ى; ut a كَامِلٌ *perfectus*, كَمَلَةٌ; a وَارِثٌ *haeres*, وَرَثَةٌ; a بَارٌّ (pro بَارِرٌ) *innocens*, بَرَرَةٌ.

## IX. فُعَلَةٌ

fit ab Adiectivis rationalia significantibus formae فَاعِلٌ, quiescentis ultima; ut a غَازٍ *pugnator*, *miles*, غُزَاةٌ (pro غُزَوَةٌ); a رَامٍ *proiiciens*, رُمَاةٌ (pro رُمَيَةٌ); a قَاضٍ *iudex*, قُضَاةٌ (pro قُضَيَةٌ).

## X. فِعَلَةٌ

fit a Substantivis formae فُعْلٌ, et a paucis formae فَعْلٌ et فِعْلٌ: ut a كُوزٌ *urceus*, كِوَزَةٌ; a دُبٌّ *ursus*, دِبَبَةٌ; a زَوْجٌ *maritus*, زِوَجَةٌ; a قِرْدٌ *simia*, قِرَدَةٌ.

## XI. فِعْلَةٌ

fit a Nominibus فَعَلٌ, فَعْلٌ, فُعْلٌ, فَعَالٌ, فُعَالٌ et فَعِيلٌ: ut ab أَخٌ (pro أَخَوٌ) *frater*, إِخْوَةٌ; a ثَوْرٌ *taurus*, ثِيرَةٌ; a غُصْنٌ *ramus*, غِصْنَةٌ; a غَزَالٌ *dorcas*, غِزْلَةٌ; a غُلَامٌ *puer*, غِلْمَةٌ; a صَبِيٌّ *infans*, صِبْيَةٌ.

## XII. أَفْعُلٌ

fit 1. a Substantivis Singularibus formae فَعْلٌ, et nonnullis formarum فَعَلٌ, فِعْلٌ et فُعْلٌ, quae non descendunt a radice mediae و vel ى; ut a وَجْهٌ *facies*, أَوْجُهٌ; a دَلْوٌ *situla*, أَدْلٍ, pro أَدْلُوٌ (§. XCIV.); ab عَصًا *baculus*, أَعْصٍ, pro أَعْصُوٌ; a ضِلْعٌ *costa, latus*, أَضْلُعٌ; a رِجْلٌ *pes*, أَرْجُلٌ; a قُفْلٌ *sera*, *pessulus*, أَقْفُلٌ.

2. a Substantivis Femininis, quae non terminantur ة feminino, et quatuor constant literis, quarum penultima est ى و ا quies-

cens et a Masculinis nonnullis eiusdem formae; ut a ذِرَاعٌ *brachium*, أَذْرُعٌ; a يَمِينٌ *iusiurandum*, أَيْمُنٌ.

XIII. أَفْعَالٌ

fit a Substantivis trium literarum cuiusvis formae (rarius tamen a Singularibus formae فَعْلٌ non habentis mediam و vel ى); ut a مَطَرٌ *pluvia*, أَمْطَارٌ; ab إِبِلٌ *camelus*, آبَالٌ pro أَأْبَالٌ (§. LXXXII.); a رَحًا *mola*, أَرْحَاءٌ; a خِثْيٌ *fimus bovis*, أَخْثَاءٌ; ab إِسْمٌ (pro سِمْوٌ) *nomen*, أَسْمَآءٌ; ab إِبْنٌ (pro بَنَوٌ) *filius*, أَبْنَآءٌ; a قُفْلٌ *sera*, *pessulus*, أَقْفَالٌ; a نَمِرٌ *pardus*, أَنْمَارٌ; ab عَضُدٌ *brachium*, أَعْضَادٌ; a طُنُبٌ *funis*, *tendo corporis*, أَطْنَابٌ; a رُطَبٌ *dactylus*, أَرْطَابٌ; a فَرْخٌ *pullus avis*, أَفْرَاخٌ.

2. a Singularibus formae فَعْلٌ, mediae radicalis quiescentis, aut primam radicalem و habentis: ut a سَيْفٌ *ensis*, أَسْيَافٌ; a يَوْمٌ *dies*, أَيَّامٌ, pro أَيْوَامٌ (§. CXIII.); a بَابٌ *ianua*, *porta*, أَبْوَابٌ; a وَقْتٌ *tempus*, أَوْقَاتٌ.

3. ab Adiectivis formae فَاعِلٌ nec non formae فَعِيلٌ, si non sit significationis passivae, atque, rarius tamen, ab aliis nonnullis: ut a طَاهِرٌ *mundus*, أَطْهَارٌ; a شَرِيفٌ *nobilis*, أَشْرَافٌ; a عَدُوٌّ *hostis*, أَعْدَآءٌ; a مَيِّتٌ *mortuus*, أَمْوَاتٌ.

XIV. أَفْعِلَةٌ

fit a pluribus Substantivis quatuor constantibus literis, quarum penultima est ى و ا quiescens, praesertim vero a Nominibus formarum فَعَالٌ et فِعَالٌ, a radicibus vel secundam geminatam, vel tertiam quiescentem و vel ى habentibus: ut a جَنَاحٌ *ala*, أَجْنِحَةٌ; ab إِلَهٌ pro إِلَاهٌ *Deus*, آلِهَةٌ pro أَأْلِهَةٌ (§. LXXXII.); ab عَمُودٌ

*columna*, أَعْمِدَةٌ; a رَغِيفٌ *libum*, أَرْغِفَةٌ; a بَتَاتٌ *suppellex*, أَبِتَّةٌ pro أَبْتِتَةٌ (cf. §. CLXII.); ab إِمَامٌ *antistes*, أَئِمَّةٌ pro أَأْمِمَةٌ; a قَبَاءٌ *tunica virilis brevior*, أَقْبِيَةٌ.

XV. فَوَاعِلُ

fit a Substantivis et Adiectivis formarum فَاعَلٌ et فَاعِلٌ, nec non a Substantivis et Adiectivis Femininis formarum فَاعِلَةٌ et فَاعِلَآءُ: ut a طَابَقٌ *sartago*, طَوَابِقُ; a قَالِبٌ *modus ad quem*, sive *in quo aliquid effingitur*, قَوَالِبُ; a صَاعِقَةٌ *fulmen cum tonitru*, صَوَاعِقُ a قَاصِعَآءُ *foramen muris campestris*, قَوَاصِعُ; a قَادِمَةٌ *penna remex*, قَوَادِمُ. Pluralia Feminina Adiectivorum verbalia formae فَاعِلٌ a radicibus tertia quiescentibus, abiiciunt ى finale, Nunnatione substituta. Ita a جَارِيَةٌ *puella*, et غَانِيَةٌ *puella pudica*, Pluralia fiunt جَوَارٍ et غَوَانٍ pro جَوَارِى et غَوَانِى. Si ob praepositum Articulum, aut statum regiminis tale nomen Nunnatione est privandum, redit ى, unde آلْجَوَارِى est pro أَلْجَوَارِيُ.

XVI. فَوَائِلُ

fit a Femininis harum decem formarum:

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| فَعِيلٌ | فَعُولٌ | فِعَالٌ | فُعَالٌ | فَعَالٌ |
| فَعِيلَةٌ | فَعُولَةٌ | فِعَالَةٌ | فُعَالَةٌ | فَعَالَةٌ |

ut a

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| شَمَالٌ | *septentrio* | شَمَائِلُ | سَحَابَةٌ | *nubes* | سَحَائِبُ |
| عُقَابٌ | *aquila* | عُقَائِبُ | ذُؤَابَةٌ | *antiae* | ذُؤَائِبُ |
| شِمَالٌ | *sinistra* | شَمَائِلُ | رِسَالَةٌ | *epistola* | رِسَائِلُ |
| عَجُوزٌ | *vetula* | عَجَائِزُ | حَمُولَةٌ | *iumentum* | حَمَائِلُ |
| قَصِيدٌ | *poëma* | قَصَائِدُ | عَجِيبَةٌ | *res mira* | عَجَائِبُ |

ى in hac forma ante radicalem ultimam insertum est pro إ, unde signo Hamza notatur, punctis suis diacritiis omissis; cf. §. XLVII.

### XVII. فِعْلَانٌ

fit a Singularibus formarum فُعَالٌ, فَعَالٌ et فُعَلٌ, et nonnullis formarum فَعَلٌ, فُعْلٌ et فَاعِلٌ a radicibus media quiescente: ut a غُلَامٌ *adolescens*, غِلْمَانٌ; a غَزَالٌ *dorcas*, غِزْلَانٌ; a صُرَدٌ *aesalo*, صِرْدَانٌ; a تَاجٌ *corona*, تِيجَانٌ; a حُوتٌ *piscis*, حِيتَانٌ; a حَائِطٌ *paries*, حِيطَانٌ. Praeterea Singularia quaedam aliarum formarum eandem adsciscunt Pluralis formam: ut أَخٌ *frater*, إِخْوَانٌ; صَبِىٌّ *infans*, صِبْيَانٌ; فَتًى *iuvenis*, فِتْيَانٌ; ظَلِيمٌ *struthiocamelus mas*, ظِلْمَانٌ.

### XVIII. فُعْلَانٌ

fit a Singularibus formarum فَعَلٌ, فَعْلٌ, فَعِيلٌ, et ab Adiectivis nonnullis verbalibus formae فَاعِلٌ, quorum media radicalis non est و vel ى: ut a بَلَدٌ *regio, urbs*, بُلْدَانٌ; a بَطْنٌ *venter*, بُطْنَانٌ; a سَقْفٌ *tectum*, سُقْفَانٌ; a رَغِيفٌ *libum*, رُغْفَانٌ; a فَارِسٌ *eques*, فُرْسَانٌ.

### XIX. فُعَلَاءُ

fit ab Adiectivis Masculinis formae فَعِيلٌ, non habentibus significatum passivum, et a nonnullis formae فَاعِلٌ, quorum secunda vel tertia radicalis non est و vel ى, et ratione praeditum notant: ut a فَقِيرٌ *pauper*, فُقَرَاءُ; ab أَمِيرٌ *imperator, princeps*, أُمَرَاءُ; a شَاعِرٌ *poeta*, شُعَرَاءُ. Nomen Masculinum terminatione Feminina, خَلِيفَةٌ *successor, vicarius*, eiusdem formae Pluralem habet, خُلَفَاءُ. Alia etiam nonnulla Singularia aliarum formarum, et ea, quae

tertiam radicalem habent و vel ى, Pluralem eiusdem formae faciunt.

## XX. أَفْعِلَاءُ

fit ab Adiectivis rationalibus formae فَعِيلٌ, sed ab iis potissimum, quae secundam radicalem geminatam, aut mediam vel tertiam و vel ى habent: ut a حَبِيبٌ *dilectus*, أَحِبَّاءُ contracte pro أَحْبِبَاءُ; a شَدِيدٌ *vehemens*, أَشِدَّاءُ pro أَشْدِدَاءُ; a غَنِيٌّ *dives*, أَغْنِيَاءُ; a وَلِيٌّ *amicus*, أَوْلِيَاءُ; et a paucissimis perfectis, ut a صَدِيقٌ *verax*, أَصْدِقَاءُ.

## XXI. فَعْلَى

fit ab Adiectivis formae فَعِيلٌ, et interdum, sed rarius, formarum فَاعِلٌ, فَعِلٌ et أَفْعَلُ, significantibus *dolorem*, *vulnus*, aut *destructionem*: ut a جَرِيحٌ *vulneratus*, جَرْحَى; a قَتِيلٌ *occisus*, قَتْلَى; ab هَالِكٌ *periens*, هَلْكَى; a صَرِيعٌ *prostratus*, صَرْعَى; a مَيِّتٌ *mortuus*, مَوْتَى.

Eandem Pluralis formam recipiunt et Adiectiva formae فَعْلَانُ: ut a كَسْلَانُ *segnis*, كَسْلَى; a غَضْبَانُ *iratus*, غَضْبَى; a غَرْثَانُ *famelicus*, غَرْثَى. Nisi forsan haec Pluralia sint referenda ad Singularia tam usitata, quam inusitata formarum فَعِيلٌ et فَعِلٌ, veluti كَسِيلٌ et غَضِبٌ.

## XXII. فَعَالِى

fit a Substantivis Singularibus formarum فَعْلَاءُ, فَعْلَى, et فِعْلَى, nec non ab Adiectivis femininis formarum فَعْلَاءُ et فُعْلَى: ut a صَحْرَاءُ *campus*, صَحَارِى; ab عَذْرَاءُ *virgo*, عَذَارِى; a ذِفْرَى *cranii pars protuberans*, ذَفَارِى; a حُبْلَى *praegnans femina*, حَبَالِى.

Praeterea et ab أَرْضٌ *terra*, fit Pluralis أَرَاضِى, a لَيْلٌ *nox*, لَيَالِى, et ab أَهْلٌ *familia*, أَهَالِى; vel cum Nunnatione لَيَالٍ et أَهَالٍ.

## XXIII. فَعَالَى

fit 1. ab iisdem Substantivis et Adiectivis, a quibus ea, quae modo praecessit, Pluralis forma: ut ab عَذْرَآءُ *virgo*, عَذَارَى; a ذِفْرَى Afraca *cranii pars protuberans*, ذَفَارَى;

2. ab Adiectivis formae فَعْلَانُ: ut a سَكْرَانُ *ebrius*, سَكَارَى; ab عَجْلَانُ *festinabundus*, عَجَالَى; a غَرْثَانُ *famelicus*, غَرَاثَى. Prima radicalis in hac Pluralis forma recipit quoque Dhamma, si Singularis sit formae فَعْلَانُ: ita a سَكْرَانُ dicitur سَكَارَى et سُكَارَى; a كَسْلَانُ fit كَسَالَى, كُسَالَى, et كِسَالَى;

3. a Femininis formae فَعِيلَةٌ, a radicibus tertia quiescentibus; ut ab هَدِيَّةٌ *donum*, هَدَايَا; a مَنِيَّةٌ *mors*, مَنَايَا. ى finale in ا transit, quod aliud ى praecedit (§. CV.).

## XXIV. فَعِيلٌ

fit a paucis quibusdam Singularibus formarum فَعْلٌ et فِعَالٌ: ut ab عَبْدٌ *servus*, عَبِيدٌ; a حِمَارٌ *asinus*, حَمِيرٌ. Pluralis حَرِيمٌ *feminae* ad Singulare حَرَامٌ *sacrum* referri potest.

## XXV. فُعُولَةٌ

fit a paucis Singularibus formae فَعْلٌ: ut a بَعْلٌ *maritus*, بُعُولَةٌ; a خَيْطٌ *filum*, خُيُوطَةٌ; ab عَمٌّ *patruus*, عُمُومَةٌ.

## XXVI. فِعَالَةٌ

fit a Singularibus formarum فَعَلٌ et فَاعِلٌ: ut a حَجَرٌ *lapis*, حِجَارَةٌ; a صَاحِبٌ *socius*, صِحَابَةٌ; dicitur et صَحَابَةٌ.

## XXVII. فَعَلٌ

fit a paucis Singularibus formarum فَعَلَةٌ, فَعْلَةٌ, et فَاعِلٌ: ut a بَكَرَةٌ *trochlea*, بَكَرٌ; a حَلْقَةٌ *annulus*, حَلَقٌ; a نَاهِلٌ *potans prima vice camelus*, نَهَلٌ; a طَالِبٌ *quaerens*, طَلَبٌ.

CCCXXVI. Intelligitur ex iis quae attulimus, unum idemque Singulare haud raro plures admittere formas Pluralis; sunt etiam Nomina, quae praeter Pluralem sanum, sive regularem, plures recipiunt formas Pluralis fracti, sive irregularis; alia Plurali regulari carent, sed habent plures Pluralis fracti formas. Sic شَاهِدٌ *testis* facit Plurales شَاهِدُونَ, شَوَاهِدُ et شُهُودٌ; غَازٍ *pugnator, miles*, Plurales habet غَازُونَ et غُزَاةٌ; عَبْدٌ *servus*, عُبُودٌ, عِبَادٌ, عَبِيدٌ et عِبْدَانٌ; عَيْنٌ *oculus, fons, vir eminentior*, عُيُونٌ, أَعْيَانٌ et أَعْيُنٌ; أَرْضٌ *terra*, أَرَضَاتٌ, أَرَضُونَ, آرَاضٌ, أُرُوضٌ, أُرْضٌ, أَرَاضِي.

Non tamen perpetuo omnes Pluralis formae, quae a certis Singularium formis derivari possunt, in usu sunt: sic a نَفْسٌ *anima* tantum Plurales نُفُوسٌ et أَنْفُسٌ usurpantur, sed non dicitur نِفَاسٌ, نَفَسَةٌ, نِفَسَةٌ, et نُفْسَانٌ, etsi forma Singularis فَعْلٌ omnes eas Pluralis formas admittat; nec ab عَبْدٌ dicitur أَعْبُدٌ, عَبَدَةٌ, عِبَدَةٌ. Interdum una tantum Pluralis fracti forma in usu est; ut a رَجُلٌ *vir* solum fit رِجَالٌ; ab أَمْرٌ *negotium*, solum أُمُورٌ; quod usus docebit.

CCCXXVII. Observandum autem est, Formas undecimam, duodecimam, decimam tertiam, et decimam quartam, *Pluralia paucitatis* (جُمُوعُ قِلَّةٍ) dici, et usurpari cum Numeralibus tantum, a tribus ad decem; si videlicet aliud eiusdem Singularis Plurale exstet; sin minus, etiam has generaliter usurpari, ut solent reliquae.

CCCXXVIII. 1. Atque haec quidem de nudis triliteris dicta

sunto: *quadrilitera* autem (non annumerato ة finali), sive descendant a radice trilitera, cui praefixa م vel ا, sive sint quatuor quibus Nomen constat literae radicales (§. CXXV.), Pluralem fractum perpetuo habent Formae فَعَالِلُ, vel مَفَاعِلُ, vel أَفَاعِلُ, quae duae posteriores Formae fiunt a Singularibus, quae literis radicalibus م vel ا praefixam habent: ut a ضِفْدَعٌ sive ضُفْدَعٌ *rana*, fit ضَفَادِعُ; a قَنْطَرَةٌ *pons*, قَنَاطِرُ; a مَزْبَلَةٌ *fimetum*, مَزَابِلُ; a مَعِيشَةٌ *victus*, مَعَايِشُ *); ab أَصْبَعٌ *digitus*, أَصَابِعُ.

2. Formam أَفَاعِلُ in Plurali fracto recipiunt et Adiectiva formae أَفْعَلُ comparativa et superlativa, sed nonnisi ubi ut Substantiva usurpantur: ut ab أَسْوَدُ *niger*, أَسَاوِدُ *serpentes magni* et *nigri*; ab أَكْبَرُ *maior*, أَكَابِرُ *proceres, primores.*

CCCXXIX. 1. Singularia quinquelitera, quorum ultimam radicalem praecedit aliqua literarum ا و ى, Pluralia habent formae

---

*) In Pluralibus formae مَفَاعِلُ a radicibus secundae ى quiescentis, quale est مَعَايِشُ ab عَاشَ pro عَيَشَ, litera ى post ا est ipsa radicalis secunda, neque igitur signo *Hamza* notanda, ut ى post ا in Forma XVI. فَعَائِلُ. Quare in مَسَايِحُ Plurali fracto a Singulari مَسِيحَةٌ *cincinnus, spira comae,* a radice سَيَحَ, ى habet Hamza; sed caret eo مَسَايِحُ, a Singulari مَسَاحَةٌ *spatium, quo quis excurrere* et *evagari possit*, a سَاحَ pro سَيَحَ.

Eiusdem formae مَفَاعِلُ Pluralia a radicibus secundae و quiescentis modo eam servant, modo in ى aut Hamza convertunt. Ita a Singulari مُصِيبَةٌ *accidens, fortunae casus,* a صَابَ pro صَوَبَ, in Plurali dici potest مَصَاوِبُ, مَصَايِبُ et مَصَائِبُ; a مَنَارَةٌ *pharus*, مَنَاوِرُ, مَنَايِرُ et مَنَائِرُ; a مَغَارَةٌ *spelunca*, مَغَائِرُ.

فَعَالِيلُ: ut a قَنْدِيلٌ *lampas* est قَنَادِيلُ; a سُلْطَانٌ *dominator,* سَلَاطِينُ; a يَنْبُوعٌ *scaturigo,* يَنَابِيعُ; a سِكِّينٌ *culter,* سَكَاكِينُ; a كُرْكِيٌّ *grus,* كَرَاكِيٌّ pro كَرَاكِيُّ; a كُرْسِيٌّ *solium,* كَرَاسِيٌّ, pro كَرَاسِيُّ. Fit quoque a مِفْتَاحٌ *clavis,* Pluralis مَفَاتِيحُ; ab إِكْلِيلٌ *corona,* أَكَالِيلُ; ab أُحْبُوشٌ *turba hominum mixta,* أَحَابِيشُ; a مَقْدُورٌ *fatalis,* مَقَادِيرُ; a مَيْسُورٌ *opulentus,* مَيَاسِيرُ.

2. A Singularibus, quae praeter tres literas radicales et duas quiescentes habent, videlicet ا post primam radicalem, et aliam quiescentem inter secundam et tertiam, fit Pluralis formae فَوَاعِيلُ, mutato ا post primam radicalem in و: ut a بَاسُورٌ *haemorrhois,* بَوَاسِيرُ; a جَامُوسٌ *bubalus,* جَوَامِيسُ.

3. Interdum in Pluralibus formae فَعَالِيلُ excidit ى, accedente in fine ة, ad eius compensationem, quo forma فَعَالِلَةٌ oritur: ut ab إِبْلِيسٌ *diabolus* Pluralis est أَبَالِيسُ et أَبَالِسَةٌ; ab إِسْكَافٌ *calceolarius,* أَسَاكِيفُ et أَسَاكِفَةٌ.

4. Eandem Pluralis formam فَعَالِلَةٌ recipiunt et alia Singularia quadrilitera, quae ante ultimam radicalem non habent quiescentem, praesertim Nomina peregrina, et Adiectiva denominativa quatuor literarum: ut ab أُسْقُفٌ *episcopus,* Pluralis fit أَسَاقِفُ et أَسَاقِفَةٌ; a مَغْرِبِيٌّ *Maurus,* مَغَارِبَةٌ; a قَيْصَرٌ *Caesar,* قَيَاصِرَةٌ; a فَيْلَسُوفٌ *philosophus,* فَلَاسِفَةٌ; a جَرْكَسِيٌّ *Circassius,* جَرَاكِسَةٌ; a بَغْدَادِيٌّ *Bagdadensis,* بَغَادِدَةٌ.

CCCXXX. 1. A formis Pluralium modo commemoratis derivantur nova Pluralia, quae *Pluralia Pluralium* (جَمْعُ ٱلْجَمْعِ) appellantur. Sic a ظُفْرٌ *unguis* fit Pluralis أَظْفَارٌ, et ab eo Pluralis

secundus أَظَافِيرُ; a يَدٌ *manus*, pro يَدْيٌ, Pluralis fit أَيْدٍ, pro أَيْدِيٌ, unde أَيَادٍ; ab إِسْمٌ *nomen*, pro سِمْوٌ, Pluralis est أَسْمَاءُ, et hinc novus Pluralis أَسَامٍ; a سِوَارٌ *armilla*, fit أَسْوِرَةٌ, et inde أَسَاوِرُ.

2. A Pluralibus fractis formantur et nova Pluralia regularia feminina, tanquam Pluralia Pluralium. Sic a رَسَائِلُ, Plurali nominis رِسَالَةٌ *epistola*, fit رَسَائِلَاتٌ *Lectionaria*, sive *syntagmata pensorum, quae ex epistolis Apostolorum in ecclesiis praeleguntur;* a بُيُوتٌ, Plurali nominis بَيْتٌ *domus*, fit بُيُوتَاتٌ *domus plures collectae;* a رِجَالٌ, Plurali nominis رَجُلٌ *vir*, fit رِجَالَاتٌ *virorum multitudo.*

Huiusmodi Pluralia usurpantur tantummodo de numero non restricto, aut inde a novenario, et qui eum superat.

3. Reperiuntur et *Dualia* a Pluralibus facta. Ita ab أُصُولٌ, Plurali nominis أَصْلٌ, *fundamenta scientiarum* significante, formatur Dualis أُصُولَانِ, quo indicantur *fundamenta duarum scientiarum*, videlicet *theologiae dogmaticae* et *iurisprudentiae.*

CCCXXXI. Quae autem quinque vel pluribus constant literis (non annumeratis ى و ا quiescentibus et ة), eandem quidem, quam quadrilitera, Pluralis fracti formam assumunt (§. CCCXXVIII.); sed abiecta tamen una litera aut pluribus. Nuda enim pentagrammata abiiciunt ultimam radicalem: ut a سَفَرْجَلٌ *cydonium malum* fit Pluralis سَفَارِجُ; ab عَنْكَبُوتٌ *aranea*, عَنَاكِبُ; et interdum quoque penultimam, manente ultima, ut a خَزَرْنَقٌ *aranea*, خَزَارِنُ, et خَزَارِقُ; a فَرَزْدَقٌ *frustum libi deciduum*, فَرَازِدُ et فَرَازِقُ. Si tamen penultima est و vel ى diphtongescens post Fatha, utraque manet, ultima scilicet et penultima, sed و in ى mutatur ob

Kesre praecedens, ut a فِرْعَوْن *crocodilus*, فَرَاعِين. Aucta vero abiiciunt serviles; ut a مُدَحْرَج *locus volutationis*, دَحَارِج. Manet tamen م, si serviat cum ن vel cum ست, his literis abiectis; ut a مُنْطَلِق *solutus* Pluralis fit مَطَالِق; a مُسْتَخْرِج *eductor*, مَخَارِج.

CCCXXXII. Plura Adiectiva denominativa faciunt Pluralem additione ة finalis, qua Singularibus femininis similes fiunt. Quae Pluralis forma propria est Adiectivis dynastiam aut sectam indicantibus: ita a شَافِعِيّ *qui sectam Schafei sequitur*, Schafeita, fit Pluralis شَافِعِيَّة; a صُوفِيّ *Sophus, religiosus*, صُوفِيَّة; a عُثْمَانِيّ *Othmanicus*, عُثْمَانِيَّة.

CCCXXXIII. Notandum praeterea, Singularia quaedam sua Pluralia aliunde mutuari, ut أُمّ *mater* habet أُمَّهَات, tanquam ab أُمَّهَة; فَم *os*, أَفْوَاه, a فُوه; مَآء *aqua*, أَمْوَاه et مِيَاه, ut a مَاه. إِمْرَأَة *femina* propria Pluralis forma caret, et usurpatur de pluribus mulieribus نِسَآء, نِسْوَة et نِسْوَان. Ab إِنْسَان *homo* in Plurali dicitur أُنَاس, et contracte نَاس.

CCCXXXIV. Nomina composita e duobus, quorum postremum in Genitivo est, in Duali et Plurali prius tantum mutant. Ita a ذُو ٱلْحِجَّة, mensis nomine, *possessorem peregrinationis* sacrae ad literam significante, in Plurali dicitur, nomine priore in Femininum mutato (cf. §. CCCXX.), ذَوَات ٱلْحِجَّة; a سَامّ أَبْرَص, *lacertae genus* quoddam significante, in Duali dicitur سَامَّا أَبْرَص, et in Plurali سَوَامّ أَبْرَص; ab إِبْن آوَى *hylax* (Schacal), Dualis est إِبْنَا آوَى, Pluralis, nomine priore in femininum converso, بَنَات آوَى; ab إِبْن عِرْس *mustelae species*, Dualis est إِبْنَا عِرْس, Plu-

ralis بَنَاتُ عِرْسٍ; a حِمَارُ قَبَّانَ *millepeda*, Dualis est حِمَارَا قَبَّانَ, Pluralis حُمُرُ قَبَّانَ.

---

# CAPVT SEPTIMVM.

## DE CASV.

CCCXXXV. Casvs in Numero apud Arabes sunt tres, *Nominativus* (رَفْعٌ *elatio*), *Genitivus*, sub quo Dativus etiam noster et Ablativus continentur (خَفْضٌ *depressio* dictus a Grammaticis Cufensibus, sed جَرٌّ *tractio* a Basrensibus), et *Accusativus* (نَصْبٌ *positio*) *). *Declinatio*, sive Nominis per Casus inflexio Arabibus dicitur أَلْإِعْرَابُ *declaratio distincta*.

CCCXXXVI. Nomina, Casuum ratione, vel sunt *Triptota*, vel *Diptota*. Triptota sunt, in quibus tres isti Casus tribus distinctis terminationibus discernuntur. Diptota, in quibus Casus obliqui una terminatione continentur, quae itaque duas tantum terminationes agnoscunt.

CCCXXXVII. *Triptota* sunt complura Singularia, tam Masculina, quam Feminina, et Pluralia fracta, terminantque, absolute posita, Nominativum in ٌ *on*, Genitivum per ٍ *en*, Accusativum per ً s. اً *an*. En Exempla:

*Singulare Masculinum.*

| Nominat. | Genit. Dat. Ablat. | Accusat. |
|---|---|---|
| رَجُلٌ *Vir* | رَجُلٍ | رَجُلًا |

---

*) Tria illa nomina Arabica non sunt *Vocalium*, Dhammae, Kesrae et Fathae, ut quidam, et inter Arabes, opinati sunt, sed *Casuum* appellationes. Vid. Th. Erpenii Not. ad *Grammatic. Arab. dict. Gjarumia*, p. 26. et Thom. Obicini Not. ad *Grammat. Arab. Agrumia dict.* p. 13. et 31.

*Singulare Femininum.*

| Nominat. | Genit. Dat. Ablat. | Accusat. |
|---|---|---|
| قَصْعَةٌ *Scutella* | قَصْعَةٍ | قَصْعَةً |

*Pluralis fractus.*

| Nominat. | Genit. Dat. Ablat. | Accusat. |
|---|---|---|
| رِجَالٌ *Viri* | رِجَالٍ | رِجَالًا |

CCCXXXVIII. *Diptota* sunt 1. Dualia omnia, tam Masculina, quam Feminina, habentque Nominativum in ـَانِ, reliquos Casus in ـَيْنِ, ut

| | Nominat. | Genit. Dat. Accus. Ablat. |
|---|---|---|
| Masc. | رَجُلَانِ *duo viri* | رَجُلَيْنِ |
| Fem. | مَدِينَتَانِ *duae urbes* | مَدِينَتَيْنِ |

nomen indeterm… radschulan
nom. determ…
…, arradschul…

2. Pluralia sana Masculina quae Nominativum habent in ـُونَ, reliquos Casus in ـِينَ: ut

| Nominat. | Genit. Dat. Ablat. Accus. |
|---|---|
| مُؤْمِنُونَ *Credentes* | مُؤْمِنِينَ |

3. Pluralia sana Feminina, habentque Nominativum, in ـَاتٌ, reliquos Casus in ـَاتٍ; ut

| Nominat. | Genit. Dat. Accusat. Ablat. |
|---|---|
| ظُلُمَاتٌ *tenebrae* | ظُلُمَاتٍ |

CCCXXXIX. Aliam Diptotorum classem, eamque satis copiosam, Nomina faciunt illa, quae *Invariabilia* vocant Arabes (غَيْرُ مُنْصَرِفٍ), quorum ultima Vocalis non admittit Nunnationem, habentque Nominativum in ـُ, reliquos Casus in ـَ; ut

Nominat. Genit. Dat. Accusat. Ablat.

أَسْوَدُ *Niger* أَسْوَدَ

Sunt autem Nomina Invariabilia

1. Pluralia fracta formarum فَوَاعِلُ, فَعَائِلُ, أَفَاعِلُ, et مَفَاعِلُ, ut قَوَارِبُ, *scaphae*, طَوَاحِينُ *molae*, عَجَائِبُ *res admirandae*, مَدَارِسُ *gymnasia*, *collegia*, مَفَاتِحُ *claves*, أَقَارِبُ *propinqui.*

2. Substantiva et Adiectiva Singularia terminata ا brevi, aut ى quiescente instar Eliph (§. XXXI.), ut ذِكْرَى *recordatio*, pro ذِكْرَيُ (secundum §. CIII.), أُولَى *prima*, صُغْرَى *minor* (femin.); nec non terminata Hamza, praecedente ا cum Medda, qualia sunt عَذْرَآءُ *virgo*, صَحْرَآءُ *campus*, *desertum*, بَيْضَآءُ *alba*, ذَكَرِيَّآءُ *Zacharias.* Illa vero, quorum ultima ى vel Hamza est radicalis, ut هُدًى *directio*, رِدَآءٌ *pallium*, sunt triptota.

3. Pluralia fracta formarum فَعْلَى et فَعَالَى, ut قَتْلَى *occisi*, مَوْتَى *mortui*, نَصَارَى *Christiani*, لَيَالَى *noctes.*

4. Pluralia fracta formarum فُعَلَآءُ et أَفْعِلَآءُ, ut حُكَمَآءُ *sapientes* et أَوْلِيَآءُ *amici.*

5. Adiectiva Positiva et Comparativa formae أَفْعَلُ, ut أَحْمَرُ *ruber*, أَكْبَرُ *maior*, *maximus*; nisi, quod rarius accidit, Femininum adiecto ة forment, quale est أَرْمَلٌ *viduus*, أَرْمَلَةٌ *vidua.* Nomina appellativa huius formae sunt tam triptota, quam diptota, ut أَجْدَلٌ et أَجْدَلُ *accipitris species*, أَخْيَلٌ et أَخْيَلُ *picus viridis.*

6. Adiectiva formae فَعْلَانُ, quae Femininum non adiecto ة formant (§. CCCIII.) qualia sunt سَكْرَانُ *ebrius*, سَكْرَى *ebria*, كَسْلَانُ *ignavus*, كَسْلَى *ignava.* Quodsi vero Femininum forme-

tur addito ة, Masculinum est triptoton; ut عُرْيَانٌ *nudus,* عُرْيَانَةٌ *nuda;* نَدْمَانٌ et نَدْمَانَةٌ *qui* et *quae poenitentia ducitur.* Sed رَحْمَانٌ *misericors,* a quo Femininum non reperitur, modo est triptoton, modo diptoton.

7. Nomina propria feminina in ةٌ terminata, nec non Masculina eiusdem terminationis; ut مَكَّةُ *Mecca* urbs, فَاطِمَةُ *Fatima,* feminae nomen, طَلْحَةُ *Talha,* nomen viri.

8. Nomina propria feminina, si peregrina sunt, vel pluribus, quam tribus, literis constant, vel trilitera, quae secundam literam non habent dschezmatam. Reliqua possunt vel ut triptota, vel ut diptota tractari. Ita زَيْنَبُ *Zainab,* feminae nomen, est diptoton, ut quadriliterum; مَاهُ *Mah,* nomen proprium, et مِصْرُ *Aegyptus,* sunt diptota, ut peregrina; سَقَرُ *locus quidam Inferni* item est diptoton, quod secunda eius litera cum Vocali effertur. Contra هِنْدٌ et دَعْدٌ, feminarum nomina, possunt, pro lubitu, ut triptota vel ut diptota usurpari.

9 Nomina appellativa feminina quadrilitera, si pro nominibus propriis usurpantur. Sic عَقْرَبٌ *scorpio,* pro nomine proprio viri usurpatum, habet Nominativum عَقْرَبُ, et Casus reliquos عَقْرَبَ.

10. Nomina propria virorum peregrina pluribus quam tribus literis constantia, ut إِبْرٰهِيمُ *Abraham,* آدَمُ *Adam,* إِسْحٰقُ *Isaacus,* دَاوُدُ *Davides.* Sed نُوحٌ *Noachus,* et لُوطٌ *Lothus* ut triptota et diptota tractantur.

11. Nomina propria terminata ـَانُ sive sint Arabica, sive peregrina; ut غَطْفَانُ *Gatfan,* عُثْمَانُ *Othman,* سُلَيْمَانُ *Soleiman,* عِمْرَانُ *Imran.*

12. Nomina propria similia formae Praeteriti Passivi Coniu-

gationis primae, فِعِل, aut Coniugationis secundae (فَعَّل), aut Futuri, qualia sunt ضِرِب *Dhorib*, شَمَّر, *Schammar*, أَحْمَد *Achmed*, يَزِيد *Iezid*.

13. Nomina propria hominum, quae levi mutatione a Nominibus appellativis aut Adiectivis derivata sunt, vel videntur, ut عُمَر *Omar*, زُفَر *Zofar*, virorum nomina, قَطَام *Kotam*, et غَلَاب nomina feminarum, quae ab Adiectivis عَاسِر، زَافِر، قَاطِمَة, et غَالِبَة derivata sunt.

14. Adiectiva derivata a Numeralibus et nonnullis nominibus appellativis, qualia sunt

أُحَاد et مَوْحَد *unus post alterum sigillatim*, a وَاحِد *unus;*
ثُنَاء et مَثْنَى *alter alteri iunctus, bini*, ab إِثْنَان *duo;*
ثُلَاث et مَثْلَث *ternus*, a ثَلَثَة *tres;*

et sic a reliquis Numeralibus formata usque ad عُشَار مَعْشَر *deni*. Eiusdem generis sunt

أُخَر *aliae, alterae*, ab أُخْرَى

| | | |
|---|---|---|
| بُتَع | a ...................... | بَتَاعَى |
| بُضَع | a ...................... | بَضَاعَى |
| | *universi, omnes* | |
| جُمَع | a ...................... | جَمَاعَى |
| كُتَع | a ...................... | كُتَاعَى |

15. Diminutiva, quorum primitiva sunt diptota, ut أُصَيْمِم, diminutivum ab أَصَمّ *surdus*, أُسَيِّد ab أَسْوَد *niger*, أُحَيّ ab أَحْوَى pro أَحْوَى (§. CIII.), *fuscus*. Quibus accensentur يُحَيّ et أُيَيِّب,

diminutiva a nominibus propriis يُحَيَّى (pro يَحْيَى) *Ioannes*, et أُيَيُّوب *Iobus*.

Excipiuntur diminutiva ab Adiectivis numeralibus supra (14.) commemoratis, ut أُحَيِّد, ثُنَيّ, ثُلَيْث, رُبَيْع ab أُحَاد, ثُنَاء, ثُلَاث, رُبَاع; illa enim diminutiva sunt triptota.

CCCXL. Nomina propria e duabus vocibus distinctis composita, qualia sunt بَعْل بَكّ *Baalbec*, مَعْدِى كَرِب *Madicarib*, حَضْر مَوْت *Hhadramaut*, duplici modo declinari possunt; vel enim utrumque nomen ut triptoton tractatur, ut Nominativus sit حَضْرُ مَوْتٍ, Genitivus حَضْرِ مَوْتٍ, Accusativus حَضْرَ مَوْتٍ; vel prius nomen fit indeclinabile, posterius vero ut diptoton tractatur, ut حَضْرَ مَوْتُ, in reliquis Casibus حَضْرَ مَوْتَ. Nomen proprium viri مَعْدِى كَرِب manet per omnes Casus non mutatum. Quod ipsum, secundum nonnullos Grammaticos, et de reliquis huius generis Nominibus propriis compositis valet. Nomina propria conflata e duobus in statu regiminis positis, quale est عَبْدُ ٱللّٰهِ *Abdollah*, quod *servum Dei* significat, regulariter declinantur; diciturque in Genitivo عَبْدِ ٱللّٰهِ, et in Accusativo عَبْدَ ٱللّٰهِ. Illa vero, quae propositionem integram faciunt, ut تَأَبَّطَ شَرًّا *Taabbata Scharran*, poetae cuiusdam agnomen, quod significat: *sub axilla gestat malum*, et فُرِقَ نَحْرُهُ *Fareka nahhruhho*, aliud agnomen, *fissum est iugulum eius* denotans, non declinantur.

CCCXLI. Sunt Nomina, quae quamvis revera sint triptota, tamen Invariabilium formam prae se ferunt, illa videlicet, quae ultimam literam habent و praecedente Fatha, vel ا breve, id est, ا aut ى praecedente itidem Fatha (§. XXXI.): in quibus declinandis bene meminisse oportet Canonum de literarum ا, و et ى per-

mutatione (L. I. Cap. X.). Ita عَصًى et عَصًا *baculus* per omnes Casus dicitur pro عَصَوٌ, عَصَوٍ, عَصَوًا, secundum §. XCII., et رَحًى *mola*, pro رَحَيٌ, رَحَيٍ, رَحَيًا, secundum §. CXIV. Nomina in ى praecedente Kesra exeuntia habent Nominativum et Genitivum tantum eodem modo terminatos: sic قَاضٍ *iudex*, dicitur pro قَاضِيٌ et قَاضِيٍ, secundum §. CVI., atque, ex eodem Canone, جَوَارٍ *puellae, puellarum*, Pluralis fractus formae فَوَاعِل, pro جَوَارِيُ et جَوَارِيَ; sed Accusativum habet, ut diptoton, جَوَارِيَ, non جَوَارِيًا. Pro تَمَنِّيٌ et تَمَنِّيٍ *optatio, nis*, in utroque Casu dicitur تَمَنٍّ, secundum §. CVII.

Diptota, qualia بُشْرَى (pro بُشْرَيُ) *laetus nuntius*, et صَحَارَى (pro صَحَارَيُ) *campi, deserta*, quae in Casibus obliquis بُشْرَيَ et صَحَارَيَ habere deberent, retinent sine mutatione per omnes Casus بُشْرَى et صَحَارَى, secundum §. CIII.

CCCXLII. Voces indole sua indeclinabiles, ut صَهْ, interiectio silentium indicentis, *st!* هَلَّا, حَيَّ *age! adesdum!* إِمْسِ *heri*, subinde Nunnationem, Casuum instar, assumunt, ut dicitur صَهٍ, هَلًّا, حَيٍّ, إِمْسٍ; id quod Arabibus تَنْوِينُ ٱلنَّكِرَةِ *Nunnatio non determinati* vocatur, propterea quod eiusmodi forma indicatur, vocem esse sensu vago, sine ulla restrictione capiendam. Ita صَهْ Nunnatione destitutum denotat: *tace!* ab hac loquutione praesenti; sed صَهٍ *tace!* a quacunque loquutione indifferenter. Sic et إِمْسِ *diem hesternum*, sed إِمْسٍ *quemcunque dierum praeteritorum* designat.

Adverbiorum Temporis, حِينَئِذٍ *tunc*, et يَوْمَئِذٍ *illo die quo*, forma Genitivi arguit, illa per ellipsin dicta esse pro حِينَ إِذَا هَذَا

يَوْمَ إِذَا كَانَ كَذَا *tunc cum res illa evenerit,* et pro يَوْمَ إِذَا كَانَ كَذَا *die quo fuit sic.*

*De Apocope Nunnationis et literae Nun in Casuum terminationibus.*

CCCXLIII. 1. Casuum terminationes, ـٌ, ـٍ et ـً, Nunnationem amittunt, ita ut solae Vocales ـُ, ـِ et ـَ remaneant, si Nomen praefixum habet Articulum أَلْ. Est igitur

| | Nominat. | | Genit. | Accus. |
|---|---|---|---|---|
| Mascul. | أَلْكِتَابُ | *Liber* | أَلْكِتَابِ | أَلْكِتَابَ |
| Femin. | أَلْمَدِينَةُ | *Vrbs* | أَلْمَدِينَةِ | أَلْمَدِينَةَ |

Eodem modo Pluralis Feminini regularis est أَلظُّلُمَاتُ *tenebrae,* أَلظُّلُمَاتِ *tenebrarum, is, as.* Dualia vero et Pluralia regularia Masculina ob Articulum praefixum mutationem non patiuntur; diciturque أَلرَّجُلَانِ, *duo viri,* أَلْجَالِسُونَ *sedentes,* أَلْجَالِسِينَ *sedentium.*

2. Eadem Nunnationis apocope locum habet ob *constructionem* Regiminis, seu cum sequitur Genitivus, ut كِتَابُ ٱللّٰهِ *liber Dei,* كِتَابِ ٱللّٰهِ *libri Dei,* كِتَابَ اللّٰهِ *librum Dei;* كُتُبُ مُوسَى *libri Mosis.*

3. Dualia, et Pluralia masculina regularia sana ante Genitivum amittunt ن finale una cum Vocali. Pro كِتَابَانِ *duo libri* igitur كِتَابَا, et in Casibus obliquis pro كِتَابَيْنِ dicitur كِتَابَيْ. Sic عَبْدَا ٱلسُّلْطَانِ *duo servi Imperatoris;* جَارِيَتَيْ أَبِي *duae puellae patris mei.* Si vero Eliph unionis sequatur, ي assumit Kesre (vid. §. LV. 2. *d.*); ut in hac phrasi: مَرَرْتُ بِجَارِيَتَيِ ٱلْمَلِكِ *incessi cum duabus puellis regis.* Similiter in Plurali pro سِنُونَ

*filii* in Regimine dicitur بَنُوا et in reliquis Casibus بَنِى pro بَنِين; ut بَنُوا ٱللّٰهِ *filii Dei*, بَنِى ٱللّٰهِ *filiorum*, *filiis* vel *filios Dei*.

*Nota*. Pluralia Masculina in ـُونَ terminata, ut مُصْطَفَوْنَ, a مُصْطَفَى *electus* (cf. §. CXI.), ante Genitivum similiter نَ amittunt, diciturque مُصْطَفَوْا. Si vero Eliph unionis sequitur, وْ assumit Dhamma ُ; secundum §. LV. 3. c. Hinc dicitur مُصْطَفَوُا ٱللّٰهِ *electi Dei*.

CCCXLIV. Nomina propria triptota ante nomen ٱبْن, post se aliud Nomen proprium habens, Nunnationem abiiciunt. Hinc est مُحَمَّدُ بْنُ جَعْفَرٍ *Mohammed filius Dschafaris*, et جَعْفَرُ بْنُ مُحَمَّدٍ *Dschafar filius Mohammedis*.

CCCXLV. 1. Nomina haec quatuor, أَبٌ *pater*, أَخٌ *frater*, حَمٌ *socer*, هَنٌ *res, muliebria*, ante Genitivum Nunnationem abiiciunt (secundum CCCXLIII. 2. 3), sed assumunt eius loco in Nominativo وُ, in Genitivo ى, in Accusativo ا, ut sint

| Nominat. | Genit. | Accus. |
| --- | --- | --- |
| أَبُو | أَبِى | أَبَا |
| أَخُو | أَخِى | أَخَا |
| حَمُو | حَمِى | حَمَا |
| هَنُو | هَنِى | هَنَا |

Hinc dicitur هُوَ أَبُو دَاوُدَ *is est pater Davidis*, مِنْ أَبِى دَاوُدَ *a patre Davidis* رَأَيْتُ أَبَا دَاوُدَ *vidi patrem Davidis*.

2. Similiter ذُو *possessor* in regimine, nec aliter usurpatur, habet Genitivum ذِى, Accusativum ذَا.

3 Nomen فَمٌ *os, oris*, pro فُوهٌ, abiectis duabus posteriori-

bus radicalibus, substituta in earum locum م, solet, ante Genitivum, Nominativum habere فُو, Genitivum فِي, Accusativum فَا. Reperias tamen et فُمٌ, فَمٌ, فِمٌ.

4. بِنْتٌ *filia* in Regimine fit إِبْنَةُ, sive, alio Nomine praecedente, ٱبْنَةُ.

## *De Vocativo.*

CCCXLVI. Vocativi forma peculiari quum careant Arabes, ad eum exprimendum ceteros adhibent Casus, quos tamen non promiscue et pro lubitu usurpant, sed est eorum usus certis quibusdam regulis descriptus. Atque

1. Nominativus, Nunnatione abiecta, et praemissa interiectione يَا *o!* adhibetur, si persona aut res invocata praesens adsit oculis vel menti vocantis. Veluti يَا مُحَمَّدُ *o Mohammed!* يَا أَيُّهَا ٱلنَّاسُ *o vos homines!* quos praesentes adspicio. Dicitur et يَا سَمَآءُ *o coelum!* oculis ad id sublatis. In Duali et Plurali sano ن finale non abiicitur; diciturque يَا رَجُلَانِ *o vos duo viri!* quos adspicio; يَا نَبِيُّونَ *o prophetae!* qui praesentes adestis.

2. Accusativus usurpatur *a*) si persona aut res invocata non sit praesens, aut non determinetur; veluti يَا نَبِيًّا *o propheta!* يَا رَجُلًا *o vir!* quicunque ille sit. Vel *b*) si Nomen personae aut rei invocatae alii nomini iungatur Regimine, aut Praepositione, aut ratione Subiecti et Praedicati. Veluti يَا عَبْدَ ٱللّٰهِ *o Abdallah!* (quasi dicas: *serve Dei!*) يَا رَفِيقًا بِٱلْعِبَادِ *o misericors erga homines!* يَا خَيْرًا مِنْ زَيْدٍ *o tu, qui melior es Zeido!* يَا مُعْطَى كُلَّ خَيْرٍ *o tu qui donatus es omni bono!* يَا حَسَنًا وَجْهُهُ *o tu, qui pulchra es facie.*

3. Adiectivum Vocativo appositum, aut Substantivum per

appositionem ei iunctum, indifferenter Nominativi terminationem habet et Accusativi. Vt يَا زَيْدُ ٱلْعَاقِلُ et ٱلْعَاقِلَ *o Zeide intelligens!* يَا مُحَمَّدُ ٱلنَّبِيُّ et ٱلنَّبِيَّ *o Mohammed propheta!* Si vero Nomen per appositionem adiunctum post se habet Genitivum, illud in Nominativo ponendum est, ut يَا إِبْرٰهِيمُ خَلِيلُ ٱللّٰهِ *o Abrahame amice Dei!* Excipias nomen إِبْنٌ *filius*, quod tum semper Accusativi terminationem habet, et inter duo Nomina propria positum ا unionis amittit, Nomen proprium autem quod praecedit pro lubitu vel ut Nominativus, vel ut Accusativus terminatur; quae singula et de إِبْنَةٌ *filia*, valent. Dicitur itaque aeque recte يَا زَيْدُ بْنَ عَمْرٍو et يَا زَيْدَ بْنَ عَمْرٍو *o Zaide, fili Amru!* Quodsi vero nomina إِبْنٌ et إِبْنَةٌ non sunt inter duo nomina propria posita, ipsa suum ا unionis servant, et nomen quod praecedit, semper in Nominativo terminatur; ut يَا رَجُلُ ٱبْنَ زَيْدٍ *o vir, fili Zeide!*

CCCXLVII. 1. Cum Vocativo additur primae personae affixum, id vel regulariter fit adiecto ى, ut يَا غُلَامِي *o puer mi!* et fathato ى, يَا غُلَامِيَ; vel eo omisso, يَا غُلَامِ, vel aliquo ex his modis: يَا غُلَامَاهْ, يَا غُلَامَ, يَا غُلَامَا, يَا غُلَامِيَهْ. Dicitur et يَا بُنَيِّ *o filiole mi!* pro بُنَيِّي, et hoc pro بُنَيْيِي, ut رَبِّ *domine mi* est pro رَبِّي.

2. Pro أَبِي *pater mi!* et أُمِّي *mater mea*, interdum dicitur يَا أَبَتَ, vel يَا أَبَتِ, et يَا أُمَّتَ vel يَا أُمَّتِ.

CCCXLVIII. Vocandi particulam يَا numquam proxime sequitur Articulus أَل. Cum igitur Nomen personae aut rei invocatae praefixo Articulo restringitur, inter Nomen et particulam

inseritur vel Pronomen demonstrativum هَذَا, vel una ex his vocibus: أَيُّهَا, أَيَّتُهَا, أَيُّهَذَا; ut يَا هَذَا ٱلرَّجُلُ o vir! يَا أَيُّهَا ٱلنَّاسُ o homines!

CCCXLIX. Quodsi nomen personae aut rei invocatae Articulo restrictum est, vel post se Genitivum habet, vel nomen proprium est, vocandi particula يَا omitti potest. En tibi exempla: أَيُّهَا ٱلنَّاسُ o homines! رَبَّنَا o domine noster! فَاطِرَ ٱلسَّمَوَاتِ وَٱلْأَرْضِ o creator coeli et terrae! يُوسُفُ o Ioseph! Potest et ante Pronomen relativum مَنْ vocandi particula يَا omitti, ut in hac dictione: مَنْ لَا يَمُوتُ o tu, qui non moriris!

CCCL. Si Nomen proprium personae aut rei invocatae pluribus, quam tribus literis constat, ultima haud raro abiicitur, estque

يَا مَرْوَ pro يَا مَرْوَانُ o Mervane!
يَا مَنْصُ — يَا مَنْصُورُ o Mansure!
يَا مَعْتَ — يَا مَعْتُوقُ o Matuce!
يَا بَعْلَ — يَا بَعْلَبَكُّ o Baalbec!
يَا سُعَا — يَا سُعَادُ o Soade!

Vltimam ة amittunt et Nomina propria feminina trilitera, estque

يَا هُبَ pro يَا هُبَةُ o Hobata!
يَا ثُبَ — يَا ثُبَةُ o Thobata!

Duarum literarum aphaeresi dicitur يَا صَاحِ pro يَا صَاحِبِي o amice mi!

CCCLI. Si quis ad opem invocetur, solet Genitivus praefixo لَ adhiberi, ut يَا لَزَيْدٍ o Zaide! adiuva videlicet. Personae plures cum singulae ad opem vocantur, repetita ante singula nomina

particula يَا, est et singulis لَ praeponendum. Si vero nomina eorum qui invocantur, per copulam وَ coniunguntur, non repetita ante singula particula يَا, nomini primo est لَ praefigendum, reliquis vero لِ (cum Kesre). Dicitur itaque: يَا قَوْمِي وَيَا لَلْأَمْثَالِ قَوْمِي *o familia mea, vosque, familiae meae similes!* Sed, vocandi particula ante nomen secundum omissa: يَا لَلْكُهُولِ وَلِلشُّبَّانِ *o senes et iuvenes!* A qua phrasi diversa est haec; يَا لَلنَّاسِ لِلْكَاذِبِ *o homines* (venite mihi auxilio) *adversus mendacem!*

CCCLII. Interiectio dolentis وَا *eheu!* habet nomen eius, de quo quis dolet, post se vel Nominativi, vel Accusativi terminatione, secundum regulas supra traditas. Dici igitur solet وَا مُحَمَّدُ *eheu, Mohammed!* Nominativi terminatione; sed وَا عَبْدَ ٱللّٰهِ *eheu, Abdallah!* nomine priore Accusativi terminationem habente, quia in statu regiminis ponitur.

# CAPVT OCTAVVM.
## DE NVMERALIBVS.
### *Cardinalia.*

CCCLIII. 1. Cardinalia decem prima utriusque sunt generis: et duo prima quidem regulariter formant Femininum; octo reliqua Masculina sunt sub terminatione feminina, et viceversa. Eorum tabella haec est:

| Femin. | Masc. | | Femin. | Masc. | |
|---|---|---|---|---|---|
| سِتٌّ | سِتَّةٌ | 6 | وَاحِدَةٌ | وَاحِدٌ | 1 |
| سَبْعٌ | سَبْعَةٌ | 7 | إِحْدَى | أَحَدٌ | |
| ثَمَانٍ (= ثَمَانِي) | ثَمَانِيَةٌ | 8 | اِثْنَتَانِ | اِثْنَانِ | 2 |
| تِسْعٌ | تِسْعَةٌ | 9 | ثَلَاثٌ | ثَلَاثَةٌ | 3 |
| عَشْرٌ | عَشَرَةٌ | 10 | أَرْبَعٌ | أَرْبَعَةٌ | 4 |
| | | | خَمْسٌ | خَمْسَةٌ | 5 |

2. Nomina haec omnia regulariter declinantur: et إِثْنَانِ quidem, cum Feminino إِثْنَتَانِ, est diptoton, Casus obliquos omnes eodem modo flectens, إِثْنَيْنِ et إِثْنَتَيْنِ, ut omnia Dualia; reliqua novem sunt triptota.

3. سِتٌّ *Sex* est contracte pro سِدْسٌ, a quo primum سِدْتٌ, et hinc, euphoniae causa, سِتٌّ formatur: forma primitiva conspicua est in diminutivo سُدَيْسَةٌ, et in ceteris derivatis.

4. ثَمَانٍ, quod est pro ثَمَانِي, Accusativum facit ثَمَانِيَا (cf. §. CVII.). Reperitur et Nominativus ثَمَانُ.

CCCLIV. ثَلَاثَةٌ, ثَلَاثٌ, et quae ea sequuntur Cardinalia, usque ad عَشَرَةٌ, عَشْرٌ, possunt tam ut Adiectiva, quam ut Substantiva usurpari. Si ut Adiectiva, post nomen rei numeratae ponuntur, quocum in Genere et Casu conveniunt, ut in Syntaxi videbimus. Cum vero ut Substantiva usurpantur, rei numeratae nomen in Genitivo sibi subiunctum habent; ut ثَلَاثَةُ رِجَالٍ *tres viri* (proprie: *trias virorum*). ثَمَانِي *Octo*, Nunnationem tunc amittens, in Nominativo et Genitivo fit ثَمَانِي, in Accusativo ثَمَانِيَ. Sed إِثْنَانِ et إِثْنَتَانِ *duo, ae*, ante Genitivum in omnibus Casibus suum ن amittunt, ut Dualia omnia (vid. §. CCCXLIII.3)

CCCLV. Cardinalia ab *undecim* ad *undeviginti* componuntur e monadibus et denariis, minori numero perpetuo praemisso, idque sine Coniunctione copulativa; in qua compositione regulariter عَشَرَ est Masculinum, et عَشْرَةَ Femininum, atque utrumque per omnes Casus terminatur nuda Vocali Fatha, hoc modo:

| Femin. | Masc. | |
|---|---|---|
| إِحْدَى عَشْرَةَ | أَحَدَ عَشَرَ | 11 |

| | Femin. | Masc. |
|---|---|---|
| 12 | إِثْنَتَا عَشْرَةَ | إِثْنَا عَشَرَ |
| 13 | ثَلَاثَ عَشْرَةَ | ثَلَاثَةَ عَشَرَ |
| 14 | أَرْبَعَ عَشْرَةَ | أَرْبَعَةَ عَشَرَ |
| 15 | خَمْسَ عَشْرَةَ | خَمْسَةَ عَشَرَ |
| 16 | سِتَّ عَشْرَةَ | سِتَّةَ عَشَرَ |
| 17 | سَبْعَ عَشْرَةَ | سَبْعَةَ عَشَرَ |
| 18 | ثَمَانِي عَشْرَةَ | ثَمَانِيَةَ عَشَرَ |
| 19 | تِسْعَ عَشْرَةَ | تِسْعَةَ عَشَرَ |

Quorum nullum declinatur, praeter إِثْنَا عَشَرَ et إِثْنَتَا عَشْرَةَ *duodecim,* quae in Casibus obliquis إِثْنَيْ عَشَرَ et إِثْنَتَيْ عَشْرَةَ habent.

Pro ثَمَانِي عَشْرَةَ *duaedeviginti* dicitur et ثَمَانِ ,ثَمَانِيَ عَشْرَةَ, عَشْرَةَ et ثَمَانَ عَشْرَةَ.

CCCLVI. Cardinalia a *Viginti* ad *Nonaginta*, utrique generi communia, sunt haec:

| | |
|---|---|
| عِشْرُونَ *Viginti* | سِتُّونَ *Sexaginta* |
| ثَلَاثُونَ *Triginta* | سَبْعُونَ *Septuaginta* |
| أَرْبَعُونَ *Quadraginta* | ثَمَانُونَ *Octoginta* |
| خَمْسُونَ *Quinquaginta* | تِسْعُونَ *Nonaginta* |

Nomina haec declinantur instar Pluralium regularium; diciturque in Casibus obliquis عِشْرِينَ , ثَلَاثِينَ rel. Praecedunt sem-

per nomen rei numeratae Accusativi terminatione ponendum, veluti سِتُّونَ دِينَارًا *sexaginta denarii.* Neque tamen ن finale amittunt, ut Pluralia regularia in regimine posita (§. CCCXLIII. 3.), si عِشْرُونَ excipias, quod ante Genitivum nonnumquam عِشْرُ, et in Casibus obliquis عِشْرِى fit.

CCCLVII. Denarii compositi coniunguntur intercedente Copula وَ, numero minore praecedente, ut أَحَدٌ وَعِشْرُونَ *unus et viginti.* Vtrumque nomen declinatur; itaque Genitivus est أَحَدٍ وَعِشْرِينَ, et Accusativus أَحَدًا وَعِشْرِينَ.

CCCLVIII. Cardinalia, tam Monades, quam Decades, suscipiunt et formam Pluralis. Cuiusmodi Pluralia designant congregationes aequalium numeri paris. Veluti عَشَرَاتٌ *decades* virorum, عِشْرِينَاتٌ *catervae viginti virorum,* خَمْسِينَاتٌ *catervae quinquaginta virorum.*

CCCLIX. Cardinalia centenaria, utrique generi communia, sunt haec:

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| مِائَةٌ | *Centum* | 1 | أَرْبَعُ مِائَةٍ | *Quadringenta* | 4 |
| مِائَتَانِ | *Ducenta* | 2 | خَمْسُ مِائَةٍ | *Quingenta* | 5 |
| ثَلَاثُ مِائَةٍ | *Trecenta* | 3 | | | |
| سِتُّ مِائَةٍ | *Sexcenta* | 1 | ثَمَانِ مِائَةٍ / ثَمَانِى مِائَةٍ | *Octingenta* | 3 / 4 |
| سَبْعُ مِائَةٍ | *Septingenta* | 2 | | | |
| تِسْعُ مِائَةٍ | *Nongenta* | 5 | | | |

مِائَةٌ *Centum* et مِائَتَانِ *ducenta* declinantur ut alia nomina: et مِائَةٌ quidem in Plurali habet مِئُونَ, مِئَاتٌ, مَائِينُ et مِئًى.

CCCLX. Millenaria sunt haec:

| | |
|---|---|
| ثَلَاثَةُ آلَافٍ *Tria millia* | أَلْفٌ *Mille* |
| أَرْبَعَةُ آلَافٍ *Quatuor millia* | أَلْفَانِ *Duo millia* |

Et eodem modo reliqua usque ad *decem millia*. Porro:

| | |
|---|---|
| إِثْنَا عَشَرَ أَلْفًا *Duodecim millia* | أَحَدَ عَشَرَ أَلْفًا *Undec. millia* |

Sic reliqua usque ad *nonaginta novem millia*.

| | |
|---|---|
| مِائَتَا أَلْفٍ *Ducenta millia* | مِائَةُ أَلْفٍ *Centum millia* |
| أَرْبَعِمِائَةِ أَلْفٍ *Quadringenta millia* | ثَلْثِمِائَةِ أَلْفٍ *Trecenta millia* |

Cardinalia omnia centenaria et millenaria ante Genitivum easdem, quae nomina alia, mutationes subeunt.

CCCLXI. In Numeris compositis infra Centum minor semper praecedit maiorem, sed in compositis cum centenariis et millenariis primo ponitur millenarius, quem sequitur centenarius, hunc monas, cui denarius subiungitur. Vel praeponitur, ordine inverso, reliquis monas, subiungitur denarius, et subsequitur centenarius et millenarius.

## *O r d i n a l i a.*

CCCLXII. Ordinalia sunt haec:

| Femin. | | Masc. | |
|---|---|---|---|
| أُولَى | *Prima* | أَوَّلُ | *Primus,* |
| ثَانِيَةٌ | *Secunda* | ثَانٍ | *Secundus* |
| ثَالِثَةٌ | *Tertia* | ثَالِثٌ | *Tertius* |
| رَابِعَةٌ | *Quarta* | رَابِعٌ | *Quartus* |
| خَامِسَةٌ | *Quinta* | خَامِسٌ | *Quintus* |
| سَادِسَةٌ | *Sexta* | سَادِسٌ | *Sextus* |

| | | | |
|---|---|---|---|
| سَابِعَةٌ | *Septima* | سَابِعٌ | *Septimus* |
| ثَامِنَةٌ | *Octava* | ثَامِنٌ | *Octavus* |
| تَاسِعَةٌ | *Nona* | تَاسِعٌ | *Nonus* |
| عَاشِرَةٌ | *Decima* | عَاشِرٌ | *Decimus* |

عِشْرُونَ *Vigesimus, a,* ثَلَاثُونَ *Trigesimus, a,* et sic reliqui denarii; nam in his non differunt Ordinalia a Cardinalibus.

Pro خَامِسٌ *quintus* ultima abiecta et خَامٍ, et sine Nunnatione, خَامِي dicitur. Similiter pro سَادِسٌ *sextus* dicitur سَادٍ et سَاتٍ, et sine Nunnatione, سَادِي et سَاتِي.

CCCLXII. Ordinalia composita inde ab *undecim* usque ad *undeviginti* eodem fere modo, quo Cardinalia, formantur:

| | | | |
|---|---|---|---|
| حَادِيَةَ عَشْرَةَ | *Undecima* | حَادِيَ عَشَرَ | *Undecimus* |
| ثَانِيَةَ عَشْرَةَ | *Duodecima* | ثَانِيَ عَشَرَ | *Duodecimus* |
| ثَالِثَةَ عَشْرَةَ | *Tertia decima* | ثَالِثَ عَشَرَ | *Tertius decimus* |

Et sic reliqua usque ad *undevigesimum.* Non declinantur, nisi cum prius Articulum praefixum habet, id vero tunc solum declinatur, posterius manet *ἄκλιτον.* Est igitur أَلثَّالِثُ عَشَرَ in Genitivo أَلثَّالِثِ عَشَرَ, in Accusativo أَلثَّالِثَ عَشَرَ. Cum حَادِي et ثَانِي Articulum praefixum habent, Nominativus et Genitivus est آلْحَادِي, آلثَّانِي, Accusativus آلْحَادِيَ, آلثَّانِيَ, secundum § CVII.

CCCLXIII. Ordinalia composita inde a numero *vigesimo* coniunguntur per copulam وَ, ut حَادِي وَعِشْرُونَ *vigesimus primus,* حَادِيَةٌ وَعِشْرُونَ *vigesima prima,* Genitiv. حَادِي وَعِشْرِينَ, Accusativus

حَادِيَ وَعِشْرِينَ. Alii solum posterius nomen, denarium, declinant. Articulus si praefigatur; utrique est praemittendus. Veluti: اَلْمَزْمُورُ اَلرَّابِعُ وَالثَّمَانُونَ *Psalmus octogesimus quartus*, فِي اَلْمَقَامَةِ اَلثَّالِثَةِ وَالْعِشْرِينَ *in Consessu vigesimo tertio.*

Vsurpatur autem pro Ordinali numerus Cardinalis, cum numeratum non est restrictum.

*Numeri fracti.*

CCCLXIV. Numeros fractos inde a *tertia* parte usque ad *decimam* exprimunt Arabes peculiaribus numeralibus formarum فُعْلٌ, فُعُلٌ aut فَعِيلٌ. Veluti ثُلُثٌ et ثَلِيثٌ *pars tertia*, سُدْسٌ et سُدُسٌ *pars sexta*, ثُمْنٌ et ثُمُنٌ *pars octava.* Declinantur haec numeralia ut triptota alia, habentque Dualem regularem; Pluralis vero est irregularis, formae أَفْعَالٌ.

*Numeralia distributiva.*

CCCLXV. Numeralia distributiva exprimuntur vel Cardinalibus bis positis, ut وَاحِدٌ وَاحِدٌ *singuli*, اِثْنَانِ اِثْنَانِ *bini;* vel peculiaribus vocibus formarum فُعَالُ et مَفْعَلُ, solis aut iteratis. Veluti أُحَادُ أُحَادُ, aut وُحَادُ وُحَادُ, aut denique مَوْحَدُ مَوْحَدُ, *singuli*, ثُنَاءُ ثُنَاءُ aut مَثْنَى مَثْنَى *bini*, رُبَاعُ رُبَاعُ aut مَرْبَعُ مَرْبَعُ *quaterni.* Haec numeralia sunt diptota.

*Numeralia Temporis.*

CCCLXVI. Cum indicare volunt Arabes, quoto temporis spatio absoluto quidquam recurrat, adhibent Numeralia formae فِعْلٌ, quae ut triptota declinantur, et in Accusativo ponuntur, Articulo vel praefixo, vel omisso. Veluti ثِلْثًا aut اَلثِّلْثَ *tertio quoque* anno, mense, die; ثِمْنًا aut اَلثِّمْنَ *octavo quoque* anno, mense, die;

is enim non exprimitur, ubi e contextu patet: si non item, annus, mensis aut dies apponitur ut in hac phrasi: يَشْرَبُ ٱلْخَمْرَ مَرَّةً ٱلثَّالِثَ سَنَةً *bibit vinum semel tertio quoque anno.*

*Adiectiva relativa a Numeralibus derivata.*

CCCLXVII. 1. A Cardinalibus derivantur Adiectiva relativa, eodem, quo alia Adiectiva denominativa, modo formata (§. CCLXV. seqq.). Sic خَمْسِيٌّ dicitur *qui* vel *quod pertinet ad aliquem, cui nomen aut agnomen* خَمْسَةٌ *quinque* est. Ab إِثْنَانِ *duo* formatur Adiectivum assumendo formam Singularis non usitatam إِثْنٌ (pro ثَنَوٌ), ut tam إِثْنِيٌّ, quam ثَنَوِيٌّ dicatur, quemadmodum tam إِبْنِيٌّ, quam بَنَوِيٌّ, tam إِسْمِيٌّ, quam سَمَوِيٌّ dicitur (§. CCLXXIV.).

2. Numeralia inde ab *undecim* usque ad *undeviginti*, e duabus vocibus aptotis composita, Adiectiva sua relativa habent a priore tantum illarum vocum formata, unde talia Adiectiva non differunt ab iis, quae a monadibus derivantur. Itaque ثَنَوِيٌّ est Adiectivum relativum tam ab إِثْنَانِ *duo*, quam ab إِثْنَا عَشَرَ *duodecim*, et خَمْسِيٌّ tam a خَمْسَةٌ *quinque*, quam a خَمْسَ عَشْرَةَ *quindecim*. Istiusmodi Adiectiva tamen rarissima sunt.

3. A denariis, terminationem Pluralium Masculinorum regularium habentibus, Adiectiva relativa formantur illis non mutatis. Sic a تِسْعُونَ *nonaginta* fit تِسْعُونِيٌّ. Alii vero in formando Adiectivo وْنَ finale abiiciunt, ut v. c. ab عِشْرُونَ *viginti* fiat عِشْرِيٌّ. Ita Adiectiva a denariis formata haud diversa erunt ab iis, quae a monadibus a *tres* ad *novem*, atque a denariis compositis, a *tredecim* ad *undeviginti* formantur. Sic ثَلَاثِيٌّ erit Adiectivum non tantum a

ثَلَاثَةٌ *tres*, verum et a ثَلَاثَةَ عَشَرَ *tredecim*, atque a ثَلَاثُونَ *triginta* derivatum.

4. A مِائَةٌ *centum* Adiectivum relativum est مِئَوِيٌّ et مِئِيٌّ; ab أَلْفٌ *mille* أَلْفِيٌّ.

*Numeralia multiplicativa.*

CCCLXVIII. A Numeralibus distributivis decem prioribus formae فُعَالُ (§. CCCLXV.) derivantur Adiectiva relativa formae فُعَالِيٌّ, quae Latinis syllabam *plex* additam habentibus fere respondent. Sic ثُنَائِيٌّ est *duplex*, رُبَاعِيٌّ *quadruplex*, عُشَارِيٌّ *e decem compositum*.

*Diminutiva Numeralium.*

CCCLXIX. 1. A Numeralibus possunt secundum easdem regulas, atque a Nominibus aliis (supra Cap. III.), diminutiva formari. Sic a خَمْسَةٌ et eiusdem Feminino خَمْسٌ *quinque* diminutiva خُمَيْسَةٌ et خُمَيْسٌ formantur, ab عَشْرٌ *decem*, عُشَيْرٌ (§. CCLXXXI.); a خَمْسَةَ عَشَرَ *quindecim*, خُمَيْسَةَ عَشَرَ (CCLXXXIII); a ثَلَاثُونَ *triginta*, ثُلَيْثُونَ (§. CCLXXXVII.), sive, ut alii praecipiunt, ثُلَيْثُونَ.

2. A سِتَّةٌ et سِتٌّ *Sex* diminutiva sunt سُدَيْسَةٌ et سُدَيْسٌ, quod primitiva contracta sunt e سِدْسَةٌ et سِدْسٌ (§. CCCLIII. 3.).

3. A ثَمَانِيَةٌ *octo* diminutivum est ثُمَيْنَةٌ et ثُمَيْنِيَةٌ.

# CAPVT NONVM.

## DE ARTICVLO.

CCCLXX. Articvlvs per omnia Genera, omnesque Numeros et Casus manet invariabilis اَلْ, valetque ὁ, ἡ, τὸ, ut اَلنَّبِيُّ ὁ προφήτης, اَلْمَدِينَةُ ἡ πόλις. Cuius Articuli literam ل ante Solarem inter pronunciandum perire, Solari in compensationem eius duplicata, dictum est §. XLIII.; ا autem unionis esse et Vocalem suam Fatha in medio sententiae amittere, Consonamque sequentem cum praecedentis dictionis aut literae servilis Vocali unire, constat e §. LII.

CCCLXXI. Articulus generale Nomen, quod plures res complectitur, sed de *certa* parte dicitur, de ea proprie accipi iubet, quam contextus monstrat; ut اَلرَّجُلُ est *ille* vir, de quo antea dictum erat. Cum res non quidem e contextu, sed aliunde *nota* est, Articulus, generali Nomini praemissus, demonstrat, hanc proprie intelligi, non aliam quamcunque; ut cum quis dicit اَلسُّلْطَانُ, eius qui loquitur *princeps*, non alius quidam, intelligitur. Si generale nomen de toto genere universe dicitur, Articulus modo additur, modo omittitur.

CCCLXXII. Nominibus cum Pronomine coniunctis, atque per hoc ipsum iam satis definitis, Articulus non additur. Neque enim cum أَبَاكَ *pater tuus* dicitur, dubitari potest, de quonam patre sermo sit. Nec praemittitur Articulus Nomini proprio, quippe natura sua determinato, si quidem tale sit, quod non aliter, nisi ut Nomen proprium, usurpatur, quale سُعَادُ *Soada*, feminae nomen. Ea vero hominum Nomina propria, quae proprie sunt Appellativa, haud raro praemisso Articulo ad certam aliquam restringuntur personam. Sic Appellativa حَارِثٌ *agricola*, خَازِنٌ *thesaurarius*,

صَالِحٌ *bonus*, فَضْلٌ *praestantia*, عَدْلٌ *aequitas*, ut Nomina propria usurpata restringuntur praemisso Articulo: آلْحَارِثُ *al Hareth*, آلْخَازِنُ *alKhasen*, آلصَّالِحُ *asSalehh*, آلْفَضْلُ *alFadhl*, آلْعَدْلُ *al Adl*. Possunt tamen eiusmodi Nomina propria et omisso Articulo usurpari, diciturque aeque recte حَسَنٌ *Hhasan* (pulcher) et آلْحَسَنُ *alHhasan*, حُسَيْنٌ *Hhosain*, (praecedentis diminutivum) et آلْحُسَيْنُ *alHhosain*.

*Nota*. Articulus nonnumquam ut Pronomen relativum usurpatur, de quo eius usu vid. §. CCCLXXXVI.

# CAPVT DECIMVM.

## DE PRONOMINE.

### I. *Pronomina Personalia*.

CCCLXXIII. Pronomen personale Arabice dicitur إِسْمٌ مُضْمَرٌ *Nomen occultum, in mente conceptum*, sive simpliciter ضَمِيرٌ, *occultum*, quod videlicet proprio occultato Nomine pro eo in oratione substituitur, estque vel *Separatum*, vel *Inseparabile*, sive *Affixum*. Illud pro Nominativo adhibetur, Affixum Casibus obliquis exprimendis inservit. Ceterum Pronomina personalia ipsa omnia sunt indeclinabilia.

CCCLXXIV. Pronomina personalia, tam Separata, quam Affixa, sunt trium personarum, primae, secundae, tertiae. Numeros Personae secunda et tertia habent tres, Singularem, Dualem et Pluralem; prima duplicis tantum est Numeri, Singularis et Pluralis. Discrimen etiam Generis exprimunt Persona secunda et tertia Singularis et Pluralis; sed quae primam personam utrius-

que Numeri indicant, nec non secunda et tertia Dualis, sunt generis communis.

CCCLXXV. Pronominum personalium *separatorum* tabella est haec:

| | | Masc. | Comm. | Fem. |
|---|---|---|---|---|
| 1 Pers. | Sing. | | أَنَا *Ego* | |
| | Plur. | | نَحْنُ *Nos* | |
| 2 Pers. | Sing. | أَنْتَ *Tu* | | أَنْتِ *Tu* |
| | Dual. | | أَنْتُمَا *Vos* | |
| | Plur. | أَنْتُمْ *Vos* | | أَنْتُنَّ *Vos* |
| 3 Pers. | Sing. | هُوَ *Is* | | هِيَ *Ea* |
| | Dual. | | هُمَا *Ii, eae, duo,* | |
| | Plur. | هُمْ *Ii* | | هُنَّ *Eae* |

Pronomen هُوَ perdit suum Dhamma, uti هِيَ suum Kesre si praefixam habet Coniunctionem وَ vel فَ *et*, ut وَهْوَ *et is*, فَهْيَ *et ea*, pro وَهُوَ et وَهِيَ.

CCCLXXVI. Pronomina personalia *affixa* Nominibus significant possessionem, referuntque Pronomina nostra possessiva Verbis vero addita ut plurimum Casum patientem, seu Accusativum, non raro tamen Dativum indicant, maxime cum Accusativus alius sequitur. Sunt autem haec:

| | | Masc. | Comm. | Fem. |
|---|---|---|---|---|
| 1 Pers. | Sing. | | ـِي | |
| | Plur. | | نَا | |
| 2 Pers. | Sing. | كَ | | كِ |
| | Dual. | | كُمَا | |
| | Plur. | كُمْ | | كُنَّ |

| | | Masc. | Comm. | Fem. |
|---|---|---|---|---|
| 3 Pers. | Sing. | هُ | | هَا |
| | Dual. | | هُمَا | |
| | Plur. | هُمْ | | هُنَّ |

Primae personae Pronomen Verbo affixum et in Accusativo vertendum pro ـى est نِى, inserto ن inter terminationem Verbi et Pronomen, ne hoc cum illa coalescat, aut hiatus fiat.

CCCLXXVII. Vocibus, quibus illa Affixa adduntur, in fine ea nonnullas mutationes inducunt, quae fere sunt hae:

1. Casuum terminationes Nominum triptotorum, ـٌ, ـٍ, ـً ante Pronomina affixa amittunt Nunnationem, remanentque solae Vocales ـُ, ـِ, ـَ. Hinc a كِتَابٌ *liber* fit كِتَابُهُ *liber eius.*

2. Ante Affixum primae personae Vocalis terminalis Nominis plane perit; ut كِتَابِى *liber meus.*

3. Nominum femininorum terminatio ة transit in ت; ut a نِعْمَةٌ *beneficium* fit نِعْمَتُهُ *beneficium eius.*

4. ن terminale Dualis et نَ terminale Pluralis masculini regularis accedente Pronomine affixo perit. Vnde a كِتَابَانِ *duo libri* fit كِتَابَاكُمْ *duo libri vestri*, a نَاصِرُونَ *adiutores*, et نَاصِرِينَ in Casibus obliquis, fit نَاصِرُوكَ et نَاصِرِيكَ *adiutores tui.*

5. Hamza ultimum Nominum eo terminatorum ante Pronomen affixum transit in ؤ, si Vocalem habeat Dhamma, in ئ vero si Vocalis eius sit Kesre. Hinc a نِسَآءٌ *mulieres* fit نِسَاؤُهُ *mulieres eius*, et نِسَائِهِ *mulierum eius.*

6. Tertiis Praeteriti et Futuri personis accedens Pronomen affixum pellit ا otiosum post و servile, ut نَصَرُوا *adiuverunt,*

نَصَرُونَا *adiuverunt nos*, رَمَوْا *iaculati sunt sagittas*, رَمَوْهُمْ *sagittas iaculati sunt in eos.*

7. Terminationi secundae masculinae Pluralis Praeteriti personae, تُمْ, Pronomine suffixo accedente additur و in Dhamma literae م imposito quiescens, ut نَصَرْتُمْ *adiuvistis*, نَصَرْتُمُوهُمْ *adiuvistis eos*.

8. Personae Futuri in ـُونَ terminatae, ut يَكْتُبُونَ *scribent*, accedentibus Affixis primae personae utriusque Numeri, نِي et نَا, suum ن nonnumquam amittunt, ut تَتَّقُونَا (vid. *Excerpta ex Hamasa* p. 500.), pro تَتَّقُونَنَا, *odistis nos;* تَأْمُرُونِي pro تَأْمُرُونَنِي *praecipitis mihi*, Sur. XXXIX, 64. Verbis tertiae radicalis ن si accedat Pronomen suffixum primae personae نِي, utrumque ن contrahitur, et tertia radicalis amittit suum Fatha, ut مَكَّنِّي pro مَكَّنَنِي *potentem me reddidit*, Sur. XVIII, 95.

9. ى finale post Fatha quiescens instar ا, in utrisque, tum Nominibus tum Verbis, accedente Pronomine affixo libere in ا quiescens mutant vel relinquunt, ut رَمَى *iecit*, رَمَاهُ et رَمَيَهُ *iecit eum*, et فَتًى *puer*, فَتَاهُ et فَتَيَهُ *puer eius*.

10. Particulis in ى quiescente post Fatha terminatis si accedat Pronomen affixum, illud ى adsumto Dschezmate diphthongescit, ut إِلَى *ad*, إِلَيْنَا *ad nos*; عَلَى *super*, عَلَيْكَ *super te*.

CCCLXXVIII. Ipsorum Pronominum affixorum Vocales nonnumquam mutantur.

1. Primae personae affixum ـِى loco Vocalis Kesre ante se assumit Fatha super se, cum annectitur dictioni terminatae aliqua literarum و ى ا Vocali destituta; ut خَطَايَا *peccata*, خَطَايَايَ *peccata mea*, غُلَامَانِ *duo pueri*, غُلَامَايَ *duo pueri mei* (vid. §. praeced. 4.). Si litera Pronomen affixum praecedens sit ى quies-

cens aut dschezmatum, id cum ى Affixi coalescit per Teschdid, secundum §. CX. Sic a غُلَامَيْنِ *duorum puerorum*, fit غُلَامَيَّ *duorum puerorum meorum*, ab عَصًا *baculus*, عَصَايَ *baculus meus*, a قَاضٍ *iudex*, قَاضِيَّ *iudex meus*, a مُسْلِمِينَ *fidelium* مُسْلِمِيَّ *fidelium meorum*. Si Pronomen affixum proxime praecedat و in Dhamma quiescens, و mutatur in ى, quod cum ى Affixi per Teschdid coalescit, Dhamma in Kesre converso; sic a مُسْلِمُونَ *fideles* fit مُسْلِمِيَّ *fideles mei*.

2. ى Pronominis affixi primae personae interdum abiicitur, quod frequens est in Vocativo, ut رَبِّ pro رَبِّي *domine mi!* إِتَّقُونِ pro إِتَّقُونِي *timete me;* et fere perpetuum, cum praecedit aliud ى descendens ex Hamza, ut ab أَحِبَّاءُ *amici*, أَحِبَّايِ pro أَحِبَّايِي *amici mei!* ab آبَاءُ *patres*, آبَايِ pro آبَايِي *patres mei!*

3. Pronomina affixa tertiae personae trium Numerorum, هُ, هُمَا, هُمْ et هُنَّ, suum Dhamma mutant in Kesre, cum proxime praecedit Kesre, ut دَارِهِ *domicilii eius*, دَارِهِمَا *domicilii eorum duorum*, دَارِهِمْ *domicilii eorum*, دَارِهِنَّ *domicilii earum:* aut cum praecedit ى in Kesre quiescens, ut فِيهِ *in eo*, يَرْمِيهِ *proiiciet eum;* aut denique cum ى in Fatha diphthongescens praecedit, ut عَلَيْهِ *super eo*, عَلَيْهِمْ *super iis*.

4. م dschezmatum Pronominum affixorum هُمْ et كُمْ ante Eliph unionis assumit Dhamma; cum vero هِمْ est efferendum (vid. paullo ante sub 3.), م ante ا unionis assumit Kesre, vid. §. LV. 3. *a*).

5. Pronomen affixum هُ suam Vocalem nonnumquam amittit et Dschezmate notatur, quod tamen non nisi in Rhythmicis deprehenditur, quibus et Coranus accensendus. In eo e. c. legitur

نُؤْتِهْ pro نُؤْتِهِ *dabimus illi*, Sur. III, 145. ed. Marracc., 139. ed. Hinckelm.

CCCLXXIX. Vni Verbo duo interdum annectuntur Pronomina affixa diversae personae, ut أَعْطَانِيهِ *dedit mihi eum*, يَكْفِيكَهُمْ *sufficiet tibi contra illos.* Quodsi Pronominum affixorum prius sit secunda persona masculina Pluralis كُمْ, inseritur inter utrumque Affixum وُ praecedente Dhamma, ut in يُرِيكُمُوهُمْ *ostendet vobis eos*, Sur. VIII, 46.

CCCLXXX. Possunt quoque Pronomina affixa in Accusativo ponenda separatim Verbis apponi, sed praefixo إِيَّا, ut إِيَّاىَ *me*, إِيَّاكَ *te*, إِيَّانَا *nos*, إِيَّاهُ *eum*, rel. Quod tamen non fieri solet, nisi cum unum Verbum duo Pronomina in Accusativo posita regit, aut cum Pronomen cum emphasi quadam Verbo praemittitur, ut in notissimo illo Sur. I, 4. إِيَّاكَ نَعْبُدُ وَإِيَّاكَ نَسْتَعِينُ *te* (non alium) *colimus, et te* (non alium) *in auxilium imploramus.* De quo plura in Syntaxi.

CCCLXXXI. Pronomen *reciprocum* sive *reflexivum*, *me ipsum, te ipsum*, rel., Arabice per nomen نَفْسٌ *anima* cum Pronomine affixo exprimitur; ut أَحْبَبْتُ نَفْسِي *dilexi me* (quasi dicas *animam meam*), أَحْبَبْتُمْ أَنْفُسَكُمْ *dilexistis vos ipsos.* Rarius usurpatur nomen ذَاتٌ *essentia* cum Pronomine affixo; ut فِي ذَاتِهِ *in se*, بِذَاتِهِ *per se*; مِنْ نَفْسِ ذَاتِهِ *ex se ipso, suapte.*

II. *Pronomina demonstrativa.*

CCCLXXXII. Pronomen *demonstrativum propinqui* est ذَا *hic*, quod sic flectitur:

*Singularis.*

Masc. ذَا, ذَاءِ, ذَائِهِ *hic.*

Fem. تِهِي, تِهِ, تَا, ذِي, ذِهِي, ذِهِ, تِي *haec.*

*Dualis.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Mascul. | Nominat. ذَانِ | Genit. et Accus. ذَيْنِ | *hi duo.* |
| Femin. | Nominat. تَانِ | Genit. et Accus. تَيْنِ | *hae duae.* |

ن Dualis assumit quoque Teschdid, ut sit ذَانِّ, تَانِّ, ذَيْنِّ, تَيْنِّ.

*Pluralis.*

Commun. أُولَاءِ et أُولَى *hi, hae.*

Adhibetur autem hic Pluralis de rationabilibus tantum; cum de irrationabilibus agitur, usurpatur pro Plurali Femininum Singularis.

CCCLXXXIII. 1. Pronomen demonstrativum *remoti* fit addito Pronomine affixo secundae perſonae eius, vel personarum earum, quas alloqueris. Hinc dicas ذَاكَ ٱلْكِتَابُ *ille liber*, si cum viro, ذَاكِ ٱلْكِتَابُ, si cum femina, ذَاكُمَا ٱلْكِتَابُ, si cum duobus colloquaris. Frequentius tamen Affixum secundae personae masculinae Singularis كَ ubique retinetur, nulla ratione habita generis aut numeri personarum, quibuscum colloqueris. Quare Demonstrativi remoti tabella simpliciter haec erit:

*Singularis.*

Mascul. ذَاكَ *Ille* Femin. تَاكَ *Illa*

*Dualis.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Mascul. | Nominat. ذَانِكَ | Genit. et Accus. ذَيْنِكَ | *Duo illi.* |

Femin. { Nominat. تَانِكَ / Genit. et Accus. تَيْنِكَ } *Duae illae.*

*Pluralis.*

Commun. أُولَائِكَ et أُولَاكَ *Illi, illae.*

2. Pro ذَاكَ saepe, inserto لْ, dicitur ذَالِكَ sive ذٰلِكَ, et pro تَاكَ usurpatur تِلْكَ, rarius تَالِكَ. In Plurali pro أُولَائِكَ potest et أُلَالِكَ dici (nec vero أُولَالِكَ). Duali illud لْ non inseritur; sed eius loco potest ن duplicari, et in Nominativo ذَانِّكَ, تَانِّكَ, in reliquis Casibus ذَيْنِّكَ تَيْنِّكَ dici.

3. Pronomini demonstrativo ذَا, nisi لْ illud assumatur, crebro praefigitur هَا *ecce!* cuius tamen ا compendii causa non solet pingi, sed per Fatha repraesentari, quod in codicibus accuratius scriptis perpendiculariter pingitur, secundum §. XXX. Illo igitur praefixo aucti Demonstrativi forma est talis:

*Singularis.*

Mascul. هٰذَا Femin. هٰذِهِ

*Dualis.*

Mascul. هٰذَانِ, هٰذَيْنِ Femin. هٰتَانِ, هٰتَيْنِ

*Pluralis.*

هٰؤُلَاءِ

Dicitur et كَ addito هٰذَاكَ.

### III. *Pronomina relativa.*

CCCLXXXIV. Pronomen relativum أَلَّذِي *qui,* e Demonstra-

tivo ذا et Articulo أَلْ، inserto ل، compositum, per genera et numeros variatur, flectiturque hoc modo:

*Singul. Masc.* أَلَّذِى, rarius أَللَّذِ، أَللَّذْ et أَللَّذِىُّ.

*Singul. Femin.* أَلَّتِى — أَللَّتِ et أَللَّتْ.

*Dual. Masc.* { Nominat. أَللَّذَانِ, rarius أَللَّذَا et أَللَّذَانِّ.
Genit. et Accus. أَللَّذَيْنِ et أَللَّذَيْنِّ. }

*Dual. Femin.* { Nominat. أَللَّتَانِ, أَللَّتَا et أَللَّتَانِّ.
Genit. et Accus. أَللَّتَيْنِ et أَللَّتَيْنِّ. }

*Plural. Masc.* أَلَّذِينَ, rarius أَلَّذِى، أَللَّذُونَ et أَلْأُلَى.

*Plural. Femin.* أَللَّاتِى, rarius أَللَّاتِ، أَللَّوَاتِى، أَللَّوَاتِ، أَللَّوَا، أَللَّاءِ et أَللَّاى.

Pro أَلَّذِى dicitur et لَذِى.

Notandum est, أَلَّذِى، أَلَّتِى et أَلَّذِينَ esse compendiose scripta pro أَللَّذِى أَللَّتِى et أَللَّذِينَ. Quae compendiosa scribendi ratio tamen nonnisi in tribus illis formis recepta est, ob frequentem earum usum; in formis ceteris minus usitatis duplex *Lam* exprimitur, scribendum igitur أَللَّذِ، أَللَّذَانِ rel.

أَلْأُلَى subinde usurpatur pro Plurali feminino, et أَللَّاى pro Plurali masculino. Est et أَللَّاءِ Pluralis utrique generi communis.

CCCLXXXV. Pronomen relativum indeclinabile est مَنْ *is qui, et ii qui, quicunque*, et مَا *id quod, quodcunque, ea quae, quaecunque:* illud de personis, hoc de rebus dicitur, et utrumque haud raro interrogat, vid. §. CCCLXXXVII.

CCCLXXXVI. Pronominis relativi vicem nonnumquam gerit Articulus أَلْ; qui eius usus manifestus est ubi Verbo aut Praepositioni praefixus reperitur, ut in hisce exemplis: مَا أَنْتَ بِٱلْحَكَمِ ٱلْ تُرْضَى حُكُومَتُهُ *tu non es iudex, in cuius arbitrio acquiesci possit* (ad verbum: *cuius iudicium gratum* s. *acceptum* sit); مَنْ لَا يَزَالُ شَاكِرًا عَلَى ٱلْمَعَهْ *qui non cessat gratias referre iis qui cum eo sunt.* In quo utroque exemplo ٱلْ apparet pro relativo ٱلَّذِى usurpari. Nec minus in hac locutione: *illi sunt* مِنَ ٱلْقَوْمِ ٱلرَّسُولُ ٱللّٰهِ مِنْهُمْ *e populo e quibus apostolus Dei oriundus erat.* In qua phrasi nomini رَسُول praemissum ٱلْ non esse Articulum, sed vicem gerere Pronominis relativi ٱلَّذِى, manifestum est inde, quod, cum duo Nomina in statu constructo, sive regiminis, ponuntur, nomini regenti, quod hic رَسُول est, e legibus Syntaxeos Arabicae, Articulum praefigi non licet. Similiter in hoc Corani loco (Sur. LVII, 1.7.): *) إِنَّ ٱلْمُصَّدِّقِينَ وَٱلْمُصَّدِّقَاتِ وَأَقْرَضُوا ٱللّٰهَ قَرْضًا حَسَنًا يُضَاعَفُ لَهُمْ *sane viris et feminis qui stipem erogant in pauperes, et qui foenerati sunt Deo foenus pulchrum, duplicabitur* (quod elargiti fuerint). Quo in loco أَلْ vocibus مُصَّدِّقِينَ et مُصَّدِّقَاتِ praemissum ponitur loco Pronominis relativi, quod tam illis vocibus, quam verbo أَقْرَضُوا praemittendum erat.

---

*) Hoc modo haec Participia Coniugat. V. scripta exstant in Cod. Ms., qui est penes nos, secundum §. CLVIII. 4. pro ٱلْمُتَصَدِّقِينَ وَٱلْمُتَصَدِّقَاتِ, ut in Corano Maracciano legitur. Sed prorsus improbandum est quod in exemplo Hinckelmanniano habetur, ٱلْمُصَدِّقِينَ وَٱلْمُصَدِّقَاتِ viri et feminae *fidem habentes.*

### IV. *Pronomina interrogativa.*

CCCLXXXVII. Pronomen interrogativum de personis est مَنْ, de rebus مَا; utrumque per omnia Genera, omnesque Numeros et Casus non variatum retinetur, si nomen personae aut rei, de qua interrogatur, subiicitur. Sin minus, declinatur hoc modo:

*Masculinum.*

| Plural. | Dual. | Singul. |
|---|---|---|
| مَنُونْ Nominat. | مَنَانْ Nominat. | مَنُو Nominat. |
| مَنِينْ G. et Acc. | مَنَيْنْ G. et Acc. | مَنِى Genit. |
| | | مَنَا Accus. |

*Femininum.*

| | | |
|---|---|---|
| مَنَاتْ per omnes Casus | مَنْتَانْ Nominat. | مَنَهْ, مَنْتْ, مَنَتْ per omnes Casus |
| | مَنْتَيْنْ G. et Acc. | |

CCCLXXXVIII. أَيٌّ *Quis? qualis?* Nomen est interrogativum et Substantivum; unde aliud Substantivum regit in Genitivo; ut أَيُّ كِتَابٍ *qualis liber?* مِنْ أَيِّ كِتَابٍ *ex quo*, vel *quali libro?* Femininum est أَيَّةٌ. Vtrumque, Masculinum et Femininum, declinatur per omnes Numeros et Casus, estque Dualis Masculini أَيَّانِ, Feminini أَيَّتَانِ, Pluralis أَيُّونَ, أَيَّاتٌ.

CCCLXXXIX. Interrogativa *quantitatis* sunt كَمْ, كَأَيِّنْ, كَائِنْ *quot?* quae per omnia Genera, omnesque Numeros et Casus non variata retinentur.

# LIBER QVARTVS.

## *De Particulis.*

CCCXC. Particvlae orationis indeclinabiles, Arabibus حُرُوف dictae (a Singulari حَرْف *extremitas, pars exstans rei, litera alphabeti, unica dictio, particula*), id est, *Praepositiones, Adverbia, Coniunctiones* et *Interiectiones*, dividuntur in *coniunctas*, sive *inseparabiles*, et in *seperatas*. Primum agimus de *coniunctis*, utpote simplicissimis.

## CAPVT PRIMVM.

### DE PARTICVLIS CONIVNCTIS.

CCCXCI. Inseparabiles Particulae nonnisi in compositione cum aliis orationis partibus adhibentur, quibus perpetuo ab initio praefiguntur. Sunt autem illae, singulae hae octo literae quae duobus hisce vocabulis technicis comprehenduntur: أَبْتَسْ فَكَلُو. E quibus hae quatuor sunt Praepositiones: بِ, تَ, كَ et لِ, quibus عَ et مَ addendae; tres, أَ, سَ et لَ, sunt Adverbia; et duae, فَ et وَ, sunt Coniunctiones.

أَ

habet Fatha estque 1. nota interrogationis, *an, num, numquid?* ut أَمَاتَ *an obiit?* أَأَنْتَ *an tu?* أَفِي *num in?* Cum vero sequitur alterum membrum, cui praefigitur Particula interrogativa separata أَمْ, utraque est disiunctiva, valetque *sive* — *sive.* Vt in illo Corani Sur. II, 6. *Infideles quod attinet, item erit,* أَأَنْذَرْتَهُمْ أَمْ لَمْ تُنْذِرْهُمْ *sive commoneas eos, sive non.* Ita et in gemina interrogatione seu disiunctione interrogativa fit, ut أَزَيْدٌ عِنْدَكَ أَمْ عَمْرُو *num Zeidus apud te est, an vero Amru?*

2. Est أَ et vocandi particula, ut أَيُوسُفُ *o Iosephe,* vocatque propinquum, ubi et آ, cum Medda, scribitur; et simili يَا addita, cum vocatur remotior, أَيَا *o! heus!*

بِ

semper possidet Kesre notatque in universum *coniunctionem,* quomodocunque ea fiat. Significat itaque

1. *cum, una cum,* idem quod Particula separata مَعَ; ut أَكَلْتُ خُبْزًا بِتَمْرٍ *comedi panem cum dactylis.* Habet in hac significatione saepe ante se Verba *adventus* et *discessus,* quae tunc per *adducere* et *dare,* vel per *abducere* et *eripere* commode redduntur. Vt أَتَى بِٱلْكِتَابِ *venit cum libro,* i. e. attulit librum; ذَهَبَ بِٱلنُّورِ *abiit cum lumine,* i. e. ademit lumen.

2. notat *instrumentum,* ut كَتَبْتُ بِٱلْقَلَمِ *scripsi cum calamo.* Vel *causam per* quam quid efficitur, ut Sur. VII, 21. دَلَّيهُمَا بِغُرُورٍ *deiecit eos per fallaciam.*

3. indicat locum *in* quo quis commoratur, aut in quo aliquid fit, ut Particula separata فِي. Ita Sur. III, 119. نَصَرَكُمْ ٱللّٰهُ بِبَدْرٍ *adiuvit vos Deus in Bedro.*

4. designat *compensationem, permutationem* et *talionem*. Sic Sur. V, 49. اَلنَّفْسُ بِٱلنَّفْسِ وَٱلْعَيْنَ بِٱلْعَيْنِ *vita pro vita et oculus pro oculo*. II, 15. اِشْتَرَوُا ٱلضَّلَالَةَ بِٱلْهُدَى *permutarunt aberrationem cum directione. In Vita Timuri* T. I. p. 98. ed. Mang. أَفْدِى ٱلْمُسْلِمِينَ بِنَفْسِى وَمَالِى *redimam Muslemos vita mea et facultatibus meis*. Sur. LXXXI, 9. بِأَيِّ ذَنْبٍ قُتِلَتْ *pro quonam delicto, s. ob quodnam delictum occisa est?* In *Abilfedae Annall.* T. I. 216. اَللّٰهُ قَتَلَكَ بِرُجُوعِكَ عَنِ ٱلْإِسْلَامِ *Deus perimit te ob defectionem tuam ab Islamismo*.

5. valet *per* in iureiurando, ut Sur. IV, 65. يَحْلِفُونَ بِٱللّٰهِ *iurant per Deum*. بِٱللّٰهِ لَقَدْ كَانَ *per Deum! iam fuit*.

6. praeponitur subinde Praedicato, praesertim in propositione negante, ut Sur. II, 79. مَا ٱللّٰهُ بِغَافِلٍ *Deus non negligit* (ad verbum: *non* est *Deus in negligente*). In *Haririi Cons.* IV, p. 41. ed. Schult. لَسْتُ بِمُوجِبٍ *non iniungo* (propr. *non sum in iniungente*). In *Abilfedae Annall.* T. I. p. 190. *Propheta* لَيْسَ بِٱلطَّوِيلِ وَلَا بِٱلْقَصِيرِ *nec procerus erat nec brevis*. Rarius بِ ita praedicato praefigitur in propositione affirmante; ut Sur. XLVI, 33. *Nonne intelligitis, Deum, qui coelos et terram condidit* بِقَادِرٍ عَلَى أَنْ يُحْيِىَ ٱلْمَوْتَى *tanta potentia praeditum esse, ut mortuis vitam reddat?*

7. post إِذَا *ecce!* praeponitur بِ nomini eius, qui est contemplandus, ut in *Vit. Tim.* T. I. p. 66. إِذَا بِرَجُلٍ *ecce virum!*

8 inservit plurium Verborum constructioni, ut حَسَّ بِٱلشَّىْءِ *percepit rem;* مَرَرْتُ بِزَيْدٍ *praeterivi Zeidum*.

Per بِ Particulae لَا *non* praepositum formatur Particula composita بِلَا, quae *sine* notat.

تَ

est iurandi Particula, ut تَٱللّٰهِ *per Deum!* تَرَبِّ ٱلْكَعْبَةِ *per Dominum Caabae!* تَرَبِّي *per Dominum meum!* تَٱلرَّحْمٰنِ *per*(Deum) *misericordem!* nec de aliis quam de Deo usurpatur.

سَ

praefigitur Futuro, pro سَوْفَ, *futurum est*, *μέλλει*, et restringit illud ad futuri temporis significationem, ut in Haririi *Cons.* IV. p. 52. سَتَجِدُ *invenies* (a وَجَدَ).

فَ

est Coniunctio, sive copulandi particula, *ac*, *dein;* subiungitque praecedenti id quod re ipsa posterius est, et sequitur, sed sine mora, quo differt a ثُمَّ *tum*. Sic جَآءَنِي زَيْدٌ فَعَمْرٌو *venit ad me Zeidus, deinde Amru*, illum mox sequutus. A وَ *et* autem in eo differt, quod copulat, quando ex praecedentibus aliquid infertur, seu quando consequentis ratio est in antecedente. Sic in Locmani Fab. II. غَزَالٌ مَرَّةً عَطِشَ فَأَتَى إِلَى عَيْنِ مَآءٍ *cervus quum aliquando sitiret, ad aquae fontem venit.* Sur. II, 267. فَإِنْ لَمْ يُصِبْهَا وَابِلٌ فَطَلٌّ *quodsi non incidat ei pluvia, tum certe ros.* Cum Imperativo praefigitur, commode *ergo, igitur* saepe reddi potest, ut Sur. V, 26. فَتَوَكَّلُوا *confidite igitur.* Subinde est *ne* vertenda, ut Sur. II, 33. (al. 35.) لَا تَقْرَبَا هٰذِهِ ٱلشَّجَرَةَ فَتَكُونَا مِنَ ٱلظَّالِمِينَ *ne appropinquetis huic arbori, ne sitis ex iniquis.* Nonnumquam et, sicuti Hebraicum ו, Verbo praemittitur, ad nexum eius cum Nomine absoluto, quod praecedit, indicandum, ut Sur. II, 38. وَإِيَّايَ فَٱرْهَبُونِ *me autem quod attinet, me timete.* Haud raro tamen simpliciter copulat, ut وَ.

كَ

est comparandi Particula, *sicut*, *instar*, regitque Genitivum, ut كَرَجُلٍ *sicut vir.* Praefigitur et Pronominibus personalibus, ut كَأَنَا *sicut ego*, كَأَنْتَ *sicut tu*, كَهُوَ *sicut ille.* Rarissime Pronominibus suffixis iungitur, ut كِي *sicut ego*, كَكَ *sicut tu*, كَهُ *sicut ille.* Pronomini demonstrativo ذَا, et relativo مَا praemissum, كَذَا, كَمَا, valet *ita*, *sicuti.* Saepe nomini مِثْل per pleonasmum praemittitur, ut كَمِثْلِ ٱلْحِمَارِ *instar similitudinis asini*, i. e. sicut asinus.

لِ

cum Kesre 1. est Dativi nota, ut لِرَبٍّ *domino;* cum Pronominibus tamen habet Fatha, ut لَكَ *tibi*, لَنَا *nobis*, لَكُمْ *vobis;* excepto primae Personae Singularis Suffixo, ut لِي *mihi.*

2. significat *ob*, *propter*, ut in Locmani Fab. II. حَزِنَ لِدِقَّةِ قَوَائِمِهِ وَسُرَّ لِعِظَمِ قُرُونِهِ *tristatus est ob gracilitatem pedum suorum, et gavisus est ob magnitudinem cornuum suorum.*

3. denotat *ut*, *ad*, *eo fine ut*, veluti: إِلْتَمَسَ شَيْأً لِيَأْكُلَهُ *quaesivit quidquam ut comederet.*

4. est iurisiurandi Particula, ut لِلّٰهِ *per Deum!*

5. Futuro praefixum tribuit ei Imperativi significationem inducitque apocopen (§. CXLVII.), ut لِيَكْشِفْ *detegat!* Quodsi فَ vel وَ praemittitur, لِ suum Kesre amittit, ut Sur. IV, 6. فَلْيَأْكُلْ *comedat!*

لَ cum Fatha est 1. vocationis ad opem nota, ut يَا لَزَيْدٍ *o Zeide adiuva!*

2. initio praedicati ponitur, cuius subiectum ante se habet

إِنَّ, ut Sur. II, 138. (al. 145.) إِنَّ ٱللَّهَ بِٱلنَّاسِ لَرَؤُفٌ رَحِيمٌ *certe Deus est erga homines clemens et misericors.* Sur. II, 65. (al. 72.) وَإِنَّا إِنْ شَآءَ ٱللَّهُ لَمُهْتَدُونَ *et nos sane, si Deus voluerit, directi* (erimus ad faciendum, quod ille praecipit). Si Articulo praemittitur, is suum Eliph amittit, ut in hac loquutione: وَإِنَّهُ لَلْحَقُّ مِنْ رَبِّكَ *certe illud* est *veritas a Domino tuo,* ubi لَلْحَقُّ est pro لَٱلْحَقُّ.

3. in propositionibus conditionalibus respondet antecedenti لَوْ *si,* vel لَوْلَا *nisi,* ut in hisce exemplis: لَوْ جِئْتَنِي لَأَكْرَمْتُكَ *si ad me venires, certe ego te honorarem;* لَوْلَا فَضْلُ ٱللَّهِ عَلَيْنَا لَمُتْنَا فِي خَطَايَانَا *nisi* esset *Dei erga nos benignitas, certe moreremur in peccatis nostris.* In iureiurando potest et conditioni praemitti, ut in hac dictione: وَٱللَّهِ لَئِنْ أَكْرَمْتَنِي لَأَكْرَمْتُكَ *per Deum! si tu me honorares, certe ego te honorarem.*

## وَ

est 1. Coniunctio copulativa *et, etiam.*

2. iurandi Particula, Genitivum regens, ut وَٱللَّهِ *per Deum!* وَرَبِّ *per Dominum!*

3. Praepositio, *cum* valens et Accusativum regens, ut جَآءَ ٱلْأَمِيرُ وَٱلْجَيْشَ *venit imperator cum exercitu.* مَا لَكَ وَزَيْدًا *quid tibi est cum Zeido?*

4. indicat *statum,* idemque valet quod إِذَا *cum, dum,* ut in *Vita Timuri* T. I. p. 66. فَقَالَ وَهُوَ فِي غَايَةِ ٱلضَّرِّ *dixitque dum esset in extrema angustia.* In *Abilfedae Annall.* T. I. p. 242. أَخَافُ أَنْ تَقْتُلَنِي وَأَنَا أَشْرَبُ *vereor ut me interficias dum ego bibam.*

5. pouitur per ellipsin pro وَرُبَّ *et saepe*, ubi Genitivum regit; ut in *Excerptis ex Hamasa* p. 430. وَفُتُوٍّ هَجَرُوا *saepe iuvenes discesserunt.*

عَ et مِ

praefiguntur pro عَنْ *ab* et مِنْ *ex*, per elisionem literae ن; ut عَمَّا *ab eo quod*, pro عَنْ مَا; عَمَّنْ *ab eo qui*, pro عَنْ مَنْ; مِمَّا *ex eo quod*, pro مِنْ مَا; مِمَّنْ *ex iis qui*, pro مِنْ مَنْ. Rarius مِ *ex* مِنْ contractum praeponitur Articulo Nominis, ut مِلْحَيَّيْنِ *e duabus tribubus* est pro مِنَ ٱلْحَيَّيْنِ in *Excerptis ex Hamasa* p. 434. ubi cf. A. Schultensii Notam, in qua plura huiusmodi exempla adducta sunt.

---

# CAPVT SECVNDVM.

## DE PARTICVLIS SEPARATIS.

CCCXCII. Particulas separatas more nostro visum est distinguere in Praepositiones, Adverbia, Coniunctiones, et Interiectiones, quae omnes immutabiles sunt.

### I. *Praepositiones.*

إِلَى notat 1) *terminum* actionis, *ad*, *usque*, loci et temporis, ut جَآءَ إِلَى ٱلْمَدِينَةِ *venit ad urbem.* Sur. II, 34. (al. 36.) *Erit vobis in terra mansio et ususfructus* إِلَى حِينٍ *usque ad tempus* (mortis); 2) *accessionem*, ut زَادُوا حِكْمَةً إِلَى حِكْمَتِهِمْ *addiderunt sapientiam ad sapientiam eorum.*

حَاشَا *exceptionem* significat, *praeter*, *praeterquam*. Vid. et inter Adverbia.

حَتَّى indicat 1) *terminum*, *extremum*, valetque *usque*, ut حَتَّى مَطْلَعِ ٱلْفَجْرِ *usque ad locum quo oritur aurora;* 2) de *tempore* ubi agitur, notat *donec* ut: *iter ingressi sunt* وَسَارُوا حَتَّى طَلَعَتِ ٱلشَّمْسُ *donec sol est ortus;* 3) valet *etiam*, ut in hac phrasi: جَآءَ ٱلْقَوْمُ حَتَّى ٱلْمُشَاةُ *venit populus et ipsi quoque pedites*, s. *ne relictis quidem peditibus;* أَكَلْتُ ٱلسَّمَكَةَ حَتَّى رَأْسَهَا *comedi piscem, et ipsum quoque caput eius*, s. *ne ipso quidem capite relicto;* 4) significat *eo fine ut*, e. c. in hac loquutione: جِئْتُ حَتَّى أَزُورَكَ *veni ut te inviserem.*

خَلَا } sunt Verba, quorum prius *abſuit*, *recessit*, posterius
عَدَا } *praeteriit*, *transivit* significat; utrumque vero usurpatur pro Praepositione *praeter*, *praeterquam.*

عَلَى notat 1) *super*, *supra*, 2) *ad*, *secundum*, *iuxta*, ut عَلَى عَادَتِهِ *secundum consuetudinem eius* (in *Vita Timuri* P. I. p 102.); 3) *officium*, sive *debitum* indicat, *ut* عَلَيَّ *mihi incumbit* (in *Abilfedae Annall.* T. I. p. 216.); 4) *prae*, ut in Sur. XXXVII, 153. أَصْطَفَى ٱلْبَنَاتِ عَلَى ٱلْبَنِينَ *elegit filias prae filiis;* 5) *tempori* designando inservit, ut عَلَى عَهْدِهِ *tempore eius;* 6) *instrumentum* indicat, cuius ope aliquid fit, Latine *per* vertendum, ut Sur. XX, 10. أَوْ أَجِدُ عَلَى ٱلنَّارِ هُدًى *aut inveniam per ignem* s. *ope ignis rectam viam;* 7) *coram*, ut in *Vita Timuri* I, 588. عَلَى رُؤُوسِ ٱلْأَشْهَادِ *coram ipsis qui praesto sunt;* 8) *quamvis, non obstante*, ut in *Vit. Tim.* II, 148. أُعَذِّبُكَ عَلَى كِبَرِ سِنِّكَ *excruciabo te, non obstante provecta tua aetate;* 9) عَلَيْكَ nonnumquam notat

خُذْ *cape*, ut عَلَيْكَ زَيْدًا *cape Zeidum*, adduc eum. Videtur elliptice dictum esse pro عَلَيْكَ أَنْ تَأْخُذَ زَيْدًا *tibi incumbit ut adducas Zeidum*. Dicitur quoque sensu parum diverso: عَلَيْكَ بِهِ *adduc eum*.

عَنْ 1) est *removendi* Particula, *separationem* rei ab altera notans, *a*, *ab*, *ex*; 2) *praeteritionem*, *omissionem*, vel *neglectum* indicat, ut مَاتَ عَنْ وَلَدٍ *obiit relicto filio*; 3) *pro*, i. e loco alterius, ut Sur. II, 45. نَفْسٌ عَنْ نَفْسٍ *anima pro anima*; 4) *prae*, *magis quam*, ut Sur. XXXVIII, 31. (al. 34.) *certe amavi amorem boni terreni* عَنْ ذِكْرِ رَبِّى *magis quam memoriam domini mei*; 5) *post*, ut: *bellum Wayelis peperit plures turbas* عَنْ حِيَالٍ *post secula*; 6) *de*, *obiectum indicans*, ut أَخْبَرَعَنْ هٰذَا ٱلشَّىْءِ *nuncium attulit de hac re*.

فِى notat 1) *in*, ratione *temporis* et *loci*; 2) *inter*, ut in *Abilf. Anall.* T. I. p. 174. كَانَ فِيمَا سَأَلُوا *inter ea* quae *petebant* (etiam hoc); quo sensu Latine et *cum*, *una cum* reddi potest, ut in *Abilf. Anall.* T. I. p. 132. رَأَيْتَنِى فِى سَبْعَةٍ *vidisses me inter septem*, s. *una cum septem* viris; 3) *relate ad*, ut Sur. XIII, 25. وَمَا ٱلْحَيَوٰةُ ٱلدُّنْيَا فِى ٱلْآخِرَةِ إِلَّا مَتَاعٌ *nec est vita huius mundi cum vita futura comparata*, aliud quidquam *quam utensile*; 4) *de*, *super*, ut Sur. II, 1. ذٰلِكَ ٱلْكِتَابُ لَا رَيْبَ فِيهِ *hic* est *liber* ille *de quo nulla dubitatio*; 5) *per*, ut Sur. V, 93. (al. 100). *Vtique vellet Satanas coniicere inter vos inimicitiam et odium* فِى ٱلْخَمْرِ وَٱلْمَيْسِرِ *per vinum et aleam*.

لَدُنْ } *notat ad*, *usque*, *apud*, *penes*. Dicitur et لَدْنِ, لِدْنِ,
لَدَى } لَدْ, لُدْ, لَدُ, لَدَا.

مِذْ et مُذْ, pro مِنْذُ et مُنْذُ, Particula composita ex مِنْ *ex* et إِذْ *tunc* indicat *terminum a quo, a, ab, inde a quo tempore.*

مِنْ notat 1) *a, ab, abs*, post Verba quae motum ad rem, vel et a re significant; 2) *e, ex*, sicque vel *partem rei* indicat, ut in hac phrasi: اَلْإِنْسَانُ مُرَكَّبٌ مِنْ نَفْسٍ وَجَسَدٍ *homo compositus est ex anima et corpore;* vel *genus, unde* res desumta, praecedente مَا, vel *ortum* et nativitatem, *ex* loco, unde, etc., sic رَجُلٌ مِنِّى *vir meae familiae*, Abilfedae Anall. T. I. p. 176.; 3) *tempus a quo*, ut in Masudii loco a Reiskio in Annotatt. historicis ad Abilfedae Annales T. I. p. 17. adducto: *pertingebat Euphrates* مِنْ مِائَةٍ *abhinc centum* annos *usque ad Hiram;* 4) *prae*, sive denotet *praeferentiam*, sive *causam*, ut in *Haririi Cons.* IV. p. 124. ed. Schult. وَهُوَ مِنَ ٱلْجِيرَةِ فِى تَمَلْمُلٍ *et ille prae externatione in excoctione* est; 5) *de*, post Verba dubitandi et narrandi; 6) negat et rerum absentiam infert, Latine per *sine* exprimendum, ut مِنْ حَقِّهَا *sine modo;* 7) est *comparationis*, ut Sur. XCVII, 3. لَيْلَةُ ٱلْقَدْرِ خَيْرٌ مِنْ أَلْفِ شَهْرٍ *Nox potentiae* scil. divinae (qua Coranus demissus est) *melior est quam mille menses;* 8) per periphrasin varios Casus exprimit, ut *a*) Nominativum in hac loquutione: مَا جَاءَنِى مِنْ أَحَدٍ *non venit mihi de uno,* i. e. ne unus quidem, cuiusmodi plura exempla adduxit A. Schultens in Not. ad *Haririi Consess.* III. p. 165.; *b*) Genitivum, ut أَلْعَتَبَةُ ٱلْعَالِيَةُ مِنَ ٱلْبَابِ *limen superius portae* (*Vit. Tim.* T. I. p. 612.); cf. A. Schultens *Animadverss. philologg. ad Prov. XXVI, 7.* quo sensu nonnumquam praeponitur, ut in *Vit. Tim.* T. I. p. 212. مِنْهُ عَلَى ٱلْمَمَرِّ *in transitu eius; c*) Accusativum, ut in *Abilfedae Anall.* T. I. p. 164. فَقَالَ فِى ذَلِكَ مِنْ أَبْيَاتٍ *et dixit de hac re versus.*

CCCXCIII. Reliquae autem Praepositiones exprimuntur per Nomina substantiva adverbialiter posita, id est, in Accusativo, sed abiecto Nun vocali ob regimen, ut فَوْقَ *supra* (ut فَوْقَ ٱلسَّطْحِ *supra tectum*), تَحْتَ *infra*, قَبْلَ *ante*, قُدَّامَ *ante*, أَمَامَ *coram*, عِنْدَ *apud*, مَعَ *cum*, et دُونَ *praeter*, et *infra* de numero, et *non autem* subandita simul Praepositione, si qua praecessit, عَبْرَ *trans*, بَدَلَ *pro*, حَوْلَ *circa*, بَيْنَ *inter*, خَلْفَ *post*, شَطْرَ *versus*, et si quae similia; quo pertinent سِوَى، سُوَى، سَوَاءَ et غَيْرَ *praeter*; vel per Genitivum praecedente Praepositione, ut مِنْ فَوْقِ *superne*, مِنْ بَعْدِ *post*, مِنْ دُونِ *praeter*, مِنْ أَجْلِ et لِأَجْلِ *propter*. Plura sunt e Lexicis petenda.

## II. *Adverbia.*

CCCXCIV. Adverbiorum significationes enumerare quamvis non tam sit Grammatici, quam Lexicographi; tamen, quum more receptum sit illorum tabulam libris artem Grammaticam tradentibus inserere, ne hic aliquis forte ea desideret, nos illa ad literarum ordinem breviter recensebimus.

أَجَلْ adfirmandi vox, *ita est*, *sic est*, *sane*, *certe*. Ab alia adfirmandi particula, نَعَمْ *bene*, ita differt, ut prius illud ut magis affirmans praestet, si non praecedat interrogatio; posterius vero, si praecedat; ut si quis dicit: *abi tu!* vel *abibis*, maiore eum assertatione dicet alter أَجَلْ quam نَعَمْ; contra vero, si quaeratur: *an abibis tu?* cum maiore emphasi respondebitur per نَعَمْ quam per أَجَلْ.

إِذْ *Cum* Praeteriti temporis, ut جِئْتُكَ إِذْ قَامَ زَيْدٌ *veni ad te cum surrexisset Zeidus*. Notat et *ecce!* et usurpatur cum agenti quid et velut inopinanti accidit.

إِذْ et إِذَّاكَ *Tunc, eo tempore.*

إِذَا *Cum* Futuri temporis, ut أَجِيئُكَ إِذَا قَدِمَ فُلَانٌ *veniam ad te cum advenerit ὁ δεῖνα.* Subinde tamen et tempus Praeteritum vel Praesens notat.

إِذَا vid. إِذَنْ.

إِذْمَا *Quum, siquando,* Particula quam illatio seu retributio sequitur.

إِذَنْ et إِذًا *Bene! age! equidem, utique.*

أَلَا *Annon?* usurpatur ut excitandi Particula, *age! agedum! scito!* Sic in Sindbadi itinere primo: وَلَوْلَا وُصُولُكَ إِلَيْنَا وَأَلَا كُنْتَ هَلَكْتَ فِي هَذَا ٱلْمَكَانِ *et nisi ad nos venisses, scito! tu hic interiisses.*

أَمْ *An? num? Quin, imo.* Vid. et inter Coniunctiones.

أَمَا ex أَ *an?* et مَا *non, annon?* At citra compositionem est Particula affirmativa, et plerumque post se habet similem إِنَّ, vel ante se praefixam فَ, *equidem, profecto, procul dubio.*

أَمْسِ *Heri.*

إِنْ sequente إِلَّا valet *non,* ut Sur. XII, 40. إِنِ ٱلْحُكْمُ إِلَّا لِلَّهِ *non est iudicium nisi Deo.* Subinde et non sequente إِلَّا, ut Sur. XXI, 111. وَإِنْ أَدْرِي لَعَلَّهُ فِتْنَةٌ لَكُمْ. *Et nescio num forte illud sit vobis probatio s. tentatio.* Particulam إِنْ nonnumquam redundare ad adstringendam negationem, observat Taurizius ad Hamasam; vid A. Schultens ad *Excerpta ex Hamasa* p 389. ubi ratio, cur إِنْ nonnumquam vim negandi habeat, bene explicatur.

إِنَّ *Ita, utique.*

إِنَّمَا *Duntaxat, tantum, solum;* ut إِنَّمَا أَجْرِي عَلَى ٱللَّهِ

*merces mea apud Deum tantum est,* a nemine nisi a Deo mercedem exspecto.

أَنَّى *Vbicunque, unde, quomodo?*

أَيْ Particula exegetica, *nimirum, id est.* Nec non Particula vocantis *o!*

إِي i. q. نَعَم *bene, maxime, ita.* Adhibetur nonnisi sequente iurisiurandi formula; ut إِي وَرَبِّي إِنَّهُ لَحَقٌّ *sane per Dominum meum illud est verum.*

أَيَّانَ et إِيَّانَ (quasi أَيّ آنٍ) *Quo tempore, quando?*

أَيْنَ *Vbi? quo?* مِنْ أَيْنَ *Vnde?* أَيْنَمَا *Vbicunque, quocunque.*

إِيهَ, إِيهٍ, إِيهًا *Macte! agedum!*

بَعْدُ *Post, postea*, pro quo et مِنْ بَعْدُ dicitur. Quodsi autem haec vox ut Praepositio usurpatur, ponitur in Accusativo, بَعْدَ, vel in Genitivo, si مِن praecedat, ut مِنْ بَعْدِ. Nota formulam أَمَّا بَعْدُ *quod attinet ad id quod post*, i. e. his praemissis, qua post Praefationem, vel usitatam Dei et Prophetae laudem ordiri epistolam, dissertationem aut librum solent.

بَعْدُ notat et *adhuc*, et praemissa negandi Particula *nondum.*

بُعَيْدُ diminutivum τοῦ بَعْدُ *paulo post.*

بَلَى Particula affirmantis, *maxime, certe imo*, usurpatur post interrogationem aut propositionem negativam, et affirmat contrarium.

تَحْتُ et تَحْتَ *Infra, sub, subter.* Valent de hac voce quae supra de بَعْدُ et بَعْدَ sunt notata.

تُحَيْتُ *Paulo inferius.*

ثَمَّ *Isthic*, loci remotioris.

ثُمَّ et subinde ثُمَّتَ, maxime apud Poetas, *tum, deinde.*

جَيْرِ، جَيْرٍ، جَيْرَ *Certe, profecto.* Iungitur subinde cum alia Particula affirmativa, ut جَيْرِ أَجَلْ *certe ita est.*

حَاشَا *Absit!* حَاشَا لِلّٰهِ et حَاشَ لِلّٰهِ *Avertat Deus!* حَاشَا لَكَ *Absit a te!* et, sicut Latini dicunt, *salva tui reverentia.*

حَيَّ *Age! adesdum!*

حَيْثُ et حَيْثَ *Vbi, ubicunque;* حَيْثُمَا *idem,* مِنْ حَيْثُ *Vnde.* إِلَى حَيْثُ *Quo.* بِحَيْثُ *Ita ut.*

رُبَّ, pro quo et رُبَ، رَبَّ، رَبَ، رُبُ، رُبْ، رُبَّتَ، رُبَتَ، رَبَّتَ scribitur, significat *multum, saepe, nonnumquam, forsan.* Idem notat compositum رُبَّمَا. Etiam aliorum generum et Numerorum Pronomina affigi solent, ut رُبَّهُ رَجُلًا *multi viri,* رُبَّهُ آمْرَأَةً *multae feminae.*

رَيْثَ et رَيْثَمَا *Vsque dum.*

سَوْفَ، سَوْ، سَيْ، سَفْ *Futurum est ut, μέλλει.* Vid. supra سَ inter Particulas coniunctas Cap. I.

سِيَمَا et سِيَّمَا, uti et لَا سِيَمَا ac لَا سِيَّمَا *Praecipue, inprimis.*

عَلَى *super, supra.* مِنْ عَلُ, et, licentia poetica, مِنْ عَلُو *ex superiore parte, desuper.* مِنْ عَلَا *idem.*

عَلَّ، لَعَلَّ *Forsan,* in spe aut metu. Adduntur et Pronomina, ut عَلَّنِي، لَعَلِّي، عَلِّي *forsan ego,* لَعَلَّكَ *forsan tu,* لَعَلَّكُمْ *forsan vos.*

عَوْضُ et عَوْضَ, nec non عَوْضِ، عُوضُ, et عَوْضٌ *Vllo tempore* scil. futuro v. c. non sum abiturus; semper iunctam habet negationem.

غَيْرَ *Praeter,* ut غَيْرَ زَيْدٍ *praeter Zeidum,* est proprie Accusativus Nominis غَيْرٌ *mutatio.*

فَضْلًا *Magis*, فَضْلًا عَن et فَضْلًا أَنْ *nedum ut.* Quod tamen et فَضْلًا solum notat, ut in Locmani Fab. XXXII. *Si nihil ego cibo alerem, non possetis vos ire,* فَضْلًا تَحْمِلَانِ شَيْأً *nedum ferre quicquam.*

فَقَطْ *Solum, dumtaxat.*

فَوْقُ et فَوْقَ *Supra, magis quam.* De hoc Adverbio valent eadem, quae supra de بَعْدُ notata sunt.

قَبْلُ et قَبْلَ *Ante, prius.*

قِبَلًا *Coram, ob oculos.*

قُبَيْلًا (diminutivum τοῦ قَبْلَ) *Paulo ante.*

قَد, فَقَد, لَقَد *Certe, iam, modo, dudum;* Verbis praeponi solet; cum Praeterito tempore praeteritam actionem affirmat. Subinde vacat, cum Futuri forma futuram praesentemve actionem indicat ut contingentem. Nonnumquam idem valet quod رُبَّمَا *quandoque, interdum.*

قَطُ, قَطُّ, قَطِّ, قُطُ, قُطُّ *Vnquam.* Hoc Adverbium usurpatur nonnisi cum negatione coniunctum de tempore praeterito, ut مَا رَأَيْتُهُ قَطُ *haud vidi illum unquam.*

كَأَنَّ (e كَ et أَنَّ compositum) *Quasi, ac si, perinde ac.*

كَذَا (e كَ et Pronomine demonstrativo ذَا compositum, *ita, sic.*

كَلَّا *Nequaquam, minime,* in responsione.

كُلَّمَا *Quotiescunque.* Compositum ex Accusativo Nominis كُلٌّ *Vniversitas, omne,* et مَا.

كَمَا *Sicuti, prout.*

كَيْفَ *Quomodo;* interrogative et definitive. كَيْفَمَا *Quomodocunque.*

لَا *Non, minime*, negat rem futuram.

لَمْ *Non*, negat absolute. Semper Futuro praefigitur, cui vim Praeteriti tribuit.

لَمَّا *Nondum* (e لَمْ et مَا compositum).

لَمَّا *Cum, postquam.*

لِمَا et لِمَ *Quare, cur?* est e Praepositione لِ et مَا *quid?* compositum.

لَنْ *Non*, praeponitur semper Futuro, negatque rem futuram. Compositum est e negandi Particula لَا et Coniunctione أَنْ; significatque proprie *non erit ut.*

لَوْلَا et لَوْ مَا Adverbia e Coniunctione لَوْ *si* et Adverbiis negativis لَا et مَا composita, usurpantur pro أَلَّا et أَلَا *age! agedum!*

لَيْتَ *Vtinam!* adsciscit Pronomina suffixa, ut لَيْتِى et لَيْتَنِى *utinam ego!*

مَا *Quoad, quamdiu.* مَا دُمْتُ حَيًّا *quoad s. quamdiu vixero.*

مَا *Non, ne.*

مَا est et admirationis particula, ut Latinum *quam!* sequente gemino Accusativo, ut in Haririi Cons. III. p. 174. ed Schult. مَا أَغْزَرَ وَبْلَكَ *quam copiosus est imber tuus!*

مَتَى *Quando.* مَتَى مَا *Quomodocunque.*

مَعْ et مَعَ *Cum, una cum, non obstante.* مَعًا *Simul.*

مَهْمَا *Quotiescunque*, et *quoties? Quodcunque; quamdiu.*

نَعَمْ et نِعِمْ *Bene, maxime, ita*, affirmandi Particula illud quod alius dixit, sive sit propositio affirmativa sive negativa.

نَعَمْ, نِعِمْ, نِعْمَ *Euge! bene habet, o praeclare!* vir et femina.

Praeponitur Nominativo restricto per أَلْ, et Accusativo non restricto per Articulum.

هَا *Ecce! sodes, age!* etiam valet, addito Pronomine suffixo secundae Personae, idem quod خُذْ *cape!* Tum autem ك Affixi transit in Hamza, estque هَآءَ, هَآءِ, هَاؤُمَا, هَاؤُمْ, هَاؤُنَّ, pro diversitate Generis ac Numeri, pro هَاكَ, هَاكِ, هَاكُمَا, هَاكُمْ, هَاكُنَّ, *cape tu* vir! *cape tu* femina! *capite vos* ambo! etc.

هَاأَنَذَا si de viro, et هَاأَنَذِهِ si de femina sit sermo, *en! adest.*

هَلْ *An? num?*

هَلَا et هَلَّا *Agedum! adesdum!*

هَلُمَّ et لَكَ هَلُمَّ, لَكُمْ etc. *Adesdum! accede tu! accedite vos!* Compositum volunt ex ه pro هَا, excitantis Particula, et Imperativo Verbi لُمَّ, quasi proprie sit: *collige te!* Videtur idem esse quod Hebraicum הֲלֹם *huc.*

هُنَا et هَنَا *Hic, hoc loco.* Ab hoc Adverbio formantur alia Adverbia demonstrativa eodem modo quo formantur Pronomina demonstrativa composita (§. CCCLXXXIII. 1.), ut هَنَالِكَ *illic*, si de rebus remotioribus, هَاهُنَا et هَنَاكَ *hic*, si de rebus, quae prope adsunt, sermo sit. مِنْ هُنَا *Ex hoc loco*, مِنْ هَنَالِكَ *ex illo loco*, إِلَى هُنَا *huc*, إِلَى هَنَالِكَ *illuc.*

هُوذَا et هَاهُوذَا *Ecce!*

هَيَّا *Heus! adesdum!* Recipit Pronomina suffixa, ut هَيْتَكَ *Heus tu! perge!* هَيْتَ, etiam subinde هَيْتِ, هَيْتُ, هِيتَ, *adesdum, adesto!* Aliquando subiungitur secunda Persona, ut هَيَّا لَكَ, هَيَّا لَكُمْ rel.

وَاهًا *Euge! papae!* admirandi et laudandi Particula. Construitur cum عَلَى vel cum لِ, ut in Haririi Cons. III. p. 172. وَاهًا لِمَنْ يَقْذِفُهُ مِنْ حَالِقٍ *euge illum, qui eum deturbavit de praecipitio!*

يَا *O! hui!* est Particula monentis, excitantis, et blandientis, etiam admirantis. يَا أَيُّهَا et يَا اَيَّتُهَا sunt Particulae vocantis cum propinquum, tum longius dissitum, et post se habent Nominativum.

CCCXCV. Praeter Adverbia quae enumeravimus possunt Arabes omnia Nomina, tam substantiva quam adiectiva, in Accusativo absoluto posita tanquam Adverbia usurpare. Sic a نَهَارٌ *dies* et لَيْلٌ *nox* est لَيْلًا وَنَهَارًا *noctu et interdiu*, a غَدٌ *postera, crastina dies*, est غَدًا *cras*, a يَوْمٌ *dies* est يَوْمًا *die quadam, aliquando*, sed cum Articulo اَلْيَوْمَ *hodie;* a طَوْعٌ *obsequium* est طَوْعًا *sponte*, uti e contrario a كُرْهٌ *molestia, difficultas*, كُرْهًا est *invito;* a دَاخِلٌ *interior* est دَاخِلًا *intus*, et a خَارِجٌ *egrediens, externus*, est خَارِجًا *foris*, a كَثِيرٌ *multus* est كَثِيرًا *multum*, et a قَلِيلٌ *paucus* est قَلِيلًا *parum*, et quae sunt huiusmodi plura alia. Exprimuntur quoque plura Adverbia per Genitivum praemissa praepositione, ut مِنْ فَوْقِ *desuper*, إِلَى دَاخِلٍ *intro*, إِلَى اَلْآنَ *hactenus*, مِنَ اَلْآنِ *ἀπὸ τοῦ νῦν, dehinc, deinceps.*

## III. *Coniunctiones.*

CCCXCVI. Coniunctiones, tam copulativas, quam disiunctivas et adversativas, promiscue secundum seriem literarum enumeramus.

أَلَّا *Ne*, ex أَنْ *ut* et لَا *non* compositum. Praefixo لِ fit لِئَلَّا *ut ne*, Eliph in ى mutato, secundum §. LXXIX. et LXXXV.

إِلَّا *Nisi*, pro لَا إِنْ *si non.*

أَمْ *Aut, sive an? num?* Vsurpatur nonnisi initio membri posterioris propositionis disiunctivae; ut أَقُلْتَ هٰذَا أَمْ لَا *dixistine hoc, aut non dixisti?*

أَمَّا Particula inceptiva vel transitiva, *et quidem, autem*, et tunc quod sequitur praefixum sibi habet فَ vel فَإِنَّ. Adhibetur potissimum ubi postquam totum aliquid summatim propositum esset, deinceps de illius partibus sigillatim sermo instituitur, et Latine per *quod ad, quod attinet ad* commode exprimitur, ut in hoc Abulfaragii loco: *duo sunt Arabum genera, unum quod periit, alterum adhuc superstes:* أَمَّا ٱلْفِرْقَةُ ٱلْبَائِدَةُ فَكَانَتْ أُمَمًا ضَخْمَةً *quod attinet ad genus illud quod interiit, gentes erant copiosae.*

إِمَّا ex إِنْ *si* et مَا pleonastico, *si, quodsi, quando.* At citra compositionem est Particula disiunctiva, i. q. أَوْ *aut,vel,* nisi quod cum أَوْ prius quasi certum habetur, posterius incertum; cum إِمَّا dubium proponitur utrumque, ita tamen, ut alterum sit verum, ut: جَاءَنِي إِمَّا زَيْدٌ وَإِمَّا عَمْرٌو *venit ad me vel Zeidus, vel Amrus*, uter nescio.

أَنْ *Vt quod*, sive cum Futuro, sive Praeterito, ut أُرِيدُ أَنْ أَكْتُبَ *volo ut scribam,* i. e. cupio scribere. عَجِبْتُ أَنْ كَتَبْتَ *miror quod scripseris,* miror te scripsisse.

أَنَّ et أَنَّهُ *Quod, quia, quoniam;* inservit connectendis propositionibus.

إِنَّ et فَإِنَّ, item إِنَّهُ et فَإِنَّهُ *Vtique, equidem, sane.* Haec Coniunctio saepe est mere expletiva, et praeponitur subiecto propositionis quod cum Verbo enunciatur.

إِنْ *Si, siquando, siquidem;* وَإِنْ — إِنْ *aut — aut.* Vid. et inter Adverbia.

إِنَّمَا *Nam, utique;* وَإِنَّمَا *namque, at utique.* Vid. et inter Adverbia.

أَوْ *Aut, vel, sive.* Potest nonnumquam per *nisi* transferri, ut in hac loquutione: لَأَضْرِبَنَّكَ أَوْ تَتُوبَ *utique verberabo te nisi resipiscas.*

بَلْ *Sed, at vero,* estque corrigendi Particula, quae valet *imo, quin potius:* ut Sur. II, 82. (al. 87.). *Dixerunt* (Iudaei Muhammedi illudentes): *corda nostra non sunt circumcisa;* بَلْ لَعَنَهُمُ ٱللَّهُ بِكُفْرِهِمْ *quin potius maledixit iis Deus ob ipsorum impietatem.* Vid. et Sur. XXI, 5.

عَلَى أَنْ *Adeo ut.* على انّه propterea quod.

كَأَنَّ *Quasi, ac si, perinde ac.*

كَيْ et لِكَيْ *Vt.*

كَيْلَا et لِكَيْلَا *Ne.*

لِأَنَّ et لِأَنَّهُ *Quoniam, propterea quod.*

لَكِنْ et, ante Nomina et Pronomina, لَكِنَّ, *sed, attamen, veruntamen.*

لَوْ *Si, quodsi.* Ab إِنْ ita differt, ut hoc in simplici conditione, لَوْ vero ibi adhibeatur, ubi id quod ponitur aut plane non exsistit aut certe futurum esse non est verisimile. Vt cum quis dicit: *si mihi facultates suppeterent, peregrinationem sacram susciperem,* quibus verbis negat loquens, sibi facultates suppetere.

لَوْلَا, proprie *si non, nisi;* valet interdum, praesertim in Corano, *cur non?* Vt Sur. LXIII, 10. رَبِّ لَوْلَا أَخَّرْتَنِي إِلَى أَجَلٍ

قَرِيبٍ فَأَصَّدَّقَ وَأَكُنْ مِنَ ٱلصَّالِحِينَ *Domine mi! cur non distulisti mihi ad terminum vicinum* (i. e. exiguum temporis spatium mihi concessisti), *ut stipem in pauperes erogem et sim e recte facientibus?* Vid. et Sur. IV, 79. Possunt et Pronomina suffixa subiungi, ut in hac phrasi: لَوْلَاكَ مَا خُلِقَتِ ٱلدُّنْيَا *nisi tu exsisteres non creatus esset mundus.*

## IV. *Interiectiones.*

أَخْ et أَخّْ *Ah! heu!* gementis Particula. Item detestantis et fastidientis Particula, *vah! phy!*

أُفِّ, أُفَّ, أُفُّ, et أُفٍّ, أُفًّا, أُفٌّ *Phy! vah!* vox fastidientis et detestantis.

آهْ, آهِ, et أَهْ, أَهِ pro أَوَّهْ *Ah!* Particula querentis et dolentis.

وَا *Eheu!* Nomini cui praeponitur adnecti solet ا vel اهْ, ut وَا زَيْدَا vel وَا زَيْدَاهْ *eheu Zeidum!* وَا رَأْسَاهْ *eheu caput meum!* Sequentibus duobus nominibus in statu constructo positis syllaba اهْ additur posteriori, ut وَا غُلَامَ زَيْدَاهْ *eheu puerum Zeidi!* Dici quoque potest وَا غُلَامَ زَيْدِنَاهْ et وَا غُلَامَ زَيْدٍ. Cum Pronominibus suffixis: وَا غُلَامَهُوهْ *eheu puerum eius!* غُلَامَكِيهْ *puerum tuum! o femina!*

وَيْلٌ Nomen usurpatur pro Interiectione *Vae!* Dicitur autem disiunctim وَيْلٌ لَهُ *vae illi!* vel coniunctim وَيْلَكَ *vae tibi!* يَا وَيْلَتِي *vae mihi!*

---

# LIBER QVINTVS.

## *De Syntaxi.*

## CAPVT PRIMVM.

### DE SYNTAXI NOMINVM.

### I. DE VSV CASVVM.

#### 1. *De Nominativo.*

I. Nominativvs initio sententiae haud raro *absolute* ponitur, Latine per *quod attinet* exprimendus, quando constructio Casum obliquum requirit, qui per subiunctum Pronomen exprimitur; ut ٱللَّهُ لَهُ مَا فِي ٱلسَّمَوَاتِ وَعَلَى ٱلْأَرْضِ *Deum quod attinet, illi est*, i. e. Deo est *quidquid in coelis et super terram* existit. ٱللَّهُ رَسُولُهُ عِنْدَكُمْ *Deum quod attinet, legatus eius*, i. e. Dei legatus est *penes vos.* مُوسَى ٱصْطَفَيْنَاهُ *Mosen quod attinet, elegimus eum*, i. e. Mosen elegimus.

II. Subiectum et Praedicatum, Verbo substantivo omisso in Nominativo componi solent ita, ut integram sententiam faciant, Praedicato Subiectum sive sequente, ut ٱللَّهُ أَعْلَمُ *Deus* est *valde gnarus*, sive antecedente, ut أَكْبَرُ ٱللَّهُ *maximus* est *Deus.* Qui loquendi modus tamen locum non habet, nisi ubi de re praesenti agitur, aut cum aliquid generatim asseritur, ut قِتَالٌ فِيهِ كَبِيرٌ *proelium committere in eo* (mense Ramadhan) *ingens* est crimen.

2. *De Genitivo et de Statu Regiminis.*

III. Duo Nomina substantiva si ita coniunguntur, ut prioris significatio generalis et vaga addito sequente determinetur ac restringatur, ea in *statu constructo* sive *regiminis* (إِضَافَةٌ) posita dicuntur. Et prius quidem nomen, cuius restringitur significatus, dicitur *regens* (ٱلْمُضَافُ), alterum additum, *rectum* (ٱلْمُضَافُ إِلَيْهِ), et in lingua Arabica constanter in *Genitivo* postponitur. Sic in dictione حِكْمَةُ ٱللّٰهِ *sapientia Dei* nomen prius, حِكْمَةُ, est *regens*, sequens, in Genitivo positum, ٱللّٰهِ, *rectum.*

IV. 1. Per regimen Arabes amant construere duo Substantiva, quorum posterius, rectum, Adiectivi locum teneat; ut بَيْضَةُ فِضَّةٍ *ovum argenti*, i. e. argenteum; حَيَاةُ ٱلدُّنْيَا *vita mundi*, i. e. mundana; نَحْلَةُ ٱلْعَسَلِ *apis mellis*, i. e. mellifera; غِنَى ٱلْحَرَامِ *opes illiciti*, i. e. illicitae.

2. Interdum prius Substantivum, regens, Adiectivi vicem gerit; ut طُولُ ٱلتَّجَارِبِ *longitudo experientiae*, i. e. longa experientia; كَثْرَةُ ٱلنَّوْمِ *multitudo somni*, i. e. multus somnus.

Talis perpetua est constructio nominis كُلٌّ *universitas*, pro *omnis*, *omnes*, si alii nomini praeponatur, ut كُلُّ شَيْءٍ *omnis res*, كُلُّ ٱلنَّاسِ *omnes homines.* Postponitur quoque cum Pronomine suffixo ad nomen praecedens respiciente, vid. infra §. XV.

Eadem est constructio nominis أَيٌّ, eiusdemque feminini, أَيَّةٌ, *qualitatem* denotantis, ut أَيُّ ٱلنَّاسِ *quinam*, sive, *quales homines?* أَيُّ حُرٍّ *quis ingenuus?* أَيَّةُ ٱمْرَأَةٍ *quaenam mulier?* لِأَيَّةِ عِلَّةٍ *quam ob causam?*

Similis est ratio nominis غَيْرٌ, exceptioni et privationi indi-

candae inservientis, et *mutationem, diversitatem*, proprie denotantis. Sic غَيْرُ مَخْلُوقٍ *increatus* proprie est: *diversitas eius qui creatus est;* جَاؤُا ٱلْوُزَرَآءُ وَٱلْقُضَاةُ وَغَيْرُهُمْ *venerunt regni administratores et iudices aliique praeter illos*, proprie *et diversitas eorum.*

V. Genitivus haud raro *praecellentiam* indicat, ita ut nomen antecedens vim Superlativi induat, ut خَيْرُ ٱلْبَرِيَّةِ *optima rerum creatarum*, proprie ~~*optimum*~~ bonum *rerum creatarum;* أَعْلَمُ ٱلْفَلَاسِفَةِ *doctissimus philosophorum.*

VI. Genitivus inservit quoque determinandae significationi Adiectivi praecedentis, ut سَرِيعُ ٱلْحِسَابِ *celer* s. *promtus in computando*, proprie *celer computationis*, pro ذُو سُرْعَةِ ٱلْحِسَابِ *possessor promtitudinis computationis;* شَدِيدُ ٱلْعِقَابِ *violentus in castigando*, pro ذُو شِدَّةِ ٱلْعِقَابِ *possessor violentiae castigationis.*

VII. Cognomen, quod per iocum alicui tribuitur, proprio addi in Genitivo solet, ut: *Zeidus pera* (كُرْزٌ) dictus, exprimitur hoc modo: زَيْدُ كُرْزٍ, quemadmodum dicitur عَبْدُ ٱللّٰهِ *Abdollah,* nomen proprium compositum, quod *servum Dei* significat. Si vero istiusmodi cognomen addatur nomini proprio quod Articulum praefixum habeat, ponitur in Nominativo absoluto, ut ٱلْحَارِثُ كُرْزٌ *Alhareth, pera* dictus. Et haec quidem Grammatici Basrenses praecipiunt. Cufenses vero cognomen eodem, quo nomen, Casu poni permittunt, ut سَعِيدٍ كُرْزٍ, سَعِيدٌ كُرْزٌ سَعِيدًا كُرْزًا.

### 3. *De Accusativo.*

VIII. Accusativi terminationem Nomini *adverbialem* significationem saepe inducere, observatum est supra L. IV. §. CCCXCV. Sed patet hic Accusativi usus latissime; nam usurpatur et ubi vis

Adverbii Latine vel per Ablativum, vel per Praepositionem est exprimenda; ut مَاتَ جُوعًا *moritur fame;* صُومُوا أَيَّامًا مَعْدُودَةً *ieiunate per certum dierum spatium* (proprie: *dies numeratos*). Accusativus Adiectivi sive Participii Latine saepe per Gerundium in *do* exprimi potest; ut جَآءَ رَاكِبًا *venit equitando;* يَأْكُلُ وَاقِفًا *edit stans;* ٱدْخُلُوا ٱلْبَابَ سُجَّدًا *intrate portam adorando*, s. *adorantes.* وَلَا تَعْثَوْا فِى ٱلْأَرْضِ مُفْسِدِينَ *ne damna inferatis in terra corrumpentes*, s. vastando et praedando. Nec raro Gerundium in *dum* seu *finis*, per Accusativum Infinitivi, sive Nominis actionis (vid. p. 65.) exprimitur; ut ضَرَبْتُهُ تَأْدِيبًا *verberavi eum ad erudiendum*, id est, *ut erudirem eum.*

IX. Quod Latini ponunt post *quoad*, vel *ratione, respectu*, id Arabes per nudum Accusativum efferunt; ut طَابَ إِسْحَاقُ نَفْسًا *bonus est Isaacus quoad animam;* ٱللّٰهُ عَظِيمٌ قُدْرَةً *Deus est magnus quoad potentiam;* وَهِىَ كَٱلْحِجَارَةِ أَوْ أَشَدُّ قَسْوَةً *et illa* (corda) sunt *instar lapidum, aut fortiora* (lapidibus) *quoad duritiem.*

X. Praedicatum nonnumquam in Accusativo praemittitur subiecto, quod ex antecedente pendet ad indicandam eius naturam aut conditionem; ut Sur. VI, 141. *Ipse est, qui produxit hortos,* وَٱلنَّخْلَ وَٱلزَّرْعَ مُخْتَلِفًا أُكُلُهُ *et palmas et sementem, cuius varius est cibus*, ubi مُخْتَلِفًا أُكُلُهُ idem valet, quod ٱلَّذِى أُكُلُهُ مُخْتَلِفٌ Sur. XXI, 3. *Admonitionem domini sui audiunt nonnisi* وَهُمْ يَلْعَبُونَ لَاهِيَةً قُلُوبُهُمْ *ut ludibrio eam habeant dum oblectationibus distracta sunt corda eorum;* لَاهِيَةً قُلُوبُهُمْ idem valet quod وَقُلُوبُهُمْ لَاهِيَةٌ. Sur. XXXVIII, 50. (al. 52.). *Pios manent*

*habitationes amoenae,* جَنَّاتِ عَدْنٍ مُفَتَّحَةً لَهُمُ ٱلْأَبْوَابُ *horti perennes*, quorum *portae iis sunt apertae;* pro مُفَتَّحَةً لَهُمُ ٱلْأَبْوَابُ.

XI. Adiectivum verbale, seu Participium, in Accusativo positum, nonnumquam vicem gerit Verbi per Subiunctivum exprimendi: qui Accusativi usus conspicuus est in hoc Versu (*Excerpt. Hamas.* p. 354.): سَأَغْسِلُ عَنِّي ٱلْعَارَ جَالِبًا عَلَىَّ قَضَآءُ ٱللَّهِ مَا كَانَ جَالِبًا *Sane eluam a me opprobrium, trahat licet super me fatum Numinis quicquid trahat.* Vbi prius جَالِبًا est pro وَلَوْ جَلَبَ *etiamsi* s. *licet trahat.* Quo eodem modo Accusativus Participii usurpatur in hac sententia: مَنْ هَوَى شَيْئًا مَالَ بِهِ هَوَاهُ نَحْوَهُ كَائِنًا مَا كَانَ قَبِيحًا أَوْ جَمِيلًا *qui rem aliquam appetit, eum cupiditas sua ad illam fert, quaecunque ea sit, sive foeda fuerit, sive pulchra.* Vides, كَائِنًا valere وَلَوْ كَانَ.

XII. Nomen, quo enunciati alicuius qualitas definitur, illi subiungi in Accusativo solet; qui eius usus in Corano est frequens. Vt Sur. II, 242. Hinckelm. وَلِلْمُطَلَّقَاتِ مَتَاعٌ بِٱلْمَعْرُوفِ حَقًّا عَلَى ٱلْمُتَّقِينَ *et repudiatis* uxoribus debetur *quantum ad victum earum est necesse, pro maritorum facultate; statutum* hoc est *piis* observandum. Sur. IV, 15. Hinck. وَإِنْ كَانُوا أَكْثَرَ مِنْ ذَلِكَ فَهُمْ شُرَكَآءُ فِي ٱلثُّلُثِ وَصِيَّةً مِنَ ٱللَّهِ *quodsi fuerint plures quam hic* unus vel una; *hi* erunt *participes in tertia parte: et hoc praeceptum est Dei.* Vid. et Vs. 12. eiusd. Sur., ubi postquam aliud quid circa ius haereditatis praeceptum esset, additur: فَرِيضَةً مِنَ ٱللَّهِ *statutum* hoc est *a Deo,* pro هَذَا فَرِيضَةٌ.

## II. DE APPOSITIONE.

XIII. Duo Nomina cum ita componuntur, ut alterum priori sit epexegeseos causa additum, quod *Appositionem* vocant, utrum-

que Genere, Numero et Casu convenit, ut in illo Corani Sur. XIV, 19. وَيُسْقَى مِنْ مَآءٍ صَدِيدٍ *et potabitur ex aqua sanie* i. e. ex aqua quae est sanies. Sur. XXIV, 35. ٱلْمِصْبَاحُ يُوقَدُ مِنْ شَجَرَةٍ مُبَارَكَةٍ زَيْتُونَةٍ *Lampas illa accenditur ex arbore benedicta olea,* i. e. ex eo quod paratur e fructu arboris praestantissimae, videlicet oleae. Nec aliter, si Nomen alterum prioris definit modum, mensuram aut quantitatem, quale est hoc: أَكَلْتُ ٱلرَّغِيفَ نِصْفَهُ *comedi libum dimidium eius.*

XIV. Ad Appositionem pertinet quoque, quando Substantivis, ad rei, ut Arabes loquuntur, *confirmationem* (تَوْكِيدٌ) certa quaedam Nomina subiunguntur. Atque hic quidem primum notandus est ille nominum نَفْسٌ *anima,* et عَيْنٌ *oculus,* usus, quo aliis nominibus addita, una cum Pronomine suffixo nomen praecedens respiciente, idem valent quod Latinorum *ipse, a, um.* Conveniunt illa nomina cum eorum, quibus subiunguntur, tam Casu, quam Numero; in Plurali et in Duali nonnisi formae أَنْفُسٌ et أَعْيُنٌ adhiberi solent. Dicitur itaque جَآءَ زَيْدٌ نَفْسُهُ *venit Zeidus ipse;* رَأَيْتُ زَيْدًا نَفْسَهُ *vidi Zeidum ipsum;* جَآءَتْ زَيْنَبُ نَفْسُهَا *venit Zeïnab ipsa;* رَأَيْتُ ٱلْأَمِيرَيْنِ أَنْفُسَهُمَا *vidi duos principes ipsos.* Adiunguntur nomina illa et Pronominibus suffixis, ut رَأَيْتُكَ نَفْسَكَ *vidi te ipsum;* quod et ita: رَأَيْتُكَ إِيَّاكَ نَفْسَكَ, vel denique hoc modo: رَأَيْتُكَ أَنْتَ نَفْسَكَ efferri potest.

XV. 1. Idem est usus nominum كُلٌّ et جَمِيعٌ *universitas,* et عَامَّةٌ *vulgus, universitas,* quae aliis nominibus eodem modo, quo nomina §. XIV. memorata, apponi solent. Vt جَآءَ ٱلْجَيْشُ كُلُّهُ *venit exercitus universus* (proprie: *exercitus universitas eius*);

جَآءَتِ ٱلْقَبِيلَةُ كُلُّهَا *venit tribus tota;* رَأَيْتُ ٱلْقَوْمَ كُلَّهُمْ *vidi homines illos omnes;* مَرَرْتُ بِٱلنِّسَآءِ كُلِّهِنَّ *praeterii mulieres illas omnes;* جَآءَ ٱلْجَيْشُ عَامَّةً *venit exercitus universus.*

2. Ad Dualem illo modo exprimendum كِلَا *ambo* et كِلْتَا *ambae* adhibentur. Sic dicitur جَآءَ زَيْدٌ وَعَمْرٌو كِلَاهُمَا *venerunt Zeidus et Omarus ambo;* رَأَيْتُ عَمْرًا وَعُمَرَ كِلَيْهِمَا *vidi Amruum et Omarum ambo;* زَوَّجْتُهُ زَيْنَبَ وَفَاطِمَةَ كِلْتَيْهِمَا *dedi ei in matrimonium Zeinabam et Fatimam ambas.*

3. Ceterum in duabus illis vocibus كِلَا et كِلْتَا Casus distinctis terminationibus non discernuntur nisi aliis Nominibus appositae additis suffixis, ut in exemplis superioribus: alias sunt ἄκλιτοι. Vnde dici solet: رَأَيْتُ كِلَا أَخَوَيْكَ *vidi ambo fratres tuos,* et مَرَرْتُ بِكِلْتَا أُخْتَيْكَ *praeterii ambas tuas sorores.*

4. كُلٌّ et cetera supra 1. memorata Nomina etsi fere Nominibus Articulo aut alio modo determinatis apponi solent; subiungi tamen possunt et Nominibus indeterminatis, quae rem certa mensura finitam indicant. Sic dicitur شَهْرٌ كُلُّهُ *mensis totus,* سَنَةٌ جَمِيعُهَا *annus totus.* Neutiquam vero apponuntur Nominibus spatium infinitum indicantibus, qualia sunt وَقْتٌ *tempus* et مُدَّةٌ *temporis spatium,* nisi Articulo aut Nomine recto restringantur.

5. Nomini كُلٌّ, apposito praecedenti alicui Nomini, subiungi potest aliud appositivum, quod Genere, Numero et Casu conveniat cum eo cui كُلٌّ est appositum. Novum hoc appositum est أَجْمَعُ cum ad Singulare Masculinum refertur, جَمْعَآءُ, si ad Femininum; ad Plurale Masculinum relatum est أَجْمَعُونَ, ad Femi-

ninum Plurale, جُمَعُ. En tibi exemplum: فَسَجَدَ ٱلْمَلَآئِكَةُ كُلُّهُمْ أَجْمَعُونَ *adorarunt angeli omnes universi.* Duali neque Masculinum أَجْمَعَانِ neque Femininum جَمْعَاوَانِ adhiberi licet.

6. Voci أَجْمَعُ nonnumquam subiunguntur quaedam aliae eiusdem significationis voces, quae cum illa per omnia conveniunt. Sunt autem illae:

| in Singulari | | in Plurali | |
|---|---|---|---|
| Masc. | Femin. | Masc. | Femin. |
| أَكْتَعُ | كَتْعَاءُ | أَكْتَعُونَ | كُتَعُ |
| أَبْضَعُ | بَضْعَاءُ | أَبْضَعُونَ | بُضَعُ |
| أَبْتَعُ | بَتْعَاءُ | أَبْتَعُونَ | بُتَعُ |

Quando appositiva illa synonyma vel omnia, vel eorum plura coniunguntur, ponenda sunt eo quo hic habentur ordine. Itaque dicitur: جَآءَ ٱلْجَيْشُ كُلُّهُ أَجْمَعُ أَكْتَعُ أَبْضَعُ أَبْتَعُ *venit exercitus omnis ac universus.* Rarius unum alterumve trium illorum vocabulorum usurpatur solum, non praecedente كُلّ et أَجْمَعُ.

## III. DE STRVCTVRA NOMINVM NVMERALIVM.

### 1. *De Cardinalibus.*

XVI. Numeralia cardinalia, uti Generis anomaliam habent (L. III. Cap. VIII. §. CCCLIII.); sic quoque in constructione proprias leges sequuntur. Aut enim naturam Adiectivorum induunt conveniuntque cum re numerata, cui subiunguntur, Genere et Casu, ut بَنُونَ ثَلَاثَةٌ *tres filii,* بَنَاتٌ خَمْسٌ *quinque filiae.* Aut servant naturam Nominum, idque ita, ut quae a 3 ad 10 et supra 99 sunt, regant numeratum in Genitivo, et quidem Plurali,

Mm

fracto utplurimum, quando numerus minor denario est, ut سِتَّةُ أَيَّامٍ *sex dies*, خَمْسَةُ أَشْهُرٍ *quinque menses*; in Singulari vero, quando centenarius eumve excedens, ut مِائَةُ رَجُلٍ *centum viri*. Reliqua a *decem* ad *centum* numeratum regunt in Accusativo Singulari, ut أَحَدَ عَشَرَ كَوْكَبًا *undecim stellae*, تِسْعٌ وَتِسْعُونَ نَعْجَةً *nonaginta novem oves*. Si post haec Numeralia numeratum subinde sequatur in Plurali, ut in Sur. VII, 160. وَقَطَّعْنَاهُمُ ٱثْنَتَىْ عَشْرَةَ أَسْبَاطًا *divisimus eos in duodecim tribus*, eiusmodi anomalia ita est solvenda, ut ellipsis statuatur. Ita Corani verba quae modo adduximus, plene ita se haberent: قَطَّعْنَاهُمُ ٱثْنَتَىْ عَشْرَةَ فِرْقَةً هِىَ أَسْبَاطًا *divisimus eos in duodecim partes, quae* totidem *sunt tribus.*

XVII. Numerato in Accusativo Singulari posito, post Numerale a *decem* ad *centum*, si addatur Adiectivum, id cum Nominis sui Numero vel grammatice, vel quoad sensum convenire potest. Vnde dicere licet tam عِشْرُونَ دِينَارًا نَاصِرِيًّا *viginti denarii Nasarici*, observata convenientia Grammatica, quam عِشْرُونَ دِينَارًا نَاصِرِيَّةً Adiectivo cum suo Nomine conveniente quoad sensum.

XVIII. In Numeralibus compositis e denariis et monadibus, numerum vicenarium excedentibus, minor semper est denario praemittendus; ut ثَلَاثَةٌ وَثَمَانُونَ عَامًا *tres et octoginta anni*, ٱثْنَانِ وَعِشْرُونَ دِينَارًا *duo et viginti denarii.*

XIX. Numeralia ab 11 ad 19, cum aliis orationis partibus constructa, quum sint indeclinabilia, nullam subeunt mutationem. Sed a 20 usque ad 99 in constructione easdem, quas alia Nomina declinabilia, sequuntur regulas. Hinc dicitur: قُتِلَ أَرْبَعَةٌ وَثَلَاثُونَ رَجُلًا *occisi sunt quatuor et triginta viri*; مَرَرْتُ بِخَمْسٍ وَأَرْبَعِينَ

نَاقَةً *praeterii quinque et quadraginta camelas;* ذَبَحْتُ سِتًّا وَتِسْعِينَ شَاةً *mactavi sex et nonaginta oves.*

XX. 1. Denarii a *viginti* ad *nonaginta* cum nomine possessoris rei numeratae, aut cum Pronomine illius, per regimen ita coniungi solent, ut numerale regat alterum, nomine rei numeratae suppresso, si aliunde notum sit. Vbi numeralia, plane ut alia Masculina pluralia regularia in statu constructo, amittunt terminationem نَ; ut عِشْرُوا زَيْدٍ *viginti* (equi) *Zeidi,* ثَلَاثُوكَ *triginta tui* scil. servi.

2. Circa numeralia composita indeclinabilia illo modo constructa, excepto اِثْنَا عَشَرَ et اِثْنَتَا عَشْرَةَ *duodecim,* dissentiunt Grammatici. Plerique illa nullam tunc subire mutationem statuunt. Secundum alios autem numeralium istorum compositorum prius, Casus eius, quem orationis series requirit, terminationem adsciscit, alterum vero, عَشَرَ aut عَشْرَةَ, in Genitivo, tanquam a priore rectum, ponendum est, et in eodem Casu Nomen sive Pronomen quod sequitur, quasi ab عَشَر aut عَشْرَة rectum. Veluti هٰذِهِ خَمْسَةُ عَشَرِكَ *hi sunt quindecim tui* (cameli), خُذْ خَمْسَةَ عَشَرِكَ *accipe quindecim tuos* (camelos), أَعْطِ مِنْ خَمْسَةِ عَشَرِكَ *dona nonnullos e quindecim tuis* camelis. Alii denique illorum numeralium compositorum posterius Casuum terminationibus distingnere praecipiunt, priore non mutato, ut in Nominativo dicatur خَمْسَةَ عَشَرُ, in Genitivo خَمْسَةَ عَشَرِ, in Accusativo خَمْسَةَ عَشَرَ, ac si utrumque unam faceret vocem. Quod tamen potior Grammaticorum pars improbat.

XXI. 1. مِائَةٌ *centum* est nomen Generis feminei, cuius Duale, مِائَتَانِ, notat *ducentum.* Reliqui numeri centenarii componuntur e monadibus femininis, ثَلَاث *tres,* أَرْبَع *quatuor* etc. et مِائَة, et

ita quidem, ut monades Nunnationem amittant, مِائَةٌ vero, ut nomen rectum, in Genitivo ponatur, ut ثَلَاثُ مِائَةٍ sive, una voce, ثَلَاثُمِائَةٍ *trecenti*, proprie: *trias centuriae.* Legitur quoque, rarius tamen, in Plurali, ثَلَثُ مِئِينَ sive ثَلَثُ مِئَاتٍ *trecenti.*

2. Numerum centenarium sequitur numeratum in Genitivo, numerali abiiciente Nunnationem et ن Dualis, ut nomina in statu regiminis posita. Itaque dicitur مِائَةُ رَجُلٍ *centum viri*, مِائَتَا حِمَارٍ *ducenti asini;* خَمْسُ مِائَةِ كَلْبٍ *quingenti canes.* Nonnumquam tamen centenario numero additur numeratum in Accusativo Singularis, ut عَاشَ مِائَتَيْنِ عَامًا *vixit ducentos annos.*

XXII. 1. Nomen masculinum أَلْفٌ *mille* regit numeratum in Genitivo ponendum, ut أَلْفُ رَجُلٍ *mille virorum*, أَلْفُ مَدِينَةٍ *mille urbium.* Dualis أَلْفَانِ notat *duo millia*, ut أَلْفَا كِتَابٍ *duo millia librorum*, أَلْفَا قَرْيَةٍ *duo millia oppidorum.*

2. Reliqui numeri millenarii ita formantur, ut nomen أَلْفٌ iungatur monadibus, denariis et centenariis. Vbi observandum, illud ubi a numeralibus a 3 ad 10 pendet, in Genitivo Pluralis poni, ut ثَلَاثَةُ آلَافِ رَجُلٍ *tria millia virorum*, in Accusativo Singularis vero, ubi pendet a numeralibus ab 11 ad 99, ut عِشْرُونَ أَلْفَ رِطْلٍ *viginta millia librarum*, أَحَدَ عَشَرَ أَلْفَ دِينَارٍ *undecim millia denariorum*, in Genitivo Singularis denique centenariis iunctum, ut ثَلَاثُ مِائَةِ أَلْفِ دِينَارٍ *tercena millia denariorum.* Numeratum semper in Genitivo additur, utpote rectum ub أَلْفٌ, uti in exemplis allatis vides.

XXIII. Numero e diversis numeralium classibus composito numeratum subiungi eo in Numero et Casu solet, quem nume-

ralium postremum exigit; ut in hoc exemplo: بَيْنَ ٱلْهِجْرَةِ وَبَيْنَ ٱلطُّوفَانِ ثَلَاثَةُ آلَافٍ وَتِسْعُمِائَةٍ وَأَرْبَعٌ وَسَبْعُونَ سَنَةً *Fugam inter et diluvium numerantur* 3974 *anni.* Potest tamen numeratum et post singulas numeralium classes repeti eo in Numero et Casu quem singulae requirunt. En tibi exemplum: ٱلْغَرْبِيَّةُ عِبْرَتُهَا أَلْفَا أَلْفِ دِينَارٍ وَمِائَةُ أَلْفِ دِينَارٍ وَأَرْبَعَةٌ وَأَرْبَعُونَ أَلْفَ دِينَارٍ وَثَمَانُونَ دِينَارًا جَيْشِيَّةً *Garbiae* (provinciae Aegypti) *reditus aestimantur* 2, 144080 *denariorum militarium* (quorum valor a communibus differt).

XXIV. In Numero e pluribus chiliadum classibus composito solet post singulas classes أَلْف repeti, ut جُمْلَةُ ذٰلِكَ تِسْعَةُ آلَافِ أَلْفٍ وَخَمْسُمِائَةِ أَلْفٍ وَأَرْبَعَةٌ وَثَمَانُونَ أَلْفًا وَمِائَتَانِ وَأَرْبَعَةٌ وَسِتُّونَ دِينَارًا *Summa eius est* 9, 584, 264 *denariorum.*

XXV. Adiectivorum constructionem imitantur non solum numeralia simplicia (§. XVI.), verum et alia, ut in his verbis: وَجَذَبَ ٱلشَّبَكَةَ إِلَى ٱلْأَرْضِ إِذْ هِيَ مُمْتَلِيَةٌ حِيتَانًا كِبَارًا مِايَةً ثَلٰثَةً وَخَمْسِينَ *et traxit rete ad terram, ecce erat repletum piscibus magnis centum triginta quinque.*

XXVI. 1. Numerale cum numerato convenit *genere*, et ita quidem, ut numerale sequi soleat genus Singularis numerati; quare si numeratum in Singulari sit masculinum, in Plurali vero femininum, numerale ponendum est masculinum. Hinc dicendum ثَلَاثَةُ حَمَّامَاتٍ *tria balnea,* quia numeratum in Singulari est حَمَّامٌ, masculinum. Quod tamen non ubique observatur.

2. Numerati nomen si non sit expressum; numerale cum eo convenire debet genere; ut مِنْهُمْ مَا يَمْشِي عَلَى أَرْبَعٍ *ex iis sunt, quae ambulant quatuor* scil. pedibus. إِنِّي أَرَى سَبْعَ بَقَرَاتٍ سِمَانٍ

عِجَافٌ سَبْعٌ يَأْكُلُهُنَّ *equidem vidi septem vaccas pingues quas vorarunt sept m macilentae* scil. vaccae.

3. In numerati cum numerali quoad genus congruentia, modo respicitur numerati *significatio*, modo *forma* eius *grammatica*, vel masculina, vel feminina. Exemplo sit nomen شَخْصٌ *persona*, quod forma est masculinum; hinc dicitur, numerali masculino posito, ثَلَاثَةُ أَشْخُصٍ *tres personae*, quamvis de feminis sermo sit; uti contra, si nomine feminino عَيْنٌ *persona* utaris, tibi de viris loquenti dicere licet ثَلَاثُ أَعْيُنٍ *tres personae*, numerali feminino adhibito.

Quodsi autem eiusmodi nomini, cuius genus grammaticum non convenit cum sexu rei designatae, adiiciatur epitheton, rei de qua agitur describendae inserviens; tunc numerale sequitur numerati sexum. Quod hoc exemplum illustrabit: فَكَانَ مِجَنِّي دُونَ مَنْ أَتَّقِي ثَلَاثُ شُخُوصٍ كَاعِبَانِ وَمُعْصِرُ *eran'que clypeo mihi adversus eos quos metui tres personae, duae sororiantibus mammis puellae, et una nubilis.* Vbi vides, Pluralem nominis masculini, شُخُوصٌ, componi cum numerali feminino ثَلَاثُ, quod vocabula كَاعِبَانِ et مُعْصِرٌ, quae sunt epitheta feminis propria, nominis شُخُوصٌ ambiguitatem tollunt, et ad feminas restringunt. Alias significationis potius, quam generis grammatici ratio habetur. Ita etiamsi نَفْسٌ *anima* sit generis feminei, tamen, ubi de *tribus viris* agitur, dici potest ثَلَاثَةُ أَنْفُسٍ, quia نَفْسٌ hic idem valet quod رَجُلٌ *vir*.

4. Numeratum si non ipso nomine, sed solo Adiectivo, aut alio vocabulo illius qualitatem designante exprimatur; in apponendo numerali ratio habetur generis nominis subaudiendi (non vocabuli in textu expressi). Hinc Plurali feminino رَبَعَاتٌ (a

رَبْعَة *quadrato corpore*, sive *mediocri statura* vir vel mulier) numerale iungitur masculinum ubi de viris, femininum vero, ubi de mulieribus est sermo. Similiter in hoc Corani loco VI, 160. مَنْ جَآءَ بِٱلْحَسَنَةِ فَلَهُ عَشْرُ أَمْثَالِهَا *qui venerit cum* uno *benefacto*, *ei* merces rependetur *decem illi similium*, i. e. unicum quod quis ediderit laudabile factum ei rependetur decuplo, numerale femininum عَشْر iungitur masculino أَمْثَال, quod merum epitheton subauditi حَسَنَات reputatur.

5. Numerale ubi numerato non subiicitur, sed intercedente Praepositione مِن praeponitur nomini totius speciei, ad quam pertinet numeratum; servanda est grammatica Generis convenientia numeralis cum numerato. Hinc dicendum est ثَلَاثَةٌ مِنَ ٱلْغَنَمِ *tres ex ovibus*, numerali masculino posito, quod غَنَم *oves*, nomen speciei, est masculinum, uti contra ثَلَاثٌ مِنَ ٱلْبَطِّ *tres ex anatibus* dicitur, numerali feminino adhibito, quia بَطّ est femininum. A qua regula nec disceditur, si nomini speciei addatur epitheton, quo numerati genus definitur; ut ثَلَاثَةٌ مِنَ ٱلْغَنَمِ إِنَاثٌ *tres feminae ex ovibus*, numerali masculino servato, et ثَلَاثٌ مِنَ ٱلْبَطِّ ذُكُورٌ *tres mares ex ovibus*, numerali feminino servato. Ratio est, quod post numerale subauditur nomen a praepositione مِن rectum. Ita exemplorum supra positorum prius plene ita exprimendum erit: ثَلَاثَةٌ أَغْنَامٍ مِنَ ٱلْغَنَمِ *tres oves ex ovibus*; alterum ita: ثَلَاثٌ بُطُوطٍ مِنَ ٱلْبَطِّ *tres anates ex anatibus*. Eadem de causa dicendum: ثَلَاثٌ مِنَ ٱلْقَبَائِلِ *tres ex tribubus*, et ثَلَاثَةٌ مِنَ ٱلْأَرْهَاطِ *tres ex tribubus*, quia illud valet ثَلَاثٌ قَبَائِلَ مِنَ ٱلْقَبَائِلِ

*tres tribus e tribubus* reliquis, et ثَلَاثَةُ أَرْهُطٍ مِنَ ٱلْأَرْهَاطِ *tres familiae e familiis* reliquis.

Quodsi epitheton genus indicans ponatur inter numerale et nomen speciei, numerale accommodari debet generi epitheto illo designato. Quare dicendum ثَلَاثُ إِنَاثٍ مِنَ ٱلْغَنَمِ *tres feminae ex ovibus*, ثَلَاثَةُ ذُكُورٍ مِنَ ٱلْبَطِّ *tres mares ex anatibus*.

6. Numerati nomen ubi est generis communis, quale حَالٌ *status*, numerale pro lubitu masculinum vel femininum adhiberi potest.

7. Nomen a numerali rectum si proprium sit, ratio habetur quoad generis convenientiam, sexus illorum, qui illo nomine indicantur, non vero formae nominis grammaticae; ut ثَلَاثَةُ ٱلطَّلَحَاتِ *tres Talhae*, i. e. tres viri Talhae nomine, أَرْبَعُ ٱلزَّيْنَبَاتِ *quatuor* feminae *Zeinab* appellatae. In quo nihil est difficultatis, quum nomina propria virorum semper sint masculini, feminarum vero, feminini generis, etsi illa terminationem femininam habeant, ut طَلْحَةُ, haec masculinam, ut زَيْنَبُ.

8. Numeralia numeros abstractos indicantia semper ponuntur forma masculina, ut ثَلَاثَةٌ نِصْفُ سِتَّةٍ III. *dimidium τοῦ* VI.

9. Vbi res diversi sexus uno comprehenduntur numerali, id, si numerus sit a *sex* ad *decem*, accommodari debet generi eius nominis quod proxime sequitur, ut لِي ثَمَانِيَةُ أَعْبُدٍ وَإِمَاءٍ *possideo octo servos et ancillas*, لِي ثَمَانِي إِمَاءٍ وَأَعْبُدٍ *possideo octo ancillas et servos*. Numerus si senario sit minor, singulis speciebus sua addenda sunt numeralia.

Numeros autem quod attinet compositos, ut *undecim* et qui sequuntur, in rationabilibus numerale semper adhibetur masculinum, nulla ratione habita ordinis, quo diversarum specierum no-

mina ponuntur. Vnde dicitur: عِنْدِى خَمْسَةَ عَشَرَ عَبْدًا وَجَارِيَةً *penes me* sunt *quindecim* servi *et ancillae*, et عِنْدِى خَمْسَةَ عَشَرَ جَارِيَةً وَعَبْدًا *penes me* sunt *quindecim ancillae et servi.* In irrationabilibus vero numerale genere convenit cum eo nomine quod proxime sequitur, ut عِنْدِى خَمْسَةَ عَشَرَ جَمَلًا وَنَاقَةً *penes me sunt quindecim cameli et camelae;* et عِنْدِى خَمْسَ عَشْرَةَ نَاقَةً وَجَمَلًا *penes me sunt quindecim camelae et cameli.* Quodsi in irrationabilibus nomen ea designans non proxime sequatur numerale, id semper est femininum, ut عِنْدِى خَمْسَ عَشْرَةَ مَا بَيْنَ جَمَلٍ وَنَاقَةٍ *penes me sunt quindecim partim cameli partim camelae.*

XXVII. Numeralia possunt Articulo restringi 1) ubi tanquam abstracta usurpantur, ut اَلثَّلَاثَةُ نِصْفُ ٱلسِّتَّةِ III. *dimidium τοῦ* VI.; 2) si nomen numerati sit subaudiendum, sive antea expressum, sive aliunde notum, ut فَرَجَعَ ٱلسَّبْعُونَ بِفَرَحٍ *et redierunt septuaginta* scil. disciputi *cum laetitia;* 3) si numerale more Adiectivi sequatur numeratum, Articulo aut Suffixo restrictum, ut اَلرِّجَالُ ٱلْخَمْسَةُ *quinque illi viri*, قَبَائِلُهَا ٱلْعَشْرُ *decem suae familiae;* 4) si numerale praecedat numeratum, et utrumque sit restrictum, ubi in numeris a III ad X Articulus soli numerato praefigitur, ut in hisce verbis: *num animi tranquillitatem mihi reducent* ثَلَاثُ ٱلْأَثَافِى *tres illi lapides lebeti sustinendo inservientes?* Rarius et numerali Articulus praefigitur, ut اَلسَّبْعَةُ دَعَائِمُ ٱلنَّامُوسِيَّةِ *septem fundamenta legalia.* In numeris ab XI ad XIX Articulus praefigitur vel priori tantum vocum illarum indeclinabilium, e quibus ista numeralia sunt composita, ut اَلْأَحَدَ عَشَرَ دِرْهَمًا *undecim numi argentei*, اَلْإِثْنَتَا عَشْرَةَ نَاقَةً *duodecim camelae*, vel utrique, اَلْأَحَدَ ٱلْعَشَرَ دِرْهَمًا, et اَلْإِثْنَتَا ٱلْعَشْرَةَ

Nn

ثَانِيَة. Denariis praefigitur Articulus, atque si compositi sint cum monadibus, utrique numerali Articulus praeponitur, ut ٱلسَّبْعَةُ وَٱلسَّبْعُونَ جَمَلًا *septem et septuaginta cameli.* In centenariis et millenariis Articulus vel numerato vel numerali praeponi potest; ut ثَلَثِمِائَةِ ٱلدِّينَارِ CCC *denarii* aurei; ٱلْمِائَتَا أَلْفِ دِرْهَمٍ *ducenta millia numorum* argenteorum.

XXVIII. In annis numerandis cardinalia iungi solent in statu constructo nomini سَنَةٌ *annus*, et ita quidem, ut hoc sit nomen regens, adeoque careat Articulo. Numeralia convenire debent genere cum nomine سَنَةٌ, quod est femininum. In numeralibus autem ordo servatur hic, ut primum ponantur monades, easque sequantur denarii, centenarii et millenarii, interiecta inter singula numeralia copula وَ, ut in hoc exemplo: ثُمَّ دَخَلَتْ سَنَةُ سِتٍّ وَتِسْعِينَ وَثَلَثِمِائَةٍ وَأَلْفٍ *tum ingressus est annus* 1396. In numerandis annis regni aut aetatis hominis numeralia adhibenda sunt ordinalia. En tibi exemplum: فِي ٱلسَّنَةِ ٱلسَّادِسَةِ مِنْ مُلْكِ ٱلْمَلِكِ ٱلْأَشْرَفِ شَعْبَانَ *anno sexto regni Maleci-al Aschraf Schaban.*

XXIX. In diebus mensium designandis antiquiores Arabici scriptores hanc servare solent rationem, ut non dies, sed *noctes* numerent: ratio est, quod diem civilem a solis occasu ordiuntur. Sic mensis Redscheb initium hoc modo indicant: لِأَوَّلِ لَيْلَةٍ مِنْ رَجَبٍ *noctu prima* mensis *Redscheb.* Porro dies primus notatur hoc modo: لِلَيْلَةٍ خَلَتْ *nocte* una *praeterita;* dies secundus: لِلَيْلَتَيْنِ خَلَتَا *noctibus duabus praeteritis;* tertius: لِثَلَاثٍ خَلَوْنَ *tribus* noctibus *praeteritis,* subaudito Plurali لَيَالٍ *noctes*, et eodem modo notantur septem qui proxime sequuntur usque ad decimum. Idem modus servatur in exprimendo undecimo die, et tribus qui proxi-

me sequuntur, nisi quod Singularis, لَيْلَةٌ, subaudiatur, adeoque Verbum femininum Singularis ponatur, unde dies *tertius decimus* notabitur hoc modo: لِثَلَاثَ عَشْرَةَ خَلَتْ *tredecim* noctibus *praeteritis.* Dies *decimus quintus* dicitur *dimidium mensis*, et designatur hoc modo: فِي ٱلنِّصْفِ مِنْ رَجَبٍ, seu فِي مُنْتَصَفِ رَجَبٍ, seu etiam فِي ٱنْتِصَافِ رَجَبٍ. Minus probatus hic diem decimum quintum designandi modus: لِخَمْسَ عَشْرَةَ خَلَتْ مِنْ رَجَبٍ *quindecim* noctibus *praeteritis* mensis *Redscheb*, vel hic: لِخَمْسَ عَشْرَةَ بَقِيَتْ مِنْ رَجَبٍ *quindecim* noctibus *reliquis* mensis *Redscheb.* Quae posterior formula vero solemnis est designandis diebus, qui post quintum decimum sequuntur. Hinc *sextus decimus* indicatur hoc modo: لِأَرْبَعَ عَشْرَةَ بَقِيَتْ *quatuordecim* noctibus *reliquis; decimus nonus:* لِإِحْدَى عَشْرَةَ بَقِيَتْ *undecim* noctibus *reliquis; vigesimus:* لِعَشْرٍ بَقِينَ *decem* noctibus *reliquis; vigesimus nonus:* لِلَيْلَةٍ بَقِيَتْ una *nocte reliqua.* Vix monitu opus, in mensibus dierum XXIX unam semper noctem detrahendam esse: veluti mensis Schaban dies *sextus decimus* erit hoc modo designandus: لِثَلَاثَ عَشْرَةَ بَقِيَتْ مِنْ شَعْبَانَ *tredecim* noctibus *reliquis* mensis *Schaban.* Pro *die trigesima* dicitur: لِآخِرِ لَيْلَةٍ مِنْ رَجَبٍ *ultima nocte* mensis *Redscheb*, vel لِسِرَارِ رَجَبٍ *nocte qua luna delitescit.* Est igitur سِرَارٌ, pro quo et سَرَارٌ et سَرَرٌ dicitur, nox *vigesima nona* si mensis sit dierum XXX, at *vigesima octava*, si fuerit dierum XXIX. Si vero nox iam praeterierit, ultimus dies vel hoc modo designatur: لِآخِرِ يَوْمٍ مِنْ رَجَبٍ *ultimo die Redscheb*, vel hoc: لِسَلْخِ رَجَبٍ sive لِإِنْسِلَاخِ رَجَبٍ *in fine Redscheb.*

Nn 2

## 2. *Ordinalia.*

XXX. Ordinalia quum sint vere Adiectiva, conveniunt cum suo numerato Genere, Numero et Casu. Vti autem in denariis, centenariis et millenariis Ordinalia non differunt a Cardinalibus, ita et pro utroque genere eadem usurpantur.

XXXI. Articulo restricta Ordinalia cum numerato non in statu constructo, sed intercedente Praepositione coniunguntur, ut in hoc exemplo: ٱلْحَاكِمُ بِأَمْرِ ٱللّٰهِ وُلِدَ لَيْلَةَ ٱلْخَمِيسِ ٱلثَّالِثِ وَٱلْعِشْرِينَ مِنْ شَهْرِ رَبِيعٍ ٱلْأَوَّلِ فِي ٱلسَّاعَةِ ٱلتَّاسِعَةِ *Hakem-beamr-illah natus fuit noctu* feriae *quintae* (i. e. die Iovis), *tertii et vigesimi mensis Rabii primi, hora nona.* Articulo vero destituta tam in statu constructo poni, quam Pronomen affixum habere solent, uti haec docent exempla: وَسُلِّمَ عَلَيْهِ بِٱلْخِلَافَةِ بَعْدَ ٱلظُّهْرِ مِنْ يَوْمِ ٱلثَّلَاثَا ثَامِنِ وَعِشْرِينَ شَهْرِ رَمَضَانَ *Salutatus fuit Chalifa post meridiem feriae tertiae diei octavi et vigesimi mensis Ramadhan.* فِي ثَالِثِ عِشْرِينِهِ نُودِيَ بِٱلْقَاهِرَةِ *Tertio et vigesimo* die *eius* (mensis) *publice nuntiatum est Cahirae.*

XXXII. 1. Potest Ordinali Cardinale subiungi in statu constructo, ut أَنْتَ ثَانِي ٱثْنَيْنِ *tu* es *alter ex duobus* (proprie: *secundus duorum*); عَاشِرُ عَشَرَةٍ *unus e decem*, عَاشِرَةُ عَشَرٍ *una e decem* feminis. Eundem in modum adhibentur Cardinalia ab XI ad XIX; quod dupliciter fieri potest, servata tamen semper Generis convenientia. Vel enim dicitur: ثَانِيَ عَشَرَ ٱثْنَيْ عَشَرَ *unus e duodecim*, et ثَانِيَةَ عَشْرَةَ ٱثْنَتَيْ عَشْرَةَ *una e duodecim* feminis, quatuor vocibus, e quibus duo numeralia composita sunt, ἀκλίτως manentibus; vel hoc modo: ثَانِي ٱثْنَيْ عَشَرَ *unus e duodecim*, ثَانِيَةُ ٱثْنَتَيْ عَشْرَةَ *una e duodecim* feminis, omisso secundo Ordinali, et priori declinato, Cardinali vero ἀκλίτως ma-

nente. Potest et solo Ordinali *ἀκλίτως* posito dici هُوَ ثَالِثَ عَشَرَ *ille est tertius decimus*, pro: *unus e tredecim.*

2. Est et alius modus Ordinale praeponendi Cardinali proxime minori in statu constructo; ut si dicas هُوَ ثَالِثُ ٱثْنَيْنِ *ille est tertius duorum*, id est, duobus tertium sese adiunxit, se tertio auxit duos. Atque eo quidem modo usurpata Ordinalia a III ad IX quum spectentur tanquam Participia Verborum activorum ثَلَثَ *tertiavit*, رَبَعَ, خَمَسَ rel.; possunt instar Verborum, a quibus derivantur, Cardinalia et in Accusativo subiuncta regere. Quare dicere licet هُوَ رَابِعٌ ثَلَاثَةً *ille quartus auxit tres*, ut qui tres erant quatuor fierent, aeque ac هُوَ رَابِعُ ثَلَاثَةٍ, eodem sensu; et de feminis هِيَ رَابِعَةٌ ثَلَاثًا atque هِيَ رَابِعَةُ ثَلَاثٍ. Ordinalia vero composita ab XI ab XIX si in eiusmodi loquendi formulis adhibentur; monades tantum declinantur, denarii non item. Hinc dicas: هُوَ ثَالِثَ عَشَرَ ٱثْنَىْ عَشَرَ *ille tertius decimus accessit ad duodecim;* et de feminis: هِيَ ثَالِثَةُ ٱثْنَتَيْ عَشْرَةَ. Eadem est ratio reliquorum denariorum compositorum, nisi quod Ordinalis denarius omitti soleat, veluti: هُوَ رَابِعُ ثَلَاثَةٍ وَعِشْرِينَ, sive, هُوَ رَابِعُ ثَلَاثَةٍ وَعِشْرِينَ *ille quartus et vigesimus accessit ad tres et viginti.*

## IV. DE CONVENIENTIA SVBSTANTIVI ET ADIECTIVI.

### 1. *De Constructione Adiectivi epitheti.*

XXXIII. Substantivo quando iungitur Adiectivum ut epitheton, illud semper praecedit.

XXXIV. Quodsi Substantivum restrictum sit per Articulum, aut per regimen, aut per adfixum Pronomen; et additum Adiectivum epitheton Articulum habet, ut ٱلْكِتَابُ ٱلْعَظِيمُ *ἡ βίβλος ἡ ἀξία*, كِتَابُ مُوسَى ٱلْعَظِيمُ *liber Mosis magni aestimatus*, كِتَابُهُ

ٱلْمُكَرَّمُ *liber eius laude dignus.* Quod ipsum valet, si Substantivum sit nomen proprium, ut إِبْرٰهِيمُ ٱلْأَمِينُ *Abrahamus fidelis.* Si vero Substantivum non sit restrictum, nec Adiectivum epitheton Articulum habet, ut قَرَأْتُ فِي كِتَابٍ عَتِيقٍ *legi in libro* aliquo *antiquo.*

XXXV. Adiectivum epitheton convenire cum suo Substantivo debet *Casu.* Quae tamen convenientia non requiritur necessario, si Substantivum per se ipsum iam satis definitum, quale est nomen proprium, plura sibi iuncta habeat Adiectiva epitheta, quibus, salva perspicuitate, carere possit. Sic in hoc exemplo: مَرَرْتُ بِزَيْدٍ ٱلْعَاقِلِ ٱلْكَرِيمِ ٱلْفَاضِلِ *praeterii Zeidum, prudentem, generosum, praestantem virtutibus,* Adiectiva et in Nominativo ponere licet, subaudito هُوَ *qui est,* vel in Accusativo, subaudito أَعْنِي *significo,* i. e. quem dico esse prudentem, rel. Quodsi unum tantum alterumve illorum Adiectivorum ad Substantivum determinandum sit necessarium, possunt reliqua in Nominativo aut Accusativo poni.

XXXVI. Adiectivum cum suo convenit Substantivo *Genere* et *Numero,* si illud sit in Singulari aut Duali positum, sive sit masculinum, sive femininum. Quodsi vero Substantivum sit Plurale fractum masculinum aut Plurale femininum, Adiectivum addi solet singulare femininum. Vt أَوْلَادٌ كَثِيرَةٌ *filii multi* s. *proles numerosa.* ٱلْحَوَاصِلُ ٱلْوَاصِلَةُ *frumentum abunde advectum.* Sur. III, 12 زُيِّنَ لِلنَّاسِ حُبُّ ٱلشَّهَوَاتِ مِنَ ٱلنِّسَآءِ وَٱلْبَنِينَ وَٱلْفِضَّةِ وَٱلْخَيْلِ ٱلْمُسَوَّمَةِ *Adornatus fuit hominibus amor cupiditatum ex uxoribus, et filiis, et argento, et equis insignibus.* Vbi خَيْل, quamvis Singulare, tamen ut Plurale fractum construitur, quia est nomen speciei, sive collectivum. Rarius tamen ubi de rationabilibus agitur haec constructio adhibetur.

XXXVII. Substantivo masculino plurali *inhumano* (i. e. quod non homines denotat) Adiectivum iungi potest femininum plurale; ut أُسُودٌ ضَارِيَاتٌ *leones ad praedandum proni;* جِبَالٌ رَاسِيَاتٌ *montes immoti consistentes,* سُيُوفٌ مُرْهَفَاتٌ *gladii exacuti,* أَيَّامٌ مَعْدُودَاتٌ *dies numerati.*

XXXVIII. Constructio illa irregularis, de qua §. XXXVI., etsi regulari sit frequentior; nec tamen inusitata est regularis, potestque Substantivo plurali Adiectivum addi plurale vel regulare, vel fractum, ut Sur. LXVI, v. مَلَائِكَةٌ غِلَاظٌ شِدَادٌ *angeli rigidi* et *fortes.* Sed Adiectivum plurale masculinum regulare nonnisi Substantivo rationabili, aut tali quod per tropum, sive poëtice, pro eo usurpatur, addere licet, quemadmodum in hoc Corani loco Sur. V, 5. ubi de animalibus quibus vesci licet: وَمَا عَلَّمْتُمْ مِنَ ٱلْجَوَارِحِ مُكَلِّبِينَ *et quod docueritis ex volucribus rapacibus, quae instar canum venaticorum docuistis* aliquid ex eo quod vos docuit Deus rel.

XXXIX. Nomini collectivo formae Singularis addi solet Adiectivum plurale, ut Sur. III, 141. أُنْصُرْنَا عَلَى ٱلْقَوْمِ ٱلْكَافِرِينَ *adiuva nos contra gentem impiam.* Eadem de causa Adiectivum Singulare كَثِيرٌ *multus* saepe cum Substantivo Plurali componitur, ut Sur. III, 146. (al. 140.) كَأَيِّنْ مِنْ نَبِيٍّ قُتِلَ مَعَهُ رِبِّيُّونَ كَثِيرٌ *quot ex prophetis occisi sunt, quibuscum myriades multae pugnantium erant?* Et Sur. IV, 1. وَبَثَّ مِنْهُمَا رِجَالًا كَثِيرًا وَنِسَآءً *et sparsit ex illis duobus viros multos et mulieres.* Potest tamen كَثِيرٌ ita usurpatum et tanquam Nomen praecedenti per appositionem iunctum (vid. §. XIII.) considerari.

XL. Quodsi Substantivo Duali aut Plurali plura addantur Adiectiva, ad singula eorum, quae Substantivum indicat, referenda;

ea Genere quidem et Casu cum suo convenire debent Substantivo, sed in Singulari sunt ponenda, ut in hisce exemplis videre licet: كَانَ لِي صَاحِبَانِ عَاقِلٌ وَجَاهِلٌ *erant mihi duo amici*, quorum alter erat *sapiens*, alter *insipiens*. كَانَ لِبَعْضِ ٱلْمُلُوكِ ثَلَاثَةُ وُزَرَآءَ كَرِيمٌ وَبَخِيلٌ وَمُسْرِفٌ *erant regi cuidam tres regni administratores, liberalis, avarus et prodigus.* In quo loquendi more statuenda est ellipsis nominis, ad quod singula Adiectiva proprie pertinent. Sic illorum exemplorum prius plene esset ita efferendum: كَانَ لِي صَاحِبَانِ أَحَدُهُمْ عَاقِلٌ وَٱلْآخَرُ جَاهِلٌ *erant mihi duo amici, unus eorum sapiens, et alter insipiens;* vel hoc modo: كَانَ لِي صَاحِبَانِ صَاحِبٌ عَاقِلٌ وَصَاحِبٌ جَاهِلٌ *erant mihi duo amici, amicus sapiens, et amicus insipiens.*

XLI. Adiectivum duobus aut pluribus Substantivis Singularibus eiusdem Casus et Generis commune, est in Duali aut Plurali, pro numero personarum, de quibus agitur, ponendum, Casu vero et Genere cum Substantivis debet convenire, ut in hoc exemplo: كَلَّمْتُ عَمْرًا وَكَاتَبْتُ زَيْدًا ٱلشَّاعِرَيْنِ *alloquutus sum Amrum et scripsi ad Zeidum, poetas duos illos.* Quodsi vero Substantiva diversi sint Casus; potest Adiectivum vel in Nominativo vel in Accusativo poni; unde dicere licet: كَلَّمْتُ عَمْرًا وَكَتَبْتُ إِلَى زَيْدٍ ٱلشَّاعِرَانِ et ٱلشَّاعِرَيْنِ. Priori modo subauditur هُمَا, hoc sensu: *duo illi sunt poetae;* secundo, أَعْنِي *intelligo* duos illos poetas.

XLII. 1. Adiectiva verbalia formarum مِفْعَلٌ, مِفْعَالٌ, فَعِيلٌ, فَعُولٌ et مِفْعِيلٌ, terminatione ـةٌ aucta intensiva et augmentativa (vid. L. III. §. CCLXI. et CCLXIII.), quum sint generis communis (§. CCXCIX. et CCCV.), cum Substantivis componuntur tam masculinis, quam femininis. Vnde dicitur رَجُلٌ مَلُولَةٌ *vir valde*

*taediosus*, et اِمرَأَةٌ مَلُولَةٌ *mulier taediosa;* nec non رَجُلٌ مِقدَامَةٌ *vir perquam animosus*, رَجُلٌ دَاهِيَةٌ *vir valde versutus.*

2. Nonnulla tamen illorum Adiectivorum genus terminatione discernunt et sequuntur proinde consuetas convenientiae regulas. Talia sunt ظَرِيفٌ *elegans*, femininum ظَرِيفَةٌ; مِيقَانٌ *credulus*, femin. مِيقَانَةٌ; مِسكِينٌ *pauper*, fem. مِسكِينَةٌ; عَدُوٌّ *inimicus*, fem. عَدُوَّةٌ; رَحِيمٌ *clemens*, femin. رَحِيمَةٌ.

3. Adiectiva quoque formae فَعُولٌ genus discernunt terminatione, et secundum normam consuetam cum Substantivis componuntur, quando significationem passivam habent. Alias sub forma masculina cum utriusque generis Substantivis construuntur. Vt Sur. II, 66. (al. 71.) إِنَّهَا بَقَرَةٌ لَا ذَلُولٌ تُثِيرُ ٱلْأَرْضَ *utique illa sit vacca iugo non submissa* eo quod *aret terram.* Et Sur. LXVI, 8. تُوبُوا إِلَى ٱللّٰهِ تَوبَةً نَصُوحًا *convertite vos ad Deum poenitentia sincera.*

4. Adiectiva formae فَعِيلٌ, quae significationem passivam habent, sine discrimine utriusque generis Substantivis iungi solent, ut رَأَيتُ ٱمرَأَةً قَتِيلًا *vidi feminam occisam;* مَرَرتُ بِجَارِيَةٍ جَرِيحٍ *praeterii puellam vulneratam.* Quodsi vero Substantivum femininum non fit expressum, sed subaudiendum; additam habent huius formae Adiectiva terminationem femininam. Veluti Sur. V, 4. حُرِّمَت عَلَيكُمُ ٱلمَيتَةُ وَٱلدَّمُ وَٱلنَّطِيحَةُ *prohibetur vobis morticinum, et sanguis, et quod percussione cornuum est occisum;* أَكِيلَةُ ٱلسَّبُعِ *devoratum a feris.* In quò utroque exemplo subaudiendum est بَهِيمَةٌ *bestia*, aut simile nomen.

Adiectiva huius formae, quae significationem activam habent, cum Substantivo feminino coniuncta adsciscere solent terminationem femininam. Rarius tum retinent formam masculinam, ut Sur.

LI, 41. أَرْسَلْنَا عَلَيْهِمْ ٱلرِّيحَ ٱلْعَقِيمَ *misimus contra eos ventum vehementem.*

XLIII. Adiectiva epitheta saepe, Substantivis suis omissis, sola usurpantur; ubi tamen notandum, de animantibus, sive sint homines, sive bestiae, adhiberi Adiectiva masculina, de inanimatis, feminina, quae Latine per Neutra sunt exprimenda. Veluti سَيِّآتُكُمْ *mala vestra* scil. opera, i. e. peccata; ٱلصَّالِحَاتُ *bona* scil. opera; عَجَائِبُ *mirabilia,* كَبِيرَةٌ *ingens* scil. crimen, et in Plurali كَبَائِرُ. Nonnumquam, rarius tamen, et Adiectivum masculinum Singulare de re inanimata usurpatur, ut Sur. II, 59. (al. 61.) وَعَمِلَ صَالِحًا *et* qui *facit rectum* scil. opus.

XLIV. Haud raro, Substantivo omisso, servatur solum Adiectivum, aut solae quae Adiectivi vicem obtinent voces coniunctae ponuntur; ut Sur. LV, 56. فِيهِنَّ قَاصِرَاتُ ٱلطَّرْفِ *in iis*(hortis Paradisi) erunt puellae *modestae vultu,* ubi Substantivum جَوَارِي est omissum. In hac vero sententia, يَرْمِي بِكَفَّيْ كَانَ مِنْ أَرْمَى ٱلْبَشَرِ *iaculatur sagittas ambabus manibus* viri qui *esset sagittandi arte hominum peritissimus*, omissum est رَجُلٍ, a بِكَفَّيْ rectum.

XLV. Adiectivi loco saepe adhibetur Substantivum, ut عَدْلٌ *iustitia* pro عَادِلٌ *iustus.* Quo significatu usurpatum Substantivum convenit cum illo, cuius constituit epitheton, tam Casu, quam ratione Articuli vel praemissi, vel omissi; ceterum servat suum Genus, poniturque semper in Singulari, cuiuscunque Numeri sit nomen, cui pro epitheto inservit. Quare dicitur رَجُلٌ عَدْلٌ *vir iustus,* رَجُلَانِ عَدْلٌ *duo viri iusti,* رِجَالٌ عَدْلٌ *viri iusti.*

XLVI. Loco Adiectivi Substantivo saepe subiungitur Verbum, aut integra phrasis, epitheti vicem obtinens; quod tamen nonnisi

in Substantivis indeterminatis locum habet. Veluti si dicas مَرَرْتُ بِرَجُلٍ يَنُومُ *praeterii virum* qui *dormit;* يَنُومُ idem valet quod نَائِمٌ *dormientem* *). Eodem modo epitheta in hisce exemplis exprimuntur: قَوْلٌ مَعْرُوفٌ وَمَغْفِرَةٌ خَيْرٌ مِنْ صَدَقَةٍ يَتْبَعُهَا أَذًى *sermo aequus et indulgens melior est stipe quam sequitur offensa.* Sur. III, 181. (al. 185.) إِنْ كَذَّبُوكَ فَقَدْ كُذِّبَ رُسُلٌ مِنْ قَبْلِكَ جَآءُوا بِالْبَيِّنَاتِ. *Si mendacii arguerunt te, iam mendaces habiti sunt legati ante te* qui *venerunt cum demonstrationibus.* أَوَّلُ بَيْتٍ وُضِعَ لِلنَّاسِ *primum templum* quod *exstructum est hominibus.*

XLVII. Epitheton quando constituitur Substantivo quod et ipsum epithetum sibi adiunctum habet; eiusmodi epitheton compositum comprehendere debet Pronomen affixum quod respiciat ad illud Substantivum, cui dictio haec composita pro epitheto inservit, quo hoc cum illo connectatur. Vt مَرَرْتُ بِرَجُلٍ أَبُوهُ نَائِمٌ *praeterii virum, cuius pater dormit;* proprie, *pater eius* est *dormiens.* زَوَّجْتُ ٱبْنِي بِٱمْرَأَةٍ كَانَ عَمْرٌو يُحِبُّهَا *matrimonio iunxi filium meum feminae, quam Amru amavit,* sive, *Amruo adamatae;* proprie: *Amru amavit eam.* Saepe tamen omittitur Pronomen, si sensu ipso manifestum sit, ut in hoc Versu:

فَمَا أَدْرِي أَغَيَّرَهُمْ تَنَآءٍ وَطُولُ ٱلْعَهْدِ أَمْ مَالٌ أَصَابُوا

*) Nunquam vero Arabice مَرَرْتُ بِرَجُلٍ ٱلَّذِي يَنُومُ dicere licet, quum ٱلَّذِي Articulo sit restrictum, adeoque epitheton esset determinatum dum Substantivum بِرَجُلٍ est indeterminatum, quod regulae supra §. XXXIV. traditae repugnat. Hinc ٱلْمَلِكُ ٱلَّذِي يَعْدِلُ *rex ille qui est iustus,* idem valet quod ٱلْمَلِكُ ٱلْعَادِلُ *rex ille iustus,* quemadmodum مَلِكٌ يَعْدِلُ idem valet quod مَلِكٌ عَادِلٌ *rex* quidam *iustus.*

*Nescio, mutaveritne eos longinquus discessus, temporisve longinquitas, an vero pecunia,* quae iis *obtigit?* Dicendum erat poetae: مَالٌ أَصَابُوهُ *pecunia acceperunt eam*, i. e. quam acceperunt, sed omisit Pronomen هُ, salva perspicuitate.

XLVIII. Adiectivo saepe iungitur Substantivum significans obiectum, ad quod illud refertur, vel quo illius ratio, modus, qualitas definiatur, ut si dicas: *vir doctus quoad musicam; iuvenis pulcher quoad faciem; homo cuius pater est probus.* Cuiusmodi sententias trifariam Arabes exprimere solent. 1) Servant Adiectivo Nunnationem aut Articulum suum, Substantivo sequente in Nominativo posito, ut جَآءَنِي رَجُلٌ حَسَنٌ ٱلْأَبُ aut حَسَنٌ أَبُوهُ, *venit ad me vir, cuius pater est pulcher;* مَرَرْتُ بِرَجُلٍ قَبِيحِ ٱلْوَجْهِ, aut قَبِيحٍ وَجْهُهُ *praeterii virum deformem facie, s facie sua.* 2) Ponunt Adiectivum cum Substantivo sequente in statu constructo, ut جَآءَنِي رَجُلٌ حَسَنُ ٱلْوَجْهِ, aut حَسَنُ وَجْهِهِ *venit ad me vir pulcher facie,* s. *facie sua;* مَرَرْتُ بِرَجُلٍ حَسَنِ ٱلْوَجْهِ, aut حَسَنِ وَجْهِهِ *praeterii virum pulchrum facie,* s. *facie sua.* 3) Servant Adiectivo Nunnationem aut Articulum suum, Substantivo sequente in Accusativo posito, ut جَآءَنِي رَجُلٌ حَسَنٌ وَجْهًا aut حَسَنٌ ٱلْوَجْهَ *venit ad me vir, pulcher quoad faciem;* مَرَرْتُ بِرَجُلٍ حَسَنٍ وَجْهًا aut حَسَنٍ ٱلْوَجْهَ *praeterii virum pulchrum quoad faciem.*

XLIX. In tribus illis loquendi modis §. XLVIII. indicatis Adiectivum, quod praecedit Substantivum obiectum indicans, potest vel cum Articulo poni, vel sine eo; Substantivum vero, obiectum indicans est vel restrictum sive determinatum, vel non item. Restrictum esse potest 1) Articulo, 2) Nomine ab ipso recto, cui Articulus est praefixus, 3) Pronomine affixo, 4) Nomine ab ipso recto, quod Pronomen affixum habet. Vnde magnus variarum

constructionum oritur numerus, quarum aliae a Grammaticis plane reiiciuntur; aliae, quamvis minus improbatae, tamen occurrunt, aliae, non quidem plane reiectae, sed rarioris sunt usus; aliae denique ab omnibus probatae usuque vulgo receptae. Nos potiores tantum apponimus.

*Constructiones minus probatae, quae tamen occurrunt.*

رَجُلٌ حَسَنٌ وَجْهٌ *Vir pulcher facie.*

زَيْدٌ ٱلْحَسَنُ وَجْهٌ *Zeidus pulcher facie.*

رَجُلٌ حَسَنٌ وَجْهُ أَبٍ *Vir cuius pater pulcher est facie.*

زَيْدٌ ٱلْحَسَنُ وَجْهُ أَبٍ *Zeidus cuius pater pulcher est facie.*

*Constructiones haud quidem plane reiectae, sed usus rarioris.*

رَجُلٌ حَسَنٌ ٱلْوَجْهَ<br>
رَجُلٌ حَسَنٌ وَجْهَهُ } *Vir pulcher facie.*<br>
رَجُلٌ حَسَنٌ وَجْهِهِ

رَجُلٌ حَسَنٌ وَجْهَ ٱلْأَبِ<br>
رَجُلٌ حَسَنٌ وَجْهَ أَبِيهِ } *Vir cuius pater pulcher est facie.*<br>
رَجُلٌ حَسَنُ وَجْهِ أَبِيهِ

*Constructiones probae.*

رَجُلٌ حَسَنٌ ٱلْوَجْهُ<br>
رَجُلٌ حَسَنٌ وَجْهُهُ<br>
رَجُلٌ حَسَنٌ وَجْهًا } *Vir pulcher facie.*<br>
رَجُلٌ حَسَنُ ٱلْوَجْهِ<br>
رَجُلٌ حَسَنُ وَجْهٍ

رَجُلٌ حَسَنٌ وَجْهُ ٱلْأَبِ
رَجُلٌ حَسَنٌ وَجْهُ أَبِيهِ
رَجُلٌ حَسَنٌ وَجْهُ أَبٍ
رَجُلٌ حَسَنُ وَجْهِ ٱلْأَبِ
رَجُلٌ حَسَنُ وَجْهِ أَبٍ

*Vir cuius pater pulcher est facie.*

زَيْدٌ ٱلْحَسَنُ ٱلْوَجْهُ
زَيْدٌ ٱلْحَسَنُ وَجْهُهُ
زَيْدٌ ٱلْحَسَنُ ٱلْوَجْهَ
زَيْدٌ ٱلْحَسَنُ وَجْهَهُ
زَيْدٌ ٱلْحَسَنُ وَجْهًا
زَيْدٌ ٱلْحَسَنُ ٱلْوَجْهِ

*Zeidus pulcher facie.*

زَيْدٌ ٱلْحَسَنُ وَجْهُ ٱلْأَبِ
زَيْدٌ ٱلْحَسَنُ وَجْهُ أَبِيهِ
زَيْدٌ ٱلْحَسَنُ وَجْهَ ٱلْأَبِ
زَيْدٌ ٱلْحَسَنُ وَجْهَ أَبِيهِ
زَيْدٌ ٱلْحَسَنُ وَجْهَ أَبٍ
زَيْدٌ ٱلْحَسَنُ وَجْهِ ٱلْأَبِ

*Zeidus cuius pater pulcher est facie.*

*Constructiones reiectaneae.*

زَيْدٌ ٱلْحَسَنُ وَجْهِهِ
زَيْدٌ ٱلْحَسَنُ وَجْهٍ

*Zeidus pulcher facie.*

زَيْدٌ ٱلْحَسَنُ وَجْهِ أَبِيهِ
زَيْدٌ ٱلْحَسَنُ وَجْهِ أَبٍ } *Zeidus cuius pater pulcher est facie.*

L. Adiectivum epitheton potest et quando Articulum praefixum habet, Pronomen affixum recipere, ut in hoc exemplo: ٱلْقَبِيحُ ٱلْمَنْظَرِ ٱلشَّدِيدُ ٱلرَّأْسِ ٱلصَّغِيرُهُ *deformis adspectu, validus capitis, et parvus illius*, i. e. qui *validum habet caput, et* qui *parvum illud habet.*

LI. 1. Adiectivum modo §. XLVIII. indicato constructum debet ratione Articuli convenire cum Nomine quod praecedit. Dicendum igitur: رَجُلٌ حَسَنُ ٱلْوَجْهِ *vir pulcher facie*, et زَيْدٌ ٱلْحَسَنُ ٱلْوَجْهِ *Zeidus pulcher facie.*

2. Tale Adiectivum si subiunctum sibi Substantivum in Genitivo positum regat, convenire debet cum nomine quod praecedit Genere, Numero et Casu, haud aliter ac si simpliciter eius epitheton esset. Dicas igitur: مَرَرْتُ بِرَجُلٍ حَسَنِ ٱلْوَجْهِ *praeterii virum pulchrum facie;* رَأَيْتُ ٱمْرَأَةً حَسَنَةَ ٱلْوَجْهِ *vidi mulierem pulchram facie;* جَآءَنِي رَجُلَانِ حَسَنَا ٱلْوَجْهِ *venerunt ad me duo viri pulchri facie.* Quae Adiectivi cum nomine antecedente congruentia manet, si Substantivum illi subiunctum in Accusativo sit positum, ut مَرَرْتُ بِرَجُلٍ حَسَنٍ وَجْهًا *praeterii virum pulchrum quoad faciem.*

3. Quodsi autem Substantivum Adiectivo subiunctum in Nominativo ponatur, tunc Adiectivum cum nomine praecedente convenit quidem Casu, Genere vero et Numero cum nomine quod sequitur. Quare dicitur: مَرَرْتُ بِرَجُلٍ حَسَنٍ وَجْهُهُ *praeterii virum, cuius facies est pulchra;* مَرَرْتُ بِٱمْرَأَةٍ حَسَنٍ وَجْهُهَا *praeterii mulierem, cuius pulchra est facies.* Si vero Substantivum subiunctum sit Plurale fractum; Adiectivum poni solet femininum Singulare, ut مَرَرْتُ بِرِجَالٍ حَسَنَةٍ وُجُوهُهُمْ *praeterii viros quorum*

*facies sunt pulchrae.* فَوَيْلٌ لِلْقَاسِيَةِ قُلُوبُهُمْ *Vae iis quorum dura sunt corda.* Ante Substantivum Plurale masculinum Adiectivum poni solet Singulare masculinum, ut رَأَيْتُ رَجُلًا مَرِيضًا غِلْمَانُهُ *vidi virum cuius pueri sunt aegroti.* Potest tamen et Adiectivum Plurale poni, vel fractum, ut رَأَيْتُ رَجُلًا مَرْضَى غِلْمَانُهُ, vel regulare, مَرِيضِينَ غِلْمَانُهُ.

2. *De Constructione Adiectivi praedicati.*

LII. Adiectivum, quod Praedicatum constituit, Substantivo, Subiecto suo, Verbo omisso ita iungi solet, ut hoc praecedat, illud sequatur; hoc, Substantivum, restrictum sit Articulo, vel Pronomine suffixo, vel natura sua, eo quod est Nomen proprium, illud vero, Adiectivum, non sit restrictum. Sic dicitur آلسُّلْطَانُ مَرِيضٌ *Sultanus* est *aegrotus,* أَبِي مَرِيضٌ *pater meus* est *aegrotus.* يُوسُفُ مَرِيضٌ *Iosephus* est *aegrotus.* Quodsi vero et Praedicatum Articulo restringatur; evitandae ambiguitatis causa, ne pro mero epitheto habeatur, inter illud et Subiectum ponitur Pronomen personale هُوَ, Verbi substantivi vicem sustinens, ut آللّٰهُ هُوَ آلْحَيُّ آلْقَيُّومُ *Deus est vivus per se subsistens.*

LIII. 1. Adiectivum Praedicatum constituens cum antecedente suo Subiecto convenit Genere et Numero, ut كَانَ أَبَوَاهُ مُؤْمِنِينَ *parentes eius erant verae fidei addicti;* nisi Subiectum sit Plurale fractum, tunc enim Adiectivum potest Singulare femininum esse, ut تَعْمَى آلْقُلُوبُ وَآلْعُيُونُ نَاظِرَةٌ *coeca sunt corda etsi oculi videntes sint.* Sur. LXXIX, 8. 9. قُلُوبٌ يَوْمَئِذٍ وَاجِفَةٌ أَبْصَارُهَا خَاشِعَةٌ *Corda die illa sunt perturbanda, vultus earum humiliter erit demittendus.*

2. Quodsi Praedicatum antecedat Subiectum, quod in propositionibus interrogativis et negativis locum habet, et Subiectum sit

Plurale aut Duale Praedicatum est in Singulari ponendum, ut أَدَاخِلٌ ٱلرَّجُلَانِ *num intrant duo viri?* مَا خَارِجٌ ٱلرِّجَالُ *non exeunt viri.* Subiectum quando est nomen collectivum, Praedicatum potest in Plurali poni, ut كُلٌّ لَهُ قَانِتُونَ *omnes ei sunt obedientes.*

LIV. Subiectum quando e duobus nominibus per statum regiminis iunctis constat, praedicatum, quod grammatice cum nomine regente convenire deberet, interdum Genere convenit cum nomine recto. En tibi exempla: كُلُّ نَفْسٍ ذَائِقَةُ ٱلْمَوْتِ *omnis anima gustabit mortem.* رُوْيَةُ ٱلْفِكْرِ مَا يَؤُولُ لَهُ ٱلْأَمْرُ مُعِينٌ إِلَى ٱجْتِنَابِ ٱلتَّوَانِي *Visus mentis*, considerans *quem sibi exitum habitura sit res, iuvat ad evitandam segnitiem.* أَتْيُ ٱلْفَوَاحِشِ عِنْدَهُمْ مَعْرُوفَةٌ وَلَدَيْهِمْ تَرْكُ ٱلْجَمِيلِ جَمَالٌ *Committere turpia apud eos* est *meritum, omittere vero decorum* reputatur *apud eos decorum.* In quo postremo exemplo femininum singulare مَعْرُوفَةٌ congruit cum Plurali fracto ٱلْفَوَاحِش, secundum id quod paulo superius §. LIII, 1. dictum est.

Talis constructio locum non habet, nisi quando nomen regens vicem Adiectivi subit, adeoque nomen rectum haberi debet principale. Quam ob causam illa construendi ratio praesertim adhibetur, ubi subiecti locum tenet nomen كُلٌّ *universitas, complexus* (ut in primo superiorum exemplorum), quod in regimine positum idem valere quod nostrum Adiectivum *omnis*, vel *totus*, supra §. IV. 2. observatum est.

## V. DE STRVCTVRA ADIECTIVORVM COMPARATIVORVM ET SVPERLATIVORVM.

LV. Adiectiva verbalia formae أَفْعَل, gradibus comparationis, Comparativo et Superlativo, inservientia (vid. L. III. §. CCLXIV.

1.), adhibentur vel nomini Substantivo aut Adiectivo praemissa in statu constructo, vel absolute posita Articulo praemisso, vel denique neutro hoc modo.

LVI. 1. Adiectivum comparativum, quando additum sibi habet in statu regiminis Substantivum indefinitum, manet non variatum Masculinum Singulare. Quare dicas هِيَ أَفْضَلُ ٱمْرَأَةٍ *illa est mulier praestantissima*, aeque atque dicis هُوَ أَفْضَلُ رَجُلٍ *ille est vir praestantissimus*; هُمْ أَعْظَمُ رِجَالٍ *illi sunt viri maxime aestimati*.

2. Quodsi nomen ab Adiectivo comparativo rectum Articulo aut Pronomine affixo sit restrictum, illud et tunc non variatum Masculinum Singulare manere potest, cuiuscunque sit Generis aut Numeri additum nomen; ut هِيَ أَفْضَلُ ٱلنِّسَآءِ *illa est mulier praestantissima*; أَنْتُمَا أَصْدَقُ ٱلصَّادِقِينَ *vos duo estis veracissimi inter veraces*. Sur. II, 90. (al. 96.) لَتَجِدَنَّهُمْ أَحْرَصَ ٱلنَّاسِ عَلَى ٱلْحَيٰوةِ ٱلدُّنْيَا *Certe invenies eos avidissimos hominum ad vitam huius mundi*. Potest tamen ante nomen restrictum Adiectivum comparativum et cum illo Genere ac Numero convenire, ut dicatur هِيَ فُضْلَى ٱلنِّسَآءِ *illa est mulier praestantissima*; هُمَا أَفْضَلَا ٱلْقَوْمِ *duo illi sunt praestantissimi gentis*.

LVII. Absolute positum cum Articulo Adiectivum comparativum convenire debet Genere et Numero cum Nomine aut Pronomine ad quod refertur, ut هُمَا ٱلْأَعْدَلَانِ *duo illi sunt virorum iustissimi*; هُمَا ٱلصُّغْرَيَانِ *duae illae* feminarum sunt *minimae*; هُمْ ٱلْأَفْضَلُونَ بَيْنَ ٱلنَّاسِ *illi sunt praestantissimi inter homines*. Sur. IX, 40. جَعَلَ كَلِمَةَ ٱلَّذِينَ كَفَرُوا ٱلسُّفْلَى وَكَلِمَةَ ٱللّٰهِ هِيَ ٱلْعُلْيَا *Reddidit verbum* i. e. potentiam *eorum, qui a vera fide*

*sunt alieni, infimum, verbum Dei autem erat supremum.* In Plurali Masculino potest vel forma regularis أَفْعَلُونَ, vel irregularis sive fracta أَفَاعِلُ usurpari; uti et in Feminino vel forma regularis فُعْلَيَاتٌ, vel irregularis فُعَلٌ.

LVIII. Adiectivum Comparativum, neque in statu regiminis, neque cum Articulo positum, ullam subit mutationem, sed manet Masculinum singulare; cum nomine vero quocum instituitur comparatio, coniungitur intercedente Praepositione مِنْ. Sic dicitur: ٱلْفِتْنَةُ أَشَدُّ مِنَ ٱلْقَتْلِ *seditio peior est caede;* نَحْنُ أَحَقُّ بِٱلْمُلْكِ مِنْهُ *nos digniores sumus regno quam ille.* مَا شَيْءٌ أَفْسَدُ لِطِبَاعِ ٱلنَّاسِ مِنْ هَذِهِ ٱلشَّجَرَةِ ٱلْخَبِيثَةِ *Non est quidquam magis noxium naturae hominum quam planta haec improba.* Interdum ellipsis est nominis, quocum comparatio instituitur, una cum Praepositione مِنْ, ut in hoc Sur. II, 228. بُعُولَتُهُنَّ أَحَقُّ بِرَدِّهِنَّ *mariti earum plus habent iuris eas iterum ducendi*, scil. مِنْ غَيْرِهِمْ *quam quisquam alius.* ٱللّٰهُ أَعْلَمُ *Deus scientior est* scil. مِنَّا *quam nos*, sive مِنْ غَيْرِهِ *quam alius quisquam.* Quae ellipsis praesertim locum habet, quando Adiectivum comparativum praedicati vicem gerit, ut in exemplis superioribus; rarius, ubi epitheton est, aut rationem modumve indicat, quo aliquis vel aliquid sese habeat, ut in hoc loco: تَرَوَّحِي أَجْدَرَ أَنْ تَقِيلِي *abi ad locum magis convenientem, ut in meridie quiescas.*

LIX. Adiectiva formae أَفْعَلُ in statu constructo vel cum Articulo posita Superlativum exprimunt, ut ٱللّٰهُ أَرْحَمُ ٱلرَّاحِمِينَ *Deus* est *clementissimus clementium;* ٱللّٰهُ هُوَ ٱلْأَكْبَرُ *Deus est maximus.*

LX. Quando Adiectivum comparativum in statu constructo

ponitur cum nomine indeterminato, ut in hac dictione, هُوَ أَفْضَلُ رَجُلٍ sensus est idem, ac si dicas هُوَ أَفْضَلُ رَجُلًا *ille est valde praestans quatenus est vir.* Vbi nomen rectum eiusdem Generis et Numeri esse debet, cuius est Nomen aut Pronomen, quod Subiectum constituit, ut هُمَا أَفْضَلُ رَجُلَيْنِ *duo illi valde sunt praestantes quatenus duo sunt viri.*

LXI. Obiectum comparationis cum praecedente Praepositione مِنْ solet post Adiectivum comparativum poni, nisi sit interrogatio, ubi invertendus est ordo, ut in hac phrasi: مِنْ أَيِّهِمْ أَنْتَ أَفْضَلُ *quonam eorum tu es praestantior?* Alias ubi reperitur inversio, habenda est pro licentia, ut in hoc loco: زَوَّدَتْ جَنَى ٱلنَّخْلِ بَلْ مَا زَوَّدَتْ مِنْهُ أَطْيَبُ *adposuit ad comedendum fructus palmae, imo, quod adposuit, illis erat praestantius.*

LXII. Adiectivum comparativum et obiectum comparatum etsi aeque arcte cohaereant atque duo nomina statu constructo iuncta, tertio aliquo interposito haud divellenda; licet tamen inter utrumque illud dictionem inserere, qua Adiectivi sensus aliquo modo definitur sive restringitur, ut زَيْدٌ أَكْثَرُ مَالًا مِنْ عَمْرٍو *Zeidus locupletior est quoad pecuniam Amruo;* أَنْتَ أَحْظَى عِنْدِي مِنْ غَيْرِكَ *tu gratior es apud me quam alius.*

LXIII. 1. Quodsi nomen, quod constituit Subiectum Adiectivi comparativi, sit in Nominativo positum; id praecedere debet Adiectivum. Quare dicas: مَرَرْتُ بِرَجُلٍ أَبُوهُ أَحْسَنُ مِنْهُ *praeterii virum, cuius pater est eo pulchrior;* minime vero مَرَرْتُ بِرَجُلٍ أَحْسَنَ مِنْهُ أَبُوهُ; etsi recte dicatur مَرَرْتُ بِرَجُلٍ حَسَنٍ أَبُوهُ (§. XLIX.). Ratio est, quod Verbum, unde Adiectivum حسن derivatur, in Comparatione nequit modo posteriore adhiberi. Neque enim di-

cero licet: مَرَرْتُ بِرَجُلٍ يَحْسُنُ مِنْهُ أَبُوهُ. Quodsi hanc sententiam: *praeterii virum, cuius pater est eo pulchrior*, Verbo adhibito exprimere velis; addendum erit vocabulum, quo exprimatur notio praestantiae in collatione alterius. Dicendum igitur erit: مَرَرْتُ بِرَجُلٍ يَحْسُنُ أَبُوهُ أَكْثَرَ مِنْهُ. Quam Verbi sui constructionem imitatur derivatum inde Adiectivum.

2. Diversa est ratio, ubi comparationem praecedit negatio, et obiectum comparatum, ratione inferius, e duabus notionibus compositum sit, atque praeterea nomen, quod locum obtinet agentis, plane sit alienum a Substantivo, cui Adiectivum comparativum pro epitheto inservit, ut in hoc exemplo: مَا رَأَيْتُ رَجُلًا أَحْسَنَ فِي عَيْنِهِ ٱلْكُحْلُ مِنْهُ فِي عَيْنِ زَيْدٍ *non vidi virum in cuius oculo collyrium pulchrius appareat, quam in oculo Zeidi.* Quam sententiam si adhibito Verbo حَسُنَ exprimere velis, pro Praepositione مِنْ licet كَ substituere, hoc modo: مَا رَأَيْتُ رَجُلًا يَحْسُنُ فِي عَيْنِهِ ٱلْكُحْلُ كَحُسْنِهِ عَيْنِ زَيْدٍ *non vidi virum in cuius oculo collyrium aeque pulchrum appareat, ac in oculo Zeidi.*

LXIV. 1. Adiectiva verbalia comparativa nomen ab ipsis rectum numquam habent in Accusativo sibi iunctum, etiamsi a Verbis transitivis sint derivata.

2. Adiectivum comparativum a Verbo *amorem* vel *odium* notante derivatum, nomini obiectum indicanti iungitur intercedente Praepositione لِ, ut ٱلْمُؤْمِنُ أَحَبُّ لِلّٰهِ مِنْ نَفْسِهِ *verae fidei addictus plus amat Deum quam se ipsum.* Nomini autem subiectum Verbi indicanti istiusmodi Adiectivum iungitur intercedente Praepositione إِلَى, ut ٱلْمُؤْمِنُ أَحَبُّ إِلَى ٱللّٰهِ مِنْ غَيْرِهِ *verae fidei addictus Deo magis est adamatus quam alius.*

3. Adiectivum comparativum a Verbo transitivo, *scire*, *co-*

*gnoscere* significante derivatum, nomini obiectum denotanti iungitur intercedente Praepositione بِ, ut أَنَا أَعْرَفُ بِٱلْحَقِّ مِنْكُمْ *ego intelligentior sum in veritate quam vos.* Quodsi Adiectivum descendat a Verbo significatum quemcunque alium habente, regit suum obiectum per Praepositionem لِ, ut هُوَ أَطْلَبُ لِلْعِلْمِ مِنْكُمْ *ille studiosior est sapientiae quam vos.*

4. Adiectiva comparativa a Verbis intransitivis derivata sequuntur constructionem Verborum, a quibus descendunt, uti apparet ex hoc exemplo: هُوَ أَزْهَدُ فِي ٱلدُّنْيَا وَأَسْرَعُ إِلَى ٱلْخَيْرِ وَأَبْعَدُ مِنَ ٱلْإِثْمِ وَأَحْرَصُ عَلَى ٱلْحَمْدِ *ille est abstinentior a rebus mundanis, promtior ad bonum, alienior a crimine, et avidior laudis.*

LXV. Notanda praeterea in Adiectivorum comparativorum usu constructio quaedam elliptica, ut si dicas هُوَ أَحْوَجُ إِلَيَّ مِنِّي إِلَيْهِ *ille est egentior mei, quam ego sui,* ubi مِنِّي est pro مِنِ ٱحْتِيَاجِي *quam τὸ egere meum,* s. quam ego egeo eius. وَهُوَ بِٱلْجَامُوسِ أَشْبَهُ مِنْهُ بِٱلْفَرَسِ *Et ille est bubalo similior quam equo;* ubi مِنْهُ est pro مِنْ تَشَبُّهِهِ *quam similitudo eius* cum equo. Sur. III, 160. (al. 168.) هُمْ لِلْكُفْرِ يَوْمَئِذٍ أَقْرَبُ مِنْهُمْ لِلْإِيمَانِ *illi impietati illo die viciniores erant, quam* verae *fidei*, ubi مِنْهُمْ est pro مِنْ قُرْبِهِمْ *quam vicinitas eorum.* Interdum maior adhuc est ellipsis. Exemplo sit phrasis supra §. LXIII. 2 exhibita, مَا رَأَيْتُ رَجُلًا أَحْسَنَ فِي عَيْنِهِ ٱلْكُحْلُ مِنْهُ فِي عَيْنِ زَيْدٍ *non vidi virum, in cuius oculo collyrium pulchrius appareat, quam in oculo Zeidi*, in qua iam مِنْهُ elliptice dictum pro مِنْ حُسْنِهِ *quam pulchritudo eius* (collyrii) in oculo Zeidi. Sed potest pro ea et dici مِنْ عَيْنِ زَيْدٍ, imo et tantum مِنْ زَيْدٍ.

## VI. DE SYNTAXI NOMINVM QVA VNVM REGIT ALTERVM.

LXVI. De Syntaxi Nominum, qua simpliciter unum regit alterum in *statu constructo*, sive *regiminis*, supra §. III — VII. egimus. Sed restant aliae quaedam Nominum varia ratione iunctorum constructiones, de quibus nonnulla sunt observanda.

LXVII. 1. Adiectivum, aut Participium pro Adiectivo usurpatum, quando construitur cum Substantivo significante obiectum, ad quod illud refertur, huic in regimine positum praemitti solet, ut ضارب زيد *verberans Zeidum*, رجل حسن الوجه *vir pulcher facie.*

2. Adiectivum antecedens in tali constructione manet indeterminatum, etiamsi nomen consequens Articulo, aut indole sua sit determinatum, ut in exemplis modo adductis vides, nec non in hoc Sur. V, 96. (al. 104.) هدى بالغ الكعبة *munus mittendum ad Caabam.* Quodsi igitur antecedens restringere velis, ei est Articulus praemittendus; ut المقيموا الصلاة *illi qui insistunt precationi;* الضارب رأس الجاني *ille qui percutit caput peccatoris;* محمد الحسن الوجه *Mohammed qui est pulcher facie.*

LXVIII. Quemadmodum non licet duo nomina substantiva idem significantia in statu regiminis iungere, ita nec Adiectivum epitheton suo Substantivo licet in statu regiminis iungere. Quodsi vero nihilominus subinde reperiuntur vel duo Substantiva rem eandem significantia vel Adiectivum cum suo Substantivo in casu constructo iuncta; statuenda est ellipsis. Ita quod supra §. VII. adductum est, زيد كرز *Zeidus pera* dictus, est pro زيد المسمى بكرز *Zeidus appellatus nomine perae;* يوم الخميس *dies* hebdomatis *quinta*, i. e. Iovis, pro اليوم المسمى بالخميس *dies appellata quinta;* صلاة الأولى *precatio prima*, pro صلاة الساعة

ٱلْأُولَى *precatio horae primae;* عِمَامَةٌ سَحْقُ *cidaris attrita;* pro شَيْءٌ سَحْقٌ مِنْ عِمَامَةٍ *aliquid attritum de cidari.* Quo pertinet nota illa urbis Hierosolymitanae appellatio, بَيْتُ ٱلْمُقَدَّسِ *domus sanctificata,* pro بَيْتُ ٱلْمُسَمَّى بِٱلْمُقَدَّسِ *domus appellata nomine sanctificatae.* Male nonnulli scribunt, Adiectivo in Nominativo posito, بَيْتُ ٱلْمُقَدَّسُ.

LXIX. Frequens inprimis est quae in exemplo penultimo §. superioris observatur constructio, qua Adiectivum, aut Nomen Adiectivi vicem gerens, Nomini, cui pro epitheto inservit, in statu constructo tanquam regens praemittitur. Vt أَحَبُّ شَيْءٍ إِلَى ٱلنَّاسِ مَا مُنِعَ *res homini gratissima* est *quae vetita;* لَا تَكُنْ أَوَّلَ كَافِرٍ بِهِ *ne sis primus, qui illi fidem deneget;* أَنْتُمْ خَيْرُ أُمَّةٍ أُخْرِجَتْ لِلنَّاسِ *vos estis gens optima quae producta est hominibus;* إِنَّ أَوَّلَ بَيْتٍ وُضِعَ لِلنَّاسِ لَلَّذِى بِبَكَّةَ *domus prima quae exstructa est hominibus* (in qua Deum adorarent), *certe* est illa quae *in Mecca exstat.*

LXX. Nomen de *duplici* persona aut re intelligendum quodsi in statu regiminis aliud nomen duale, aut tale Pronomen suffixum iunctum sibi habeat; et ipsum quidem in Duali, vel in Singulari quoque, ponere licet; elegantius tamen habetur, in Plurali ponere. Exemplo sit hic Corani locus Sur. LXVI, 4. إِنْ تَتُوبَا إِلَى ٱللَّهِ فَقَدْ صَغَتْ قُلُوبُكُمَا *si vos duae conversae fueritis ad Deum; nam declinarunt corda vestra;* ubi, etsi minus eleganter, et قَلْبَاكُمَا, aut قَلْبُكُمَا dici poterat.

Excipiuntur vocabula كِلَا et كِلْتَا, quae formam Dualis habent, et nonnisi eiusdem Numeri Nominibus aut Pronominibus praemitti solent.

LXXI. 1. Plura sunt Nomina, quae nonnisi in statu constructo, ut regentia, adhiberi solent, nomine recto vel expresso, vel subaudiendo. Nomen rectum expressum sibi iunctum habere debent ذُو *possessor, praeditus*, أُولُو *possessores, praediti*, مِثْلُ *similitudo*, سِوَى *exceptio*. Sunt alia, post quae Nomen rectum omitti et subaudiri potest: quod ubi fit, recipiunt Nunnationem, aut interdum Articulum, quo quasi compensatur Nomen rectum omissum. Ex eorum numero sunt كُلٌّ *universitas*, بَعْضٌ *pars*, أَيٌّ *qualitas*. En tibi exempla. Sur. XXXVI, 40. لَا ٱلشَّمْسُ يَنْبَغِي لَهَا أَنْ تُدْرِكَ ٱلْقَمَرَ وَلَا ٱللَّيْلُ سَابِقُ ٱلنَّهَارِ وَكُلٌّ فِي فَلَكٍ يَسْبَحُونَ *Non convenit soli, ut assequatur lunam* (in cursu suo), *neque nox praevertit diem, et omnia haec in suis orbitis decurrunt*; ubi كُلٌّ est pro كُلُّهَا *universitas eorum*. Sur. II, 254. تِلْكَ ٱلرُّسُلُ فَضَّلْنَا بَعْضَهُمْ عَلَى بَعْضٍ *hi sunt legati*, e quibus *praestantiores fecimus alios aliis*; ubi عَلَى بَعْضٍ *super* s. *prae parte*, est pro عَلَى بَعْضِهِمْ *prae parte eorum*. Sur. XVII, 109. أَيًّا مَا تَدْعُوا فَلَهُ ٱلْأَسْمَآءُ ٱلْحُسْنَى *quodcunque* (illorum duorum nominum) *invocaveritis, sane sunt illi nomina pulcherrima*; ubi أَيًّا مَا est pro أَيَّ ٱسْمٍ مَا *qualitatem nominis quaecunque* illa sit.

2. Nomina ista, quae nonnisi in statu regiminis adhibentur, manent indeterminata et tum, cum pro complemento habent nomen determinatum, ut in hoc Versu:

يَا رُبَّ غَيْرِكِ فِي ٱلنِّسَآءِ غَرِيرَةٍ
بَيْضَآءَ قَدْ مَتَّعْتُهَا بِٱلطَّلَاقِ

*O! saepe* alias *praeter te inter feminas*, a me *deceptas, candentes*, s. pulchras, *iam dimisi repudio*. Vbi si غَيْرٍ accessione Af-

fixi كَ determinaretur, neque posset a رُبَّ pendere, neque Adiectivo غَزِيرَةٍ iungi, quod est indeterminatum.

LXXII. 1. Nomina quaedam, significantia *tempus*, aut *temporis partem*, veluti وَقْتٌ et حِينٌ *tempus*, يَوْمٌ *dies*, سَاعَةٌ *hora*, phrasin consequentem ita sibi iungunt, ut structuram status regiminis imitentur, et proinde, instar Nominum regentium, Nunnationem abiiciant. Sic Sur. VI, 119. هَذَا يَوْمُ يَنْفَعُ ٱلصَّادِقِينَ صِدْقُهُمْ *hic est dies*, quo *proderit veracibus veracitas eorum;* حِينَ أَتَتْ مَنْزِلَهَا *tempore* quo *venit ad mansionem suam;* Sur. VI, 73. لَهُ ٱلْمُلْكُ يَوْمَ يُنْفَخُ فِي ٱلصُّورِ *ei* erit *regnum die illa* qua *inflatur tuba.* Vbi de praeterito tempore agitur, potest nominis recti locum et Pronomen aut Adiectivum pro Verbo usurpatum obtinere, ut Sur. XL, 16. يَوْمَ هُمْ بَارِزُونَ *die* quo *illi prodierunt.* Quando autem res est futura, sequi semper debet Verbum.

Talis constructio vero locum non habet nisi in illis Nominibus, quae tempus vagum et indefinitum significant. Nomina نَهَارٌ *dies*, prout opponitur nocti, شَهْرٌ *mensis*, سَنَةٌ *annus,* illo modo construere haud licet.

2. Nomina وَقْتٌ, حِينٌ, يَوْمٌ, et alia similia, illo modo constructa, possunt et ut ἄκλιτα tractari, ita ut Vocalis terminalis maneat *Fatha*. Sic pro هَذَا يَوْمُ يَنْفَعُ potest et هَذَا يَوْمَ يَنْفَعُ dici; pro مِنْ يَوْمِ حَادَثَنِي *inde a die* quo *mecum loquutus est*, et مِنْ يَوْمَ حَادَثَنِي dicere licet.

LXXIII. Nomina plura, post quae nomen rectum omitti et subaudiri potest, fiunt ἄκλιτα, et assumunt Vocalem terminalem *Dhamma.* Ea sunt قَبْلُ *ante,* بَعْدُ *post,* حَسْبُ *sufficienter,* غَيْرُ *alius,* دُونُ *citra, sine,* أَوَّلُ *primo,* عَلُ *alte,* فَوْقُ *supra,* تَحْتُ

*infra*, وَرَآءَ *pone*, خَلْفَ *post*, أَمَامَ *coram*, *ante*, يَمِينَ *dextrorsum*, شَمَالَ *sinistrorsum*, et alia similia, quae ut Adverbia usurpantur. Ea ubi adhibentur absolute, sine subaudito nomine recto, in syntaxi sua nil habent singulare. Sic dicitur: عِنْدِى رَجُلٌ لَا غَيْرُ *apud me vir* unus est, *non alius* quisquam. قَبَضْتُ عَشَرَةً فَحَسْبُ *cepi decem*, *et* ii mihi *sufficiunt*.

Interdum eiusmodi voces in eadem phrasi vel ut declinabilia, vel ut ἄκλιτα considerari possunt. Sic in hoc Corani loco Sur. XXX, 4. لِلّٰهِ ٱلْأَمْرُ مِنْ قَبْلُ وَمِنْ بَعْدُ *Deo* est *imperium antea et postea*, Grammatici nonnulli volunt legendum esse مِنْ قَبْلِ, وَمِنْ بَعْدِ quia بَعْدُ et قَبْلُ in sensu absoluto hic capiuntur.

LXXIV. 1. Inter nomina illa, quae nonnisi in statu regiminis usurpari possunt, et nomen rectum expressum sibi adiunctum habere debent, peculiarem observationem merentur كِلَا *ambo*, et كِلْتَا *ambae*. Iis Nomen rectum iungendum est determinatum, sive Articulo, sive indole sua, qualia sunt Nomina propria, atque Pronomina personalia et demonstrativa. Praeterea Nomen rectum debet esse Duale, aut certe tale valere, ut Pronomen affixum نَا, ubi ad duas personas respicit, aut Pronomen demonstrativum ad duas personas referendum. En tibi exempla: كِلَا ٱلرَّجُلَيْنِ وَكِلْتَا ٱلْإِمْرَأَتَيْنِ *ambo hi viri*, *et ambae hae feminae*; كِلَانَا فَعَلْنَا ذٰلِكَ *nos ambo hoc fecimus*; إِنَّ لِلْخَيْرِ وَلِلشَّرِّ مَدًى وَكِلَا ذٰلِكَ وَجْهٌ وَقِبَلٌ *sane bono et malo* suus est *terminus*, *et utrumque hoc* est certus quidam *modus et adspectus*.

2. Vbi duarum personarum nomina singula exprimuntur, ea vocibus كِلَا et كِلْتَا haud licet in statu regiminis subiicere. Neque igitur كِلَا زَيْدٍ وَعَمْرٍو, sed زَيْدٌ وَعَمْرٌو كِلَاهُمَا *Zeidus et*

*Amru ambo illi* dicendum est. Quodsi tamen forte eiusmodi constructio reperiatur, habenda est pro licentia, ut in hoc Versu:

كِلَا أَخِي وَخَلِيلِي وَاجِدِي عَضُدًا
فِي ٱلنَّائِبَاتِ وَإِلْمَامِ ٱلْمُلِمَّاتِ

*Vterque, frater meus et meus amicus, comperit me adiutorem in adversitatibus et cum infortunia accidunt.*

LXXV. Nomen regens potest plura nomina a se recta, et Coniunctionibus iuncta, habere; ut عَالِمُ ٱلْغَيْبِ وَٱلشَّهَادَةِ *gnarus abditi eiusque quod coram spectatur;* خَلْقُ ٱلسَّمَوَاتِ وَٱلْأَرْضِ *creatio coelorum et terrae.*

LXXVI. Plura nomina regentia interdum unum tantum nomen rectum post se habent, ut in hoc exemplo: قَطَعَ ٱللّٰهُ يَدَ وَرِجْلَ مَنْ فَعَلَ هٰذَا *amputet Deus manum et pedes eius, qui hoc fecerit.* Tunc ellipsis est statuenda nominis recti post primum nominum regentium.

LXXVII. Interdum nomen regens omittitur, quando ex antecedentibus facile repeti potest; ut in hoc Versu:

أَكُلَّ ٱمْرِءٍ تَحْسِبِينَ ٱمْرَءًا
وَنَارٍ تُوقَدُ فِي ٱللَّيْلِ نَارًا

*Num omnem virum reputas virum* (hoc nomine dignum)? *et* omnem *ignem*, qui *accenditur noctu*, *ignem* hospitalitatis? i. e. qui eo fine accenditur, ut qui noctu iter faciunt ad illum contendant; de quo Arabum liberalium more vid. Scholiasten ad Haririi Consess. IV. p. 49. sequ. ed. Schultens. In superiore itaque Versu وَنَارٍ est per ellipsin nominis regentis, e priore hemistichio repetendi, dictum pro وَكُلَّ نَارٍ.

LXXVIII. Paulo durior est ellipsis, ubi omissum nomen re-

gens in antecedentibus non est expressum, sed ex orationis filo est subaudiendum, ut in hac phrasi: رَأَيْتُ ٱلتَّيْمِيَّ تَيْمَ عَدِيٍّ *vidi Taimitam*, virum ex illa *familia Taimi*, quae est de tribu *Adi;* ubi ante تَيْم subaudiendum est أَحَد, *unum.*

Similis elliptica constructio est haec, Macrizio inprimis familiaris: لَمَّا كَانَتِ ٱلْأَيَّامُ ٱلنَّاصِرِيَّةُ مُحَمَّدِ بْنِ قَلَاوُن, quae plene talis esset: لَمَّا كَانَتِ ٱلْأَيَّامُ ٱلنَّاصِرِيَّةُ أَعْنِي أَيَّامَ ٱلْمَلِكِ ٱلنَّاصِرِ مُحَمَّدِ بْنِ قَلَاوُن *quando erant dies Nasaritici, intelligo dies Malic-en-Naser Mohammedis, filii Kelaun.*

LXXIX. Duo vocabula in statu constructo iuncta etsi haud licet tertio aliquo interiecto divellere; non tamen vitiosum habetur, iurisiurandi formulam interponere, ut in hac phrasi, إِنَّ ٱلشَّاةَ تَسْمَعُ صَوْتَ وَٱللّٰهِ رَبِّهَا *certe ovis audit vocem, per Deum, domini sui;* aut Vocativum, ut in hoc exemplo: كَأَنَّ بِرْذَوْنَ أَبَا عَاصِمٍ زَيْدٍ حِمَارٌ دُقَّ بِٱللِّجَامِ *ac si mulus, o Abu-Asem, Zeidi esset asinus macilentus cum freno.* Per abusionem vero interdum, praesertim in poëticis rhythmi causa, et alia vocabula vocibus in statu regiminis iunctis inseruntur, ut in hisce exemplis cernere licet: كَمَا خُطَّ ٱلْكِتَابُ بِكَفِّ يَوْمًا يَهُودِيٍّ *ac si scriptus esset liber manu, quondam, Iudaei;* هُمَا أَخَوَا فِي ٱلْحَرْبِ مَنْ لَا أَخَا لَهُ *ambo sunt fratres, in bello, eius, cui non est frater;* يُسْقَى ٱمْتِيَاحًا نَدَى ٱلْمِسْوَاكِ رِيقَتِهَا *rigatum est, dum sibi os purgaret, madore, dentifricium, salivae suae,* i. e dum sibi os purgaret, dentifricium madore salivae suae rigatum est; أَنْجَبَ أَيَّامَ وَالِدَاهُ بِهِ إِذْ نَجَلَاهُ *nobilem procrearunt progeniem eo tempore quo progenitores sui in eo tunc cum genuerunt eum,* i. e. progenitores eius,

quo tempore eum procrearunt, nobilem in eius persona progeniem genuerunt; regularis constructio esset haec: أَنْجَبَ وَالِدَاهُ بِهِ أَيَّامَ إِذْ نَجَلَاهُ.

---

# CAPVT SECVNDVM.

## DE VSV ET SYNTAXI ARTICVLI.

LXXX. Iis quae supra L. III. Cap. IX. de Articuli usu dicta sunt, hoc loco pauca quaedam sunt addenda.

Adhibetur Articulus 1) interdum loco Nominis recti, aut Pronominis, ut in hoc exemplo: بِالنَّوَى زَلْزَلْتَنِي وَٱلْعَقْلُ فِي ٱلزِّلْزَالِ زَالَ *per discessum* tuum *perturbasti me, et ratio* mea *in perturbatione abiit*, ubi ٱلْعَقْلُ pro عَقْلِي *ratio mea* positum vides. 2) Per *antonomasiam*, sive cum Nomen appellativum pro proprio usurpatur, ut ٱلْكِتَابُ *ἡ βίβλος* pro *Alcorano*, ٱلنَّبِيُّ *ὁ προφήτης*, pro *Mohammede*. 3) Vbi appellatio aliqua iocosa aut ignominiosa pro Nomine proprio usurpatur, ut ٱلْعَبَّاسُ *ὁ αὐστηρὸς*, ٱلضَّحَّاكُ *ὁ γελαστής*.

LXXXI. Cum duo Nomina in statu constructo sunt iuncta, Articulus praeponi solet soli posteriori, sive recto, utpote determinato, quum prius, sive regens, plerumque sit indeterminatum, ut وَزِيرُ ٱلسُّلْطَانِ *Vezirus Sultani*. Quodsi utrumque sit indeterminatum, neutrum habet Articulum, ut حِمَارُ بَقَّالٍ *asinus olitoris* cuiusdam; صَاحِبُ مَالٍ *possessor* quidam *divitiarum*. Nomini priori, sive regenti, etsi Articulum praeponere non liceat, e Grammaticorum sententia, nec facile in scriptoribus veteribus illi praepositus reperiatur; recentiores tamen ut Makrizi, Soyuthi, Abul ma-

hasen, alii, Articulum saepe utrique nomini, tam regenti, quam recto, praemittunt, sed nonnisi ubi rei et materiae e qua confecta est ratio exprimitur; ut ٱلْقَرَاصِي ٱلْخَشَبِ *stipites ligni;* ٱلْخَرَارِيبُ ٱلذَّهَبِ *Charubae* (numorum quoddam genus) *auri* s. aurei; ٱلصُّلْبَانُ ٱلْخَشَبِ *cruces ligneae.*

LXXXII Substantivo Articulum praefixum habenti quando subiungitur Adiectivum epitheton, esse et hoc restringendum Articulo, observatum est supra §. XXXIV. huius Libri.

De mutationibus, quas Articulus inducit Casuum terminationibus, dictum est L. III. §. CCCXLIII. 1.

---

# CAPVT TERTIVM.

## DE SYNTAXI PRONOMINVM.

### I. *De Pronominibus Personalibus.*

LXXXIII. 1. Pronomen personale separatum, Subiectum inter et Praedicatum positum, Verbi substantivi locum obtinet, ut ٱللَّهُ هُوَ ٱلْحَىُّ ٱلْقَيُّومُ *Deus is vivens, per se subsistens*, i. e. Deus est vivus et per se subsistens; أُولَٰئِكَ هُمْ وَقُودُ ٱلنَّارِ *illi ii fomentum ignis*, i. e. illi sunt fomentum ignis; ٱلْغِنَى هُوَ ٱلْقُنُوعُ *opulentia, contenti animi quies*, i. e. opulentia est contenti animi quies.

2. Tertiae personae Pronomen usum Verbi substantivi obtinet etiam post Pronomina primae et secundae personae, ut أَنَا هُوَ ٱلرَّبُّ إِلٰهُكَ *ego is Dominus Deus tuus*, i. e. ego sum dominus Deus tuus; أَنَا هُوَ نُورُ ٱلْعَالَمِ *ego, is lumen mundi*, i. e. ego sum

lumen mundi; أَنَا هُوَ ٱلطَّرِيقُ وَٱلْحَقُّ وَٱلْحَيَاةُ *ego sum via, veritas et vita.*

Quod tamen locum non habet, quando Pronomini personali, subiecti locum tenenti, praemittitur Particula إِنَّ, Accusativum regens. Tunc enim huic Particulae additur Pronomen *affixum*, Accusativo inserviens (vid. L. III. §. CCCLXXVI.), Pronomen separatum autem, Verbi substantivi vicem gerens, subiungitur in persona sua propria; ut إِنَّكَ أَنْتَ ٱلْوَهَّابُ *sane tu es munificus* (nec vero إِنَّكَ هُوَ ٱلْوَهَّابُ); et إِنِّي أَنَا رَبُّكَ *sane ego sum dominus tuus,* non إِنِّي هُوَ رَبُّكَ.

LXXXIV. Quando praecipua alicuius dicti vis et emphasis posita est in Pronomine affixo Casus obliqui (vid. Lib. III. §. CCCLXXXVI.), ei addi solet Pronomen separatum eiusdem personae, generis et numeri, quod etsi pro Nominativo adhibeatur (L. III. §. CCCLXXIII.), tunc tamen vertendum est in Casu obliquo. En tibi exempla: إِنْ تَرَنِي أَنَا أَقَلَّ مِنْكَ مَالًا وَوَلَدًا *si me adspicis, me, inquam, inferiorem te opibus et liberis;* مَا مَنَعَكُمَا أَنْتُمَا مِنْ ذَٰلِكَ *quid prohibet vos, vos, inquam, ambo, ab hoc?* لِمَنْ هٰذَا ٱلْكِتَابُ لَنَا نَحْنُ *cuinam* est *hic liber? nobis, nobis,* inquam; تُجَهِّزُهُ هُوَ وَأَتْبَاعَهُ *tu eum ad expeditionem suscipiendam apparatu instrues, eum,* inquam, *et asseclas eius;* ٱلْوَيْلُ لِي أَنَا ٱلْمِسْكِينِ *vae mihi, mihi,* inquam, *misero.*

LXXXV. Pronomina personalia separata, quae Nominativum exprimunt, nonnumquam Verbis adduntur emphaseos causa; ut إِنْ جِئْتَ جِئْتُ أَنَا *si veneris, veniam et ego.* Tunc Pronomen cum Verbo convenire debet Persona, Numero et Genere.

Potest tamen Verbum plurale plura Pronomina personalia sin-

gularia tanquam subiectum habere, ut جِئْنَا أَنَا وَأَنْتَ وَأَخَذْنَا حَاجَتَنَا مِنْهُ *veniemus ego et tu et capiemus de illo quantum nobis necesse erit.*

LXXXVI. Est, ubi Verbum in tertia Singularis persona collocatur, quamvis subiectum sit Pronomen personae secundae aut tertiae, videlicet quando Pronomen, subiectum exprimens, restringitur Particula إِنَّمَا, *solum, duntaxat;* ut إِنَّمَا قَامَ أَنَا *duntaxat surrexit ego*, i. e. nemo, nisi ego surrexit; أَنَا ٱلْحَامِي ٱلذِّمَارَ وَإِنَّمَا يُدَافِعُ عَنْ أَحْسَابِهِمْ أَنَا أَوْ مِثْلِي *ego sum defensor iuris* eorum, *et duntaxat* qui *propulsat ab existimatione eorum* insultus, *ego aut mei similis.*

LXXXVII. Pronomini personali aut demonstrativo feminino Singulari, subiectum constituenti, additur praedicatum in Plurali fracto, aut in Plurali feminino regulari, ut تِلْكَ حُدُودُ ٱللّٰهِ *haec sunt statuta Dei,* هِيَ أَخَوَاتُكَ *eae sunt sorores tuae.*

LXXXVIII. 1. Duo Pronomina personalia affixa subiungere licet uni Verbo, quod ea regit, quando Suffixum primae Personae antecedit Suffixum secundae aut tertiae, ut سَلْنِيهَا *roga me illud;* vel si Suffixum secundae Personae antecedit tertiae Personae Suffixum, ut أَعْطَيْتُكَهُمْ *dedi te iis,* أَسْقَيْتُكُمُوهُ *dedi vobis illud bibendum;* vel denique si utrumque Suffixum tertiae sit Personae, sed diversi Numeri aut Generis, ut أَطْعَمْتُهُمُوهُنَّ *cibavi illis eas,* أَسْقَيْتُهُمَاهَا *bibendum dedi iis duobus illud.* Quod ipsum et in Infinitivis et Participiis locum habet; ut أَعْجَبَنِي عَطَاؤُكَهُ *placuit mihi donare te illum,* i. e. te illi donum dedisse; مَنْعُكَهَا *arcere te ab ea;* مُعْطِيكَهُ *qui te illi dono dedit;* مُطْعِمُنِيهَا *edere faciens me illud.*

2. Quodsi autem duorum Pronominum personalium adfixorum, quae unum regit Verbum, prius sit tertiae, posterius primae aut secundae Personae, vel si utrumque sit tertiae Personae eiusdemque Numeri et Generis; tum posterius est separandum et Particulae إِيَّا adfigendum (cf. L. III. §. CCCLXXX.). Quare non dicere licet أَعْطَيْتُهَاكَ *dedi illi te*, sed أَعْطَيْتُهُ إِيَّاكَ *dedi illi te;* neque أَقْبَضْتُكَنِي *feci te me apprehendere*, sed أَقْبَضْتُكَ إِيَّايَ. Pariter non dicas ظَنَنْتُكَكَ *putavi te esse te ipsum*, sed ظَنَنْتُكَ إِيَّاكَ; nec ظَنَنْتَنِينِي *putasti me esse me ipsum*, sed ظَنَنْتَنِي إِيَّايَ; neque denique ظَنَنْتُهَاهَا *putavi eam esse eam* ipsam, sed ظَنَنْتُهَا إِيَّاهَا.

LXXXIX. 1. Participio aut Adiectivo verbali regenti Pronomen; id addi potest vel separatum, adiunctum Particulae إِيَّا, quasi in Accusativo (L. III. §. CCCLXXX.), vel simpliciter affigi tanquam Pronomen possessivum (L. III. §. CCCLXXVI.). Accedente simplici Suffixo perit Nunnatio Participii aut Adiectivi, nisi sit Duale, aut Plurale sanum; tunc enim ن terminale pro lubitu potest vel retineri, vel abiici. Vnde dicere licet اَلضَّارِبَاهُ et اَلضَّارِبَانِهِ *ambo percutientes eum,* nec non اَلضَّارِبُوكَ et اَلضَّارِبُونَكَ *percutientes te.*

2. Participio aut Adiectivo verbali, Pronomen primae personae regenti, saepe additur Suffixum نِي, Accusativo exprimendo inserviens, quodque Verbis duntaxat affigi solet (L. III. §. CCCLXXVI.); ut هَلْ أَنْتُمْ صَادِقُونِي *num vos sincere agitis erga me?* لَيْسَ ٱلْمُوَافِينِي لِيُرْفَدَ خَائِبًا *numquam qui me adit ut donetur spe sua frustratus discedit;* غَيْرُ ٱلدَّجَّالِ أَخْوَفُنِي عَلَيْكُمْ *alius quam Antichristus metum mihi iniicit propter vos.*

XC. Infinitivo, seu nomini actionis iunctum Pronomen suffixum, aut, si duo sint Suffixa, prius eorum, semper pro Genitivo est ha-

bendum, sive sit Verbi Subiectum, sive rectum a Verbo transitivo, sive rectorum prius a Verbo dupliciter intransitivo.

XCI. Participium, sive Adiectivum verbale, aut ipsum quoque Nomen actionis, quando duo Pranomina suffixa a se recta sibi subiuncta habet, eorum posterius pro Accusativo est habendum.

XCII. Vni Verbo ubi duo Pronomina suffixa addi possunt (vid. supra LXXXVIII. 1.), separare licet posterius et Particulae إِيَّا adiungere. Sed Verbo finito elegantius habetur utrumque Suffixum addere; ab Infinitivo vero et Participio rectius separatur posterius Suffixum.

XCIII. Pronomen quando est Praedicatum Verbi كَانَ, aut aliorum, quae Verbi substantivi loco usurpantur, illud, pro eorum Verborum Syntaxi (de qua infra Cap. IV.), in Accusativo est ponendum. Vbi tu utere Pronomine suffixo. Vt أَمَّا ٱلصِّدِّيقُ فَكُنْتُهُ *quod attinet iustum, sum ego ille* s. *talis;* إِنْ يَكُنْهُ فَلَنْ تُسَلَّطَ عَلَيْهِ وَإِنْ لَا يَكُنْهُ فَلَا خَيْرَ لَكَ فِي قَتْلِهِ *si fuerit ille, eum superare non poteris; si vero ille non fuerit, tum nihil commodi ex caede eius in te redundabit.* Dicitur quoque لَيْسَنِي et لَيْسِي *non sum ego.* Poetae quidem interdum in tali sententia divellunt Pronomen suffixum, adduntque Particulae إِيَّا. Quod tamen pro licentia habetur, neque in prosa oratione est imitandum, nisi ubi لَيْسَ pro *excipiendi* vocabulo sumitur, ut in hac phrasi: أَتَوْنِي لَيْسَ إِيَّاكَ *venerunt ad me, excepto te.* Quo eodem sensu dici potest لَا يَكُونُ إِيَّاكَ. Vbi in eiusmodi sententia Suffixum reperitur, est pro licentia habendum; ut ذَهَبَ ٱلْقَوْمُ لَيْسِي *abiit coetus, excepto me.* Quod ipsum valet de Particula إِلَّا *nisi, excepto.*

XCIV. Pronomen suffixum tertiae personae masculinae singu-

laris haud raro *illud* est vertendum, valetque totam propositionem aut Adiectivum praedicatum, ut in hisce exemplis: Sur. IV, 2. لَا تَأْكُلُوا أَمْوَالَهُمْ إِلَى أَمْوَالِكُمْ إِنَّهُ كَانَ حُوبًا كَبِيرًا *ne consumatis facultates eorum una cum facultatibus vestris; nam illud est peccatum grave;* لَمْ أَكُنْ حَكِيمًا وَحَسِبْتَنِيهِ *non sum sapiens, etsi me eum s. talem reputaveris.* Vide et primum exemplum supra §. XCIII.

## II. *De Pronominibus demonstrativis.*

XCV. Pronomina demonstrativa cum Nominibus suis conveniunt Genere et Numero. Nomen vero Plurale fractum iungi solet Pronomini demonstrativo Singulari feminino; ut تِلْكَ ٱلْعَسَاكِرُ *hi exercitus,* هٰذِهِ ٱلْأَيَّامُ *hae dies,* هٰذِهِ ٱلْخَيْلُ *hi equi,* هٰذِهِ ٱلْأَلْفُ أَلْفِ دِينَارٍ *haec decies centena millia denariorum.*

XCVI. Pronomina demonstrativa, quibus Suffixa personae secundae addita sunt (L. III. §. CCCLXXXIII.), non solum cum Nomine rei aut personae quae monstratur conveniunt, verum etiam Genere et Numero cum iis, quos alloqueris, convenire possunt. Hinc librum si monstras singulo viro, dicitur ذٰلِكَ ٱلْكِتَابُ *hic liber;* si duobus viris, aut duabus feminis, ذٰلِكُمَا ٱلْكِتَابُ; si pluribus viris, ذٰلِكُمْ ٱلْكِتَابُ; si pluribus feminis, ذٰلِكُنَّ ٱلْكِتَابُ. Quod ipsum de تِلْكَ valet. Rarius tamen Suffixa dualia et pluralia adhibentur; usurpari plerumque solet ذٰلِكَ et تِلْكَ, non respectu habito Generis aut Numeri personarum, ad quas sermo dirigitur.

## III. *De Pronominibus relativis.*

XCVII. Pronomen relativum ٱلَّذِى, eiusque Femininum ٱلَّتِى, uti est Articulo determinatum (cf. L. III. §. CCCLXXXIV.), ita nonnisi ad Nomen Articulo, aut Suffixo, aut alio nomine recto

restrictum potest referri. Vt Sur. IV, 21. (al. 27.) أُمَّهَاتُكُمُ ٱللَّاتِي أَرْضَعْنَكُمْ *matres vestrae quae vos lactarunt.* IV, 14. (al. 19.) ٱللَّاتِي يَأْتِينَ ٱلْفَاحِشَةَ مِنْ نِسَائِكُمْ *quae flagitium perpetraverint ex mulieribus vestris.* Plurali fracto aut Plurali feminino regulari iungitur Pronomen relativum Singulare femininum, ut in his exemplis: تَوَكَّلُوا عَلَى ٱللَّهِ فِي ٱلشَّدَائِدِ ٱلَّتِي تُصِيبُكُمْ *fiduciam ponite in Deo in rebus adversis, quae vobis accidunt;* آمِنُوا بِآيَاتِ ٱللَّهِ ٱلَّتِي أَنْزَلَهَا عَلَى نَبِيِّهِ *credite in Versus Dei, quos demisit super prophetam suum.*

XCVIII. Pronomen relativum ٱلَّذِي non, nisi in Duali, variatur per Casus; sed Casus obliquus per subsequens Pronomen personale suffixum exprimitur. En tibi exempla: ٱلطَّبِيبُ ٱلَّذِي ٱبْنُهُ عِنْدِي *medicus qui filius eius* est *apud me*, i. e. medicus, cuius filius est apud me; ٱلسَّارِقُ ٱلَّذِي قَتَلَهُ ٱبْنِي *latro qui occidit eum filius meus*, i. e. latro quem filius meus occidit; ٱلتَّاجِرُ ٱلَّذِي تُوجَدُ عِنْدَهُ هٰذِهِ ٱلْجَارِيَةُ *mercator, qui reperitur apud eum haec virgo*, i. e. mercator apud quem haec virgo reperitur.

XCIX. 1. Pronomen personale suffixum, Accusativo exprimendo inserviens, haud raro omittitur, quando regitur a Verbo transitivo, aut a Participio; ut ٱلْمَالُ ٱلَّذِي تَشْتَهِي أَنْفُسُنَا *divitiae quas expetunt animae nostrae,* ubi تَشْتَهِي elliptice pro تَشْتَهِيهِ ponitur; ٱلرِّزْقُ ٱلَّذِي مُولِيكَ ٱللّٰهُ فَضْلٌ *vitae sustentaculum quod tibi impertit Deus* est *beneficium*, ubi مُولِيكَ est pro مُولِيكَهُ.

2 Omitti quoque potest Pronomen personale, quando a Praepositione regitur, et una cum Praepositione omittere licet, ubi Pronomen relativum ab eadem Praepositione regitur, ut مَرَرْتُ

بِٱلَّذِى مَرَّ سُلَيْمَانُ *praeterii* eum *quem Soleïman praeteriit*, ubi post مَرَّ est بِهِ omissum.

Quodsi vero Praepositio quidem, quae Pronomen suffixum regit, sit eadem atque ea, quae Pronomini relativo est praeposita, sed constructioni Verbi diversi ab eo quod praecedit inservit, Praepositionem cum suo Pronomine suffixo omittere haud licet. Quare pro زَهِدْتُ فِى ٱلَّذِى رَغِبْتَ فِيهِ *abstinui ab eo quod tu desiderasti,* non est dicendum زَهِدْتُ فِى ٱلَّذِى رَغِبْتَ, aut certe, si tamen reperiatur, pro licentia est habendum.

C. Pronomen relativum ٱلَّذِى complectitur nonnumquam antecedens aliquod, valetque *ille qui*, *illa quae*, *illud quod*, ut in hac dictione: ٱلَّذِى أَرَدْتُ فِيهِ هُوَ خَلَّصَنِى وَٱلَّذِى رَجَوْتُهُ أَهْلَكَنِى *illud quod despexi me salvavit, et illud de quo speravi, me perdidit.* Qui loquendi modus adhibetur potissimum, quando orationi vim quandam et emphasin addere, aut attentionem excitare, aut denique dictum aliquod confirmare et explicare velis. Tum, uti in aliis linguis, ita et in Arabica, Pronomen relativum semper est initio sententiae, Nomen vero, cui inest emphasis, ad quod relativum refertur, et quocum Genere, Numero et Casu convenire debet, in fine est in Nominativo ponendum. Ita haec sententia, *ambo poetae miserunt epistolam ad Veziros*, potest trifariam efferri, prouti emphasin addis uni ex illis tribus Nominibus, quae in illa continentur. Quodsi dictioni *ambo poetae* insit emphasis, phrasis hoc modo erit efferenda: ٱللَّذَانِ بَلَّغَا ٱلْوُزَرَآءَ رِسَالَةً ٱلشَّاعِرَانِ *illi qui miserant ad Veziros epistolam, sunt ambo poetae.* Si vero in nomine *Veziri* quaedam sit emphasis, ita se phrasis habebit: ٱلَّذِينَ بَلَّغَهُمُ ٱلشَّاعِرَانِ رِسَالَةً ٱلْوُزَرَآءُ *illi ad quos duo poetae epistolam miserunt*, sunt *Veziri.* Si denique in nomine *epistola* sit emphasis, hic erit verborum ordo:

ٱلَّتِى بَلَّغَهَا ٱلشَّاعِرَانِ ٱلْوُزَرَآءَ رِسَالَةٌ *illud quod ambo poetae ad Veziros miserunt*, est *epistola*.

CI. Quodsi dictioni *tempus* aut *locum* designanti, et in propositione simplici in Accusativo, modo Adverbiali, positae (§. VIII.), emphasin addere velis, illa est in Nominativo, praecedente Praepositione فِى una cum Pronomine suffixo, ponenda. Hinc si phrasis صُمْتُ يَوْمَ ٱلْجُمْعَةِ *ieiunavi die Veneris* emphatice sit efferenda, erit ita dicendum: ٱلَّذِى صُمْتُ فِيهِ يَوْمُ ٱلْجُمْعَةِ *ille qui dies ieiunavi in illo* est *dies Veneris*, i. e. dies illa, qua ieiunavi, dies est Veneris.

CII. Dictioni *causam*, *scopum*, *propositum* significanti, et in propositione simplici in Accusativo, modo Adverbiali, positae, si addere emphasin velis; ea est in Nominativo ponenda, praecedente Praepositione لِ una cum Pronomine suffixo. Sic pro جِئْتُ رَغْبَةً فِيكَ *veni cupidine te videndi*, emphatice ita erit dicendum: ٱلَّذِى جِئْتُ لَهُ رَغْبَةٌ فِيكَ *illud quo veni propter id est cupido te videndi*, i. e. illud propter quod veni, est cupido te videndi. In tali igitur constructione, uti ex hoc exemplo patet, si Nomen non designet feminam, aut eius generis rem; quae ad illud referuntur antecedentia Pronomina, relativum et personale, Praepositioni لِ suffixum, possunt Masculina esse; quia verum antecedens est nomen ٱلشَّىْءُ *res*, generis masculini.

CIII. 1. Quando in propositione simplici, in emphaticam convertenda, nullum sit Verbum, quod iungat Subiectum cum Praedicato, quales sunt hae: زَيْدٌ أَبُوكَ *Zeidus* est *pater tuus*, عَمْرٌو قَائِمٌ *Amru* est *stans*; adhibendum est necessario Pronomen relativum ٱلَّذِى, et quod ad hoc referatur Pronomen personale, est exprimendum.

2. Potest autem tali in propositione emphasis addi vel Subiecto, vel Praedicato. In propositionibus modo allatis si Praedicatum velis cum emphasi efferre, illae hoc modo erunt enunciandae: اَلَّذِى هُوَ أَبُوكَ زَيْدٌ *ille qui est pater tuus* est *Zeidus*, اَلَّذِى هُوَ قَائِمٌ عَمْرٌو *ille qui est stans* est *Amru*. Si vero emphasin addere Subiecto velis; illae erunt sic exprimendae: اَلَّذِى هُوَ زَيْدٌ أَبُوكَ *ille qui est Zeidus*, est *pater tuus*; اَلَّذِى هُوَ عَمْرٌو قَائِمٌ *ille qui est Amru*, est *stans*. In quo utroque exemplo هُوَ est Pronomen, ad relativum اَلَّذِى referendum, et vicem gerens nominis subaudiendi اَلرَّجُلُ, quod vere est antecedens, ad quod relativum respicit.

3. Quodsi propositio simplex in emphaticam convertenda constet e Verbo et Nomine agentis, potest pro اَلَّذِى et Articulus اَلْ, Pronominis relativi vim obtinens (L. III. §. CCCLXXXVI.) adhiberi; quod tamen nonnisi ubi Verbo substitui Participium activum aut passivum potest, fieri licet. Ita pro يَقِى اَللّٰهُ اَلْبَطَلَ *custodit Deus animosum*, dici potest اَلْوَاقِى اَلْبَطَلَ اَللّٰهُ *qui custodit animosum* est *Deus*, aut اَلْوَاقِيهِ اَللّٰهُ اَلْبَطَلُ *ille quem custodit Deus* est *animosus*. Formulam posteriorem si adhibeas, Pronomen suffixum omittere licet.

4. Quando in phrasi emphatica, qualem modo (No. 3.) descripsimus, اَلْ relativi vicem tenens, eandem, quam Pronomen personale, personam respicit; Pronomen personale solet omitti; quod vero est exprimendum, ubi ad aliam personam aut rem refertur. Quod ut exemplo illustremus, simplex haec propositio, بَلَّغْتُ مِنَ اَلزَّيْدَيْنِ إِلَى اَلْمُسْلِمِينَ رِسَالَةً *pertuli ab ambobus Zeidis ad Muslemos epistolam*, potest in quatuor hasce emphaticas converti: 1)

اَلْمُبَلِّغُ مِنَ ٱلزَّيْدَيْنِ إِلَى ٱلْمُسْلِمِينَ رِسَالَةً أَنَا *ille qui pertulit ab ambobus Zeidis ad Muslemos epistolam*, sum *ego*, ubi post اَلْمُبَلِّغُ Pronomen personale هُوَ omittitur, quia respicit idem, quod relativum (آلْ), Subiectum; exprimendum vero est tertiae personae Pronomen in tribus quae sequuntur phrasibus emphaticis: 2) اَلْمُبَلِّغُ أَنَا مِنْهُمَا إِلَى ٱلْمُسْلِمِينَ رِسَالَةً ٱلزَّيْدَانِ *illi a quibus pertuli ad Muslemos epistolam, duo* sunt *Zeidi*; 3) اَلْمُبَلِّغُ أَنَا مِنَ ٱلزَّيْدَيْنِ إِلَيْهِمْ رِسَالَةً ٱلْمُسْلِمُونَ *illi ad quos pertuli ab ambobus Zeidis epistolam*, sunt *Muslemi*; 4) اَلْمُبَلِّغُهَا أَنَا مِنَ ٱلزَّيْدَيْنِ إِلَى ٱلْمُسْلِمِينَ رِسَالَةٌ *illud quod pertuli ab ambobus Zeidis ad Muslemos*, est *epistola*.

CIV. Pronomina relativa indeclinabilia مَنْ et مَا ab اَلَّذِى in eo differunt, quod vim antecedentis *is*, *ea*, *id*, et relativi *qui, quae, quod*, complectuntur.

CV. 1. مَنْ etsi de *personis*, مَا vero de *rebus* proprie adhibeatur, utrumque tamen haud raro inter se permutatur. Dicitur enim مَنْ interdum de rebus, sive irrationabilibus, si ea per tropum personis, sive rationabilibus assimilantur, vel si una eademque dictione rationabilia et irrationabilia comprehenduntur. Quibus ipsis ex causis et مَا nonnunquam de rationabilibus usurpatur. Vnde dicitur tam: لِلّٰهِ يَسْجُدُ مَنْ فِى ٱلسَّمٰوَاتِ وَٱلْأَرْضِ, quam لِلّٰهِ يَسْجُدُ مَا فِى ٱلسَّمٰوَاتِ وَمَا فِى ٱلْأَرْضِ *Deum adorant ea quae* sunt *in coelis et in terra*.

2. Vsurpatur مَا et de rationabilibus, ubi certa quaedam classis eorum ab aliis ratione qualitatis aut quantitatis diversa, indicatur, ut in hoc loco Sur. IV, 3. فَٱنْكِحُوا مَا طَابَ لَكُمْ مِنَ ٱلنِّسَآءِ

مَثْنَى وَثُلَاثَ وَرُبَاعَ *ergo in matrimonium ducite quae placuerint vobis ex mulieribus; binas, aut ternas, aut quaternas.*

CVI. 1. Pronominis relativi vim sustinet et أَيٌّ, *quicunque,* quod per Casus quidem inflectitur, per Numeros vero et Genera non variatur, nisi quod pro Feminino et أَيَّةٌ adhibere licet. Dicitur itaque: أَقْتُلُ أَيًّا حَارَبَنِي *interficiam quemcunque qui mihi adversatur;* جِئْنِي بِأَيٍّ عَصَوْا عَلَيَّ *veni ad me cum iis*, i. e. adduc ad me *eos qui contra me rebellarunt;* أَعْرِفْنِي بِأَيٍّ قَالَتْ هٰذَا *indica mihi eam, quae hoc dixerit,* ubi tamen et بِأَيَّةٍ dici potest.

2 Sed ne per Casus quidem flectitur أَيٌّ, si Pronomen personale affixum habet, sequiturque propositio Verbo destituta, cuius Subiectum est Pronomen personale ad أَيٌّ referendum, sed non expressum. Ratio est, quod أَيٌّ tum fit propositionis Subiectum. En tibi exempla: ثُمَّ لَنَنْزِعَنَّ عَنْ كُلِّ شِيعَةٍ أَيُّهُمْ أَشَدُّ عَلَى الرَّحْمٰنِ عِتِيًّا *tum removebimus ab omni agmine quicunque maxime obstinati persistunt in rebellione adversus* Deum *misericordem;* qua in sententia si Pronomen personale expressum esset, aut affixum ad أَيٌّ omissum, dicendum fuisset أَيُّهُمْ هُوَ أَشَدُّ. Similiter in hac phrasi: إِذَا مَا لَقِيتَ بَنِي مَالِكٍ فَسَلِّمْ عَلَى أَيُّهُمْ أَفْضَلُ *si forte obviam habeas filios Maleki; salutem dic illi eorum, qui est praestantissimus*, proprie esse deberet عَلَى أَيِّهِمْ هُوَ أَفْضَلُ. Sunt tamen Grammatici, qui أَيٌّ in eiusmodi constructionibus declinent.

CVII. 1. Notandus praeterea est ille vocum أَيٌّ et أَيَّةٌ usus, quo, affixum هَا adsciscentes, inserviunt designandae rei alicui aut personae speciali, quae ab aliis eiusdem generis discernitur: ubi

nomen, quod post أَيُّهَا aut أَيَّتُهَا sequitur, in Accusativo est ponendum, ut haec exempla ostendent: أَنَا أَفْعَلُ كَذَا أَيُّهَا ٱلرَّجُلَ *equidem, pro mea parte, ita agam;* نَحْنُ نَفْعَلُ كَذَا أَيُّهَا ٱلْقَوْمَ *nos quidem, pro nostra parte, ita agamus;* ٱللّٰهُمَّ ٱغْفِرْ لَنَا أَيَّتُهَا ٱلْعِصَابَةَ *o Deus, ignosce nobis, qui sumus singularis caterva.* Quodsi vero post أَيُّهَا aut أَيَّتُهَا sequatur Adiectivum, vel appositivum, id ponendum est in Nominativo, tanquam Praedicatum Subiecti subaudiendi, quod est هُوَ.

2. Omittere licet أَيُّهَا in eiusmodi sententiis, si nomen speciatim designandum restrictum sit Articulo, aut nomine recto, quod Articulo est determinatum. Vt نَحْنُ ٱلْعَرَبَ أَقْرَى ٱلنَّاسِ لِلضَّيْفِ *nos Arabes* sumus *promtissimi hominum ad hospites excipiendos;* نَحْنُ مَعَاشِرَ ٱلْأَنْبِيَاءِ لَا نُورَثُ *nos,* qui *societas prophetarum* sumus, *haeredes non evadimus.* Qui loquendi modus nonnisi post Pronomen primae personae Singularis aut Pluralis adhibetur.

## IV. *De Pronominibus interrogativis.*

CVIII. Pronomina مَنْ et مَا inservire et interrogando, illud de personis, hoc de rebus, et utrumque per omnia Genera, omnesque Numeros et Casus, non variatum retineri, si nomen personae aut rei, de qua interrogatur, subiicitur, observatum est L. III. §. CCCLXXXVII. Vbi vero quis interrogat de persona, quam alter non proprio suo nomine, sed appellativo, aut indeterminate commemoravit, declinatur eo modo, qui loco paullo antea indicato expositus est. Vt si quis dicat جَآءَنِي رَجُلٌ *venit ad me vir* aliquis, interrogabis مَنُو *quis* est *vir* iste? Si quis dicat قَتَلْتُ رَجُلًا *occidi virum*, interrogatur مَنَا *quemnam?* Cum autem interrogationi addis aliquid, est indeclinabile مَنْ adhibendum. Quare si

dicas: *quemnam occidisti?* aut *quemnam? o iuvenis!* id Arabice sic est enunciandum; مَنْ قَتَلْتَ et مَنْ يَا فَتَى. Quod tamen non tam accurate observatur, ut non subinde et ubi quid additur, مَن declinetur; ut in hoc loco: أَتَوْا نَارِى فَقُلْتُ مَنُونَ أَنْتُمْ قَالُوا ٱلْجِنُّ *venerunt ad ignem* hospitalitatis *meum et dixi: quinam vos* estis? *responderunt, daemones.*

CIX. Aliud Pronomen interrogativum est أَىٌّ (L. III. §. CCCLXXXVIII.), quod eodem modo, quo مَن et مَا, adhibetur, atque, ubi haec, ibidem et ipsum per omnia Genera, omnesque Numeros et Casus declinatur, ibi quoque, ubi quid additur. Vt si quis dicat: رَأَيْتُ رَجُلَيْنِ *vidi duos viros,* interrogari potest: أَيَّيْنِ يَا صَاحِبِى *quosnam, mi amice?*

CX. Interrogativum أَىٌّ inservit et exprimendae admirationi, ubi semper post se habet nomen indeterminatum in statu regiminis. Si praecedat nomen indeterminatum, sequitur regulas convenientiae Adiectivi cum Substantivo, ut in hoc exemplo: جِئْتَنِى بِرَجُلٍ أَىِّ رَجُلٍ *venisti ad me cum viro, at quali viro!* Quodsi praecedat nomen determinatum, أَىٌّ est in Accusativo ponendum, modo adverbiali, ut in hac phrasi: جَآءَنِى زَيْدٌ أَىَّ رَجُلٍ *venit ad me Zeidus, qualis vir!* Ratio est, quod quum أَىٌّ sit ex eorum numero, quae indeterminata manent et tum, cum in statu regiminis ponuntur cum Nomine, quod iis pro complemento inservit (§. LXXI. 2.), nequit cum nomine determinato convenire.

CXI. Nomen personae aut rei, circa quam quis suam admirationem adhibito أَىٌّ exprimit, potest vel subaudiri, vel Verbo praecedente contineri. Tunc أَىٌّ ponitur in eo Casu, in quo ponendum erat Nomen subaudiendum. Ita in hac phrasi: آتَّكَلُوا

نِكَايَةٍ أَىَّ *noxa affecti sunt, at quali noxa!* أَىَّ in Accusativo ponitur, quia sententia plene sic erat exprimenda: آنْتَكَوُا نِكَايَةً أَىَّ نِكَايَةٍ.

# CAPVT QVARTVM.

## DE SYNTAXI VERBORVM.

### I. DE USU TEMPORUM.

CXII. Ad Verborum Syntaxin referenda est doctrina de usu Temporum, qui praecipue pendet ex ipso sermonis contextu atque dispositione. Quum enim Arabibus in Verbo finito Tempora tantum duo sint, necesse est, ut utriusque usus ad varios Modos exprimendos latius extendatur, et per construendi rationem definiatur.

### 1. *De Vsu Praeteriti.*

CXIII. Praeteritum Arabicum nostro respondet Praeterito perfecto Indicativi in simplici narratione rerum praeteritarum, praesertim praecedentibus Adverbiis مَرَّةً *vice quadam, aliquando*, et قَدْ *iam, dudum.* Sic initio Fabulae Locmani II. غَزَالٌ مَرَّةً عَطِشَ فَأَتَى إِلَى عَيْنِ مَآءٍ *Caprea aliquando sitivit venitque ad fontem aquae.* قَدْ ذَكَرْنَا وِزَارَةَ جَدِّهِمْ وَنَذْكُرُ هَاهُنَا وِزَارَةَ ٱلْبَاقِينَ *Adhuc narravimus historiam Veziratus avorum suorum; nunc narrabimus historiam Veziratus reliquorum.*

CXIV. Praemissum Praeterito Verbi alicuius Praeteritum Verbi كَانَ illi significationem Plusquamperfecti importat; debet autem كَانَ cum Verbi, cui praemittitur, convenire Genere, Numero et

Persona. Vt كَانَ ضَرَبَ *verberaverat*, كَانَتْ ضَرَبَتْ *verberaverat femina*, كُنْتُ ضَرَبْتُ *verberaveram*, كَانُوا قَالُوا *dixerant.*

Quodsi inter plura Plusquamperfecta unum alterumve indicet tempus ceteris prius, inserenda est inter verbum auxiliare كَانَ et verbum alterum Particula قَدْ. Quod illustrabit hic locus e Fakhr-ed-din Razii Historia Dynastiarum (in de Sacyi *Chrestomath. Arab.* T. I. p. 11.): وَمَاتَ ٱلرَّشِيدُ بِطُوسَ وَكَانَ خَرَجَ إِلَى خُرَاسَانَ لِمُحَارَبَةِ رَافِعِ بْنِ ٱللَّيْثِ وَكَانَ هٰذَا ٱلرَّافِعُ قَدْ خَرَجَ وَخَلَعَ ٱلطَّاعَةَ وَتَغَلَّبَ عَلَى سَمَرْقَنْدَ فَخَرَجَ ٱلرَّشِيدُ بِنَفْسِهِ إِلَيْهِ فَمَاتَ بِطُوسَ *Mortuus est Raschidus Tusae. Profectus enim fuerat in Chorasanem, ad debellandum Rafeum, Laithi filium. Fuerat autem hic Rafeus egressus, et subtraxerat se obedientiae, et potitus fuerat Samarcanda. Prodiit igitur Raschidus ipse contra eum, et mortuus est Tusae.* Vbi vides, كَانَ posterius importare Plusquamperfecti significationem tribus quae sequuntur Verbis, خَرَجَ, خَلَعَ et تَغَلَّبَ.

CXV. Praeteritum quando Coniunctionem لَوْ *si* praemissam sibi habet, Latine vertendum est in Imperfecto, aut, cum كَانَ, in Plusquamperfecto Coniunctivi, sensu optativo, potentiali, aut concessivo; et quod sequitur Praeteritum in propositione hypothetica vel conditionali, eodem Tempore est exponendum, habetque لَ praefixum, ut in hisce exemplis videbis: لَوْ عَلِمْتُ هٰذَا لَنَصَحْتُكَ *si scirem hoc, monerem te;* لَوْ هَدَانَا ٱللّٰهُ لَهَدَيْنَاكُمْ *si dirigeret nos Deus, certe dirigeremus vos.* Verum si secunda enuntiationis pars negativa est, usurpatur Futurum praecedente لَمْ; ut لَوْ كُنْتَ هَاهُنَا لَمْ يَمُتْ أَخِي *si fuisses hic, non mortuus esset frater meus.*

CXVI. Quando in enuntiatione conditionali Praeterito praemittitur Coniunctio إِنْ *si*, illud Latine vertendum est in Futuro Subiunctivi, quod vero sequitur Praeteritum est in Futuro Indicativi enunciandum, ut إِنْ قُلْتُمْ لِي قُلْتُ لَكُمْ *si dicatis mihi. dicam vobis;* quod ipsum et post إِلَّا locum habet, ut أَمَّا أَنْ تَخْرُجَ مِنْ حَلَبَ وَإِلَّا سَلَّمْتُ ٱلْقَلْعَةَ لِصَالِحٍ *necesse est ut Haleba egrediaris, et nisi id feceris, tradam arcem Salecho;* aut, si utrumque negatur, إِنْ مَا قُلْتُمْ لِي لَمْ أَقُلْ لَكُمْ *si non dicatis mihi, non dicam vobis.* Vel in Subiunctivi aut Indicativi Praesente, si aliud Praeteritum non subiungitur, ut إِنْ كُنْتَ ٱبْنَ ٱللّٰهِ فَقُلْ *si es filius Dei, dic* etc.

CXVII. In enuntiatione e duobus membris composita, quorum prius مَنْ aut أَيٌّ *quicunque,* مَا *quodcunque,* كُلَّمَا *quotiescunque,* حَيْثُمَا *quocunque,* مَهْمَا *quamdiu,* aut simile vocabulum praemissam sibi habet, quo duo membra invicem connectuntur, possunt utriusque membri Verba Arabice in Praeterito poni, quod Latine est per Futurum exprimendum, nisi generalis sit propositio (de qua vid. mox §. CXX.). Ratio est, quod illa vocabula iisque similia vim Coniunctionis إِنْ habent, quae et ipsa, salvo sensu, substitui potest, ut in hoc loco Sur. IV, 59. كُلَّمَا نَضِجَتْ جُلُودُهُمْ بَدَّلْنَاهُمْ جُلُودًا غَيْرَهَا *quotiescunque probe ustae fuerint pelles eorum, substituemus iis alias pelles.*

CXVIII. Coniunctionibus, quae Praeterito vim Futuri Indicativi aut Subiunctivi important, adnumeratur et إِذَا, per se indicans tempus futurum, quemadmodum إِذْ et لَمَّا praeteritum indicant. Exemplo sit haec sententia: إِذَا جَآءَ وَعْدُ ٱلْآخِرَةِ جِئْنَا بِكُمْ لَفِيفًا

*cum venerit quod praedictum est de vita futura, adducemus vos omnes simul.*

CXIX. Coniunctio إِذَا inservit haud raro iungendis duobus membris enunciationis, qua generalis quaedam sententia, nulla temporis ratione habita, exprimitur: ubi si إِذَا praeponitur membro priori, Verba utriusque membri in Praeterito posita Latine sunt in Praesenti vertenda, ut in hac phrasi: إِذَا رَاضَ يَحْيَى الأَمْرَ ذَلَّتْ صِعَابُهُ *quando tractat Iachja negotium, facilis redditur difficultas eius.*

Sed in narratione rerum praeteritarum Verba arabica in Praeterito posita, sunt, etiamsi إِذَا praecedat, Latine eodem Tempore reddenda. En tibi exemplum: إِذَا رَأَوْا تِجَارَةً أَوْ لَهْوًا آنْفَضُّوا إِلَيْهَا *quando viderunt occasionem mercaturae exercendae, aut ludendi, disperserunt se ad illam capessendam.*

CXX. Quando in sententia, qua, nulla temporis ratione habita, quid in universum affirmatur, Praeterito praemittitur أَيٌّ, مَنْ, aliudve vocabulorum supra §. CXVII. memoratorum; Latine est Praesens ponendum, ut in hisce sententiis: مَنْ كَتَمَ سِرَّهُ بَلَغَ مُرَادَهُ *qui occultat secretum suum, assequitur quod cupit;* مَنْ أَحَبَّ شَيْأً أَكْثَرَ ذِكْرَهُ *qui aliquid amat, frequenter eius mentionem facit.*

CXXI. Praeteritum quando ante se habet negandi Particulam لَا, sequiturque enuntiatio subiunctiva, aut conditionalis, aut ad tempus futurum referenda, est in Futuro vertendum, ut in hoc Haririi loco Cons. V. p. 92. edit. Schult. لَا تَلَمَّظْتُ بِقِرَاكُمْ أَوْ تَضْمَنُوا لِي أَنْ لَا تَتَّخِذُوا بِي كَلًّا *non adlambam cibum vestrum, nisi promiseritis mihi, vos nullum propter me onus vobis impositiuros.* Alias Praeteritum post Particulam لَا saepe est et Latine in eo-

dem tempore vertendum, ut in Haririi Cons. V. p. 110. بَلَوْتُ مِنَ ٱلْعَجَائِبِ مَا لَمْ يَرَهُ ٱلرَّاؤُونَ وَلَا رَوَاهُ ٱلرَّاوُونَ *Expertus sum de mirandis, quae nec viderunt spectatores nec narrarunt novitatum narratores.*

CXXII. In optandi atque bene vel male precandi formulis Praeteritum vim habet *optandi.* Ita quod nomini divino addi solet تَعَالَى, vertendum est: *alte emineat!* Et quae commemorato Mohammedis nomine subiungitur formula, صَلَّى ٱللَّهُ عَلَيْهِ وَسَلَّمَ, reddenda est: *propitius sit ei Deus et bene precetur!* Eadem est harum formularum ratio: رَضِيَ ٱللَّهُ عَنْهُ *acceptum eum habeat Deus!* دَامَ مُلْكُهُ *perenne sit regnum eius!* عَزَّ نَصْرُهُ *gloriosa sit victoria eius!* لَعَنَهُ ٱللَّهُ *maledicat ei Deus!* نَوَّرَ ٱللَّهُ قَبْرَهُ *illuminet Deus sepulchrum eius!* Rationem, cur in eiusmodi formulis Praeteritum adhibeant, Arabicus quidam Philologus in Ed. Pocockii Notis ad *Specim. Hist. Arab.* p. 56. ed. vet., refert hanc, quod quum huiusmodi loquutiones Imperativi speciem habeant, imperari autem inferioribus soleat, id eo modo vitent, ut Praeteritum pro Imperativo usurpent.

### 2. *De Usu Futuri.*

CXXIII. Futurum nostro Futuro respondet 1) praemissa Particula سَوْفَ, aut, eius loco, سَوْ, سَيْ, سَ. Ita Sur. IV, 34. وَمَنْ يَفْعَلْ ذَلِكَ عُدْوَانًا وَظُلْمًا فَسَوْفَ نُصْلِيهِ نَارًا *Qui autem fecerit hoc protervia et insolentia, eum ustulandum in ignem coniiciemus.* Haririi Cons. IV. p. 52. ed. Schult. سَتَجِدُ مَطْلَعِي عَلَيْكَ أَسْرَعَ مِنَ ٱرْتِدَادِ طَرْفِكَ إِلَيْكَ *Reperies reditum meum ad te celeriorem nictatione oculi;* 2) post negandi Particulam لَا, ut in hoc loco Sur. II, 45. (al. 48.): ٱتَّقُوا يَوْمًا لَا تَجْزِي نَفْسٌ عَنْ

نَفْسٍ شَيْأً وَلَا تُقْبَلُ مِنْهَا شَفَاعَةٌ *Timete diem,* qua *non pendet anima pro anima quidquam, nec acceptabitur ab ea intercessio.*

CXXIV. Futurum post negandi Particulam مَا valet Praesens, ut in hac phrasi: مَا يُزَكَّى ٱلْإِنْسَانُ بِشَهَادَةِ أَهْلِ بَيْتِهِ *homo non declaratur iustus testimonio domesticorum suorum.*

CXXV. Futurum cum subiungitur alius Verbi Praeterito ita, ut ab eo pendeat quasi, eique pro complemento inserviat, nulla intercedente Coniunctione, Latine est mox per Infinitivum, mox per Subiunctivum praecedente *ut* vertendum, quemadmodum in hisce exemplis videbis: جَعَلَا يَتَشَاجَرَانِ *inceperunt ambo inter se disputare;* جَآءَ إِلَى عَيْنِ مَآءٍ يَشْرَبُ *venit ad fontem aquae ut biberet.* Nec raro Futurum ita positum potest Latine per Participium Activi exprimi, ut in hisce phrasibus: *apparuit ad thronum Dschafaris,* وَوَقَعَ يُقَبِّلُ ٱلْأَرْضَ وَيَبْكِي *et procubuit osculum figens terrae et plorans;* وَهُوَ وَاقِفٌ فِي ٱلْمَآءِ يَسْتَحِمُّ *et ille stabat in aqua sese lavans.*

CXXVI. 1. Formam Futuri *apocopatam* (L. II. §. CXLVII.) adhiberi in propositionibus hypotheticis, conditionalibus, et retributivis, observatum est L. II. §. CXLVIII. Vsurpatur autem ea lege, ut aliud Verbum in eodem orationis contextu tanquam retributive illi respondeat, ut in hisce exemplis: مَنْ يُحْسِنْ إِلَيْكَ أَحْسِنْ إِلَيْهِ *quicunque benefecerit tibi, ei tu* vicissim *benefac;* أَيْنَمَا تَكُونُوا يُدْرِكْكُمُ ٱلْمَوْتُ *ubicunque fueritis assequetur vos mors;* حَيْثُمَا تَذْهَبْ أَذْهَبْ *quocunque iveris, ibo* et *ego;* إِنْ تَخْرُجْ أَخْرُجْ مَعَكَ *si egrediaris, egrediar tecum.* Vbi vides, in eiusmodi propositionibus si utrumque Verbum tempus futurum indicet, utrumque in forma apocopata poni. Si posterius tantum significet tempus fu-

turum, potest pro lubitu forma apocopata aut ordinaria adhiberi; ut si dicas: مَا صَنَعْتَ أَصْنَعْ, aut أَصْنَعْ, *quidquid fecisti faciam.*

2. Forma Futuri apocopata adhibetur et ubi praecedit Imperativus, cui Futurum respondet, ut أَنْصُرْنِي أَنْصُرْكَ *adiuva me, adiuvabo te*, id est, si adiuves me, adiuvabo te. cf. p. 360 n. 6.

3. Apocopata Futuri forma haud raro vim obtinet Imperativi, praesertim praemissa Praepositione لِ, quae post Coniunctiones فَ et وَ suam Vocalem amittit; ut لِيُنْفِقْ ذُو سَعَةٍ, *stipem erogat opulentus;* فَمَنْ شَهِدَ مِنْكُمُ ٱلشَّهْرَ فَلْيَصُمْهُ *et quicunque adfuerit ex vobis hoc mense, ieiunium servet per illum.* Praecedente autem negandi Particula لَا prohibendi vim obtinet, ut لَا تَقْرَبَا هَٰذِهِ ٱلشَّجَرَةَ *ne appropinquetis* (vos ambo) ad *hanc arborem;* لَا تُؤَاخِذْنِي *ne corripias me.*

4. Praecedentibus negandi Particulis لَمْ et لَمَّا apocopata Futuri forma suscipit significationem temporis praeteriti. En tibi exempla: *Quaesivit aliquid quod comedere posset,* فَلَمْ يَجِدْ *sed non invenit* quidquam. *Cum ascendere voluit,* لَمْ يَقْدِرْ *non potuit.*

CXXVII. *Antitheticam* Futuri formam, qua tertiae radicalis Dhamma in Fatha mutatur (vid. L. II. §. CXLIX. CL.), post se requirunt Coniunctiones quaedam, quae Verbo Subiunctivi significatum afferunt. Sunt autem illae

1) أَنْ, ubi *propositum, finem, scopum, consilium,* quo quis aliquid facit, significat, Latine per *ut* sequente Verbo in Subiunctivo, vertendum; quale in hisce phrasibus: أُحِبُّ أَنْ تَنْصُرَ *cupio ut adiuves;* أَشْتَهِي أَنْ تَأْكُلَ عِنْدِي فِي هَٰذِهِ ٱللَّيْلَةِ خُبْزًا *cupio ut comedas apud me hac nocte panem.* Accidit nonnumquam,

ut أَنْ sit *ne* reddendum, non quod ipsi negandi notio insit, sed quod ea implicite contineatur in voce aliqua propositionis principalis, cui propositio subiunctiva est iuncta. Sic in hoc loco Sur. IX, 46. لَا يَسْتَأْذِنُكَ ٱلَّذِينَ يُؤْمِنُونَ بِٱللَّهِ وَٱلْيَوْمِ ٱلْآخِرِ أَنْ يُجَاهِدُوا بِأَمْوَالِهِمْ وَأَنْفُسِهِمْ *non petent facultatem a te qui credunt in Deum et diem novissimum, ne decertent cum facultatibus suis et personis suis*, Verbo إِسْتَأْذَنَ inest *deprecandi* notio. Similiter Sur. XVIII, 58. إِنَّا جَعَلْنَا عَلَى قُلُوبِهِمْ أَكِنَّةً أَنْ يَفْقَهُوهُ *Nos sane posuimus super corda eorum operimenta ne intelligant eum* (Coranum), in nomine أَكِنَّةٌ *operimenta* latet *prohibendi* notio. Quod ipsum valet de hisce eiusdem Surae verbis (Vs. 65.), وَمَا أَنْسَانِيهِ إِلَّا ٱلشَّيْطَانُ أَنْ أَذْكُرَهُ *neque oblivisci facit me illius nisi Satan, ne recordarer illius.*

Coniunctionem أَنْ ubi sequitur Adverbium negativum لَا aut لَنْ, cum eo in unum vocabulum أَلَّا aut أَلَّنْ contrahitur. Servat tamen suam vim, et requirit post se Futurum antitheticum.

Cum autem أَنْ significat *quod*, et Futurum Latine per Infinitivum reddi potest, ponitur ordinaria Futuri forma, ut أَعْلَمُ أَنْ يَنُومُ *scio quod dormit*, s. scio eum dormire; أَعْلَمُ أَنْ يَنْصُرُ *scio eum adiutorem fore.* Nisi praecedat *opinandi* Verbum, qualia sunt حَسِبَ, ظَنَّ, زَعَمَ; tunc enim pro lubitu potest vel ordinaria, vel antithetica Futuri forma adhiberi.

2) كَيْ *ut;* unde dicitur جَآءَ كَيْ يَضْرِبَكَ *venit ut verberet te.* Quod valet et de compositis كَيْلَا, لِكَيْلَا *ne.*

3) لِ *ut*, quomodo capitur in hac phrasi: إِلْتَمَسَ شَيْأً لِيَأْكُلَهُ *quaerebat aliquid ut comederet illud.*

4) حَتَّى cum significat *ut*, eo *usque ut*, *donec*. Ita in his verbis Fab. XIII. Locmani: *si tibi oneri sim*, أَعْلِمْنِي حَتَّى أَطِيرَ عَنْكَ *scire me fac, ut avolem a te.* أَسِيرُ حَتَّى تَغِيبَ ٱلشَّمْسُ *ibo donec occidat sol.*

5) أَوْ *aut*, ubi Latine valet *ut*, *eo usque ut*, *nisi*, ut in hisce exemplis: لَأَلْزَمَنَّكَ أَوْ تُعْطِيَنِي حَقِّي *sane persequar te, aut dabis mihi quod mihi debetur*, i. e. donec reddas mihi quod mihi debetur; لَأَقْتُلَنَّ ٱلْكَافِرَ أَوْ يُسْلِمَ *sane occidam infidelem, aut Muslimus fiat*, i. e. nisi Muslimus fiat; أَنْتَظِرُهُ أَوْ يَخْرُجَ *exspectabo eum donec egrediatur.*

Antithetica Futuri forma adhibetur et ubi repetitum أَوْ Latine per *sive* — *sive* est exprimendum, ut in hoc loco Sur. III, 123. (al. 128.) لَيْسَ لَكَ مِنَ ٱلْأَمْرِ شَيْءٌ أَوْ يَتُوبَ عَلَيْهِمْ أَوْ يُعَذِّبَهُمْ *Non est tibi de negotio quidquam*, i. e. nil ad te attinet, *sive convertatur* Deus *super eos*, i.e. iis ignoscat, *sive puniat eos.*

6) إِذَنْ (quidam إِذًا scribunt), responsionis Particula, *bene, age*, cum ponitur initio sententiae, et proxime (vel intercedente solum iurisiurandi formula, vocatione, aut negatione) ante Futurum rem futuram significans: ut si quis dicenti أَلْتَجِي إِلَيْكَ *confugiam ad te*, respondeat إِذَنْ أَنْصُرَكَ *bene, iuvabo te*, vel إِذَنْ وَٱللّٰهِ أَنْصُرَكَ *bene, per Deum, iuvabo te*; vel إِذَنْ يَا حَبِيبِي أَنْصُرَكَ *bene, amice mi, iuvabo te*; vel إِذَنْ لَا أَنْصُرَكَ *bene, non iuvabo te*. Si quid aliud intercedit, ordinaria Futuri forma ponitur, ut إِذَنْ أَنَا أَنْصُرُكَ *bene, ego iuvabo te.* Quae forma et retinetur, ubi Futurum pro Praesenti ponitur, aut إِذَنْ non initio sententiae collocatur, ut يَا حَبِيبِي إِذَنْ أَنْصُرُكَ *o amice mi, bene,*

*iuvabo te.* Si huic Particulae solum وَ et فَ copulativum praemittitur, pro lubitu Futuri forma ordinaria vel antithetica adhiberi potest.

7) لَنْ *nequaquam*, aut *ne*, in deprecatione. Sic Sur. II, 74. (al. 80.) لَنْ تَمَسَّنَا ٱلنَّارُ إِلَّا أَيَّامًا مَعْدُودَةً *nequaquam tanget nos ignis* (Gehennae) *nisi per dies numeratos*, i. e. paucos.

8) فَ cum praefigitur Futuro, quod dependet a praecedente enuntiationis parte, includente imperium, petitionem, optationem, interrogationem, exhortationem, deprecationem, aut negationem, adeoque causalis potius, quam copulativa Coniunctio est, ut زُرْنِي فَأُكْرِمَكَ *visita me et honorabo te*, id est, ut honorare te possim; لَا تُؤَاخِذْنِي فَأَهْلِكَ *ne castiges me ut peream;* لَا تَضْرِبْ زَيْدًا فَيَغْضَبَ *ne verbera Zeidum et irascetur*, id est, *ne irascatur.*

9) وَ, cum Futuro praepositum, iungit illud cum praecedente enuntiationis parte, includente similiter imperium, petitionem, optationem, interrogationem, aut negationem, significatque *et simul;* ut هَلْ تَأْكُلُ ٱلسَّمَكَ وَتَشْرَبَ ٱللَّبَنَ *an pisces edes, et simul lac bibes?* Alio sensu acceptum nihil mutat, ut هَلْ تَأْكُلُ ٱلسَّمَكَ وَتَشْرَبُ ٱللَّبَنَ *an comedes pisces, et bibis lac?*

CXXVIII. 1. *Paragogica* Futuri forma utraque (L. III. §. CLI.) adhibetur, cum Futurum rem futuram quodammodo petit, ut fit imperando, excitando, interdicendo, optando, interrogando, asseverando; ut Sur. CII. 6. 7. 8. لَتَرَوُنَّ ٱلْجَحِيمَ ثُمَّ لَتَرَوُنَّهَا عَيْنَ ٱلْيَقِينِ ثُمَّ لَتُسْأَلُنَّ يَوْمَئِذٍ عَنِ ٱلنَّعِيمِ *Certe visuri estis infernum; iterum* dico: *certe visuri estis illud oculo certitudinis,* i. e. clare, manifeste; *deinde certe rationem reddetis de deliciis* in quibus in hac vita versati fuistis. Ponitur et post Coniunctionem إِمَّا,

ex إِنْ et مَا expletivo compositam, ut in hoc loco Sur. VII, 33. (al. 36.) يَا بَنِي آدَمَ إِمَّا يَأْتِيَنَّكُمْ رُسُلٌ مِنْكُمْ *O filii Adami! certe venient ad vos legati* mei *ex vobis.* Collocatur quoque post iurisiurandi formulam, ut وَٱللَّهِ يَنْصُرَنَّ *per Deum, iuvabit.* Vbi et asseverandi Particulam لَ praefixam habet, ut Sur. XXXVIII, 83. قَالَ فَبِعِزَّتِكَ لَأُغْوِيَنَّهُمْ أَجْمَعِينَ *Dixit* diabolus: *atqui per potentiam tuam* iuro, *certe decipiam eos universos.* Cum autem praecedit سَوْفَ, سَ, aliave particula futurum tempus indicans, ordinaria Futuri forma requiritur.

2. Potest paragogica Futuri forma et adhiberi post vocem مَا, ubi est mere expletiva, aut nomini appellativo addita indicat esse indefinite capiendum (neque tamen post رُبَّمَا *forte, nonnumquam*); porro post Particulas negandi لَمْ et لَا, nec non in propositionibus quibus conditio exprimitur Particula, vim Coniunctionis إِنْ obtinente (non tamen post إِمَّا), denique in propositionibus affirmativis hypotheticis, quae a conditione pendent. Etsi autem hisce in casibus formam Futuri paragogicam adhibere liceat, rarius tamen usurpata reperitur.

3. Ceterum quemadmodum pro يَفْعَلَنَّ, sive يَفْعَلَنْ, et يَفْعَلًا scribitur (L. II. §. CLI. Not.), ita in fine sententiae, sive in pausa, suppressa nasali ultima, يَفْعَلَا scribi potest.

CXXIX. 1. Futuro cum praemittitur Praeteritum Verbi substantivi كَانَ *fuit,* aut, post لَمْ, eiusdem Verbi Futurum apocopatum, utrumque Latine est per Imperfectum Indicativi vertendum; ut in Locmani Fab. I. كَانَا يَنْطَحَانِ بِقُرُونِهِمَا *feriebant sese* duo tauri *cornibus suis;* Fab. XX. لَمْ تَكُنْ تَسْتَقِرُّ *non quie-*

*vit* (testudo); Fab. III. كَانَ أَصْحَابُهُ مِنَ ٱلْوُحُوشِ يَأْتِي إِلَيْهِ وَيَعُودُهُ *venerunt socii eius de feris ad eum et visitarunt eum.*

2. Quodsi autem Futurum cum Verbo substantivo compositum sibi praemissum habeat لَوْ, Latine est per Imperfectum Subiunctivi aut Optativum exprimendum, uti et quod ei respondet Futurum, cui Verbum substantivum لَ praefixum habens praeponitur, ut لَوْ كُنْتَ تَعْرِفُهُ لَكُنْتَ تُحِبُّهُ *si nosceres eum, amares eum.*

II. DE USU ET STRUCTURA INFINITIVI.

CXXX. Infinitivus, Arabibus *Nomen actionis* (L. II. §. CXXXIII. p. 65.), Verbo suo finito, aut alii eiusdem significatus, ad vim eius augendam, in Accusativo, modo adverbiali, haud raro subiici solet, ut ضَرَبَهُ ضَرْبًا *verberavit eum verberando,* كَلَّمَ ٱللّٰهُ مُوسَى تَكْلِيمًا *alloquutus est Deus Mosem alloquendo;* Sur. LII, 9. يَوْمَ تَمُورُ ٱلسَّمَآءُ مَوْرًا وَتَسِيرُ ٱلْجِبَالُ سَيْرًا *die* quo *commovebit sese coelum commovendo,* i. e. commovebitur hinc illinc se agitando, *et ambulabunt montes ambulando.*

CXXXI. Infinitivus interdum per Gerundium in *dum* est exprimendus, ut: قَامَ زَيْدٌ إِجْلَالًا لِعَمْرٍو *surrexit Zeidus ad honorandum Amrum.*

CXXXII. Infinitivus, sive Nomen actionis, servat per omnia indolem Verbi sui finiti, habetque, plane ut hoc, significationem vel transitivam, vel intransitivam, vel neutralem. Quodsi vero Verbum finitum sit activum, Infinitivus potest sensu utroque, activo et passivo, capi. Sic قَتْلٌ notat *occidere, occidendi actionem, caedem,* tam respectu illius, qui caedem committit, quam eius, qui occiditur. تَأْدِيبٌ, Infinitivus Coniug. II. Verbi أَدُبَ *humanitate,* seu *morum et doctrinae elegantia praeditus fuit polluitque,* de-

notat tam *bonis moribus litterisque imbuere alium*, quam *ipsum bonis moribus litterisque imbutum esse.* A سَمَّى *nomen alicui imponere* est تَسْمِيَةٌ tam *alii nomen imponere*, quam *ipsum gerere nomen aliquod sibi impositum.* Ab أَصْلَحَ *correxit, instauravit*, est إِصْلَاحٌ tam *actio instaurandi*, quam *instauratum esse*, ut in hoc loco Sur. VII, 54. 83. (al. 57. 86.) لَا تُفْسِدُوا فِي ٱلْأَرْضِ بَعْدَ إِصْلَاحِهَا *ne depravationem efficiatis in terra, postquam instaurata fuerit.* A Verbo وَجَدَ *invenit*, cuius Passivum وُجِدَ notat *inventus est, existit*, Infinitivus وُجُودٌ habet notionem *existentiae*, proprie, *τοῦ inveniri.*

CXXXIII. 1. Infinitivus Verbi transitivi regere potest nomen tam Subiectum quam Obiectum sententiae exprimens. Sic in hoc loco Sur. IX, 115. وَكَانَ ٱسْتِغْفَارُ إِبْرٰهِيمَ لِأَبِيهِ *et fuit deprecatio Abrahami pro patre suo*, إِبْرٰهِيمَ, nomen ab Infinitivo ٱسْتِغْفَارُ rectum, et in Genitivo positum, est Subiectum; Obiectum, quod ٱللّٰهَ *Deum* esse deberet, non est expressum. Id quod magis patescet, si pro Infinitivo ponas Verbum finitum, hoc modo: إِسْتَغْفَرَ إِبْرٰهِيمُ ٱللّٰهَ لِأَبِيهِ *deprecatus est Abrahamus Deum pro patre suo.* Similiter in hoc loco Sur. XLI, 49. لَا يَسْأَمُ ٱلْإِنْسَانُ مِنْ دُعَآءِ ٱلْخَيْرِ *non afficitur taedio homo a petendo bonum* (mundanum), si Infinitivo دُعَآءِ nomen ٱلْخَيْرِ regenti substituas Verbum finitum, apparebit, Subiectum esse ٱلْإِنْسَانُ *hominem*, Obiectum autem ٱلْخَيْرَ *bonum*, quum sensus hic sit: *homo non capit taedium*, s. *non desistit ab eo ut petat bonum.*

2. Nomen Obiectum significans in Accusativo collocari potest, si Infinitivum inter et Obiectum dictio aliqua intercedens impedit,

quo minus Infinitivus cum nomine Obiecti in statu regiminis ponatur. Ita Sur. XC, 14. إِطْعَامٌ فِي يَوْمٍ ذِي مَسْغَبَةٍ يَتِيمًا *Tò cibare in die famis orphanum,* يَتِيمًا est Obiectum Infinitivi إِطْعَامٌ. Vbi, ut vides, Infinitivus suam servat Nunnationem.

3. Quodsi autem Infinitivus, sive Nomen actionis, praefixum habeat Articulum, Accusativus Obiecti proxime sequi potest, ut ضَعِيفُ ٱلنِّكَايَةِ أَعْدَاءَهُ *debilis quoad τὸ noxa afficere hostos suos;* لَمْ أَنْكُلْ عَنِ ٱلضَّرْبِ مِسْمَعًا *non abstineo timidus a feriendo aurem.*

CXXXIV. 1. Quando utrumque, quod Infinitivus Verbi transitivi regit, tam Subiecti quam Obiecti nomen expressum est, solet plerumque prius, Subiectum, in Genitivo, seu statu constructo, posterius autem, Obiectum, in Accusativo poni, ut in hisce exemplis: كَانَ قَتْلُ ٱلْخَلِيفَةِ جَعْفَرًا فِي هَذِهِ ٱلسَّنَةِ *erat occisio Chalifae Dschafarum,* i. e. actio Chalifae qua Dschafarum occidebat, *in hoc anno;* ذِكْرُ رَحْمَةِ رَبِّي عَبْدَهُ *commemoratio misericordiae domini mei erga servum suum.*

2. Haud raro tamen Verbi transitivi Infinitivus cum suis, quae regit, Nominibus ita construitur, ut Obiectum ponatur in Genitivo, praesertim si sit Pronomen, Subiectum vero in Nominativo, ut مَنَعَ ٱلنَّاسَ كَافَّةً مِنْ مُخَاطَبَتِهِ أَحَدٌ وَمُكَاتَبَتِهِ بِسَيِّدِنَا *prohibuit homines universos ab alloquendo eum aliquis et scribendo ad eum* appellatione *domini nostri*, id est, interdicebat omnibus, ne quis eum coram alloquendo, aut ad eum scribendo appellatione *dominus noster* uteretur; حَجُّ ٱلْبَيْتِ مَنِ ٱسْتَطَاعَ *peregrinatio ad aedem* sacram *quicunque potest.*

CXXXV. Infinitivi Verborum intransitivorum et neutralium Subiectum, quod regunt (Obiecto enim carent), iunctum sibi habent in Genitivo, sive statu regiminis, ut وُقُوعُ زَيْدٍ إِلَى ٱلْأَرْضِ

كَانَ كَذَلِكَ *τὸ procumbere Zeidi ad terram erat hoc modo.* Ceterum tales Infinitivi sequuntur constructionem Verborum suorum finitorum, ut مَا لِي قُدْرَةٌ عَلَى ذَلِكَ *non est mihi facultas hoc* faciendi; إِخْرَاجُ أَهْلِهِ مِنْهُ *τὸ expellere populum* s. *incolas eius ex eo* loco.

CXXXVI. Infinitivi Verborum abstractorum Subiectum suum in Genitivo, Praedicatum vero in Accusativo sibi iunctum habent, ut in hoc exemplo: كَوْنُ ٱلْإِنْسَانِ مَخْلُوقًا هُوَ مِنْ أُصُولِ ٱلدِّينِ *esse hominem creatum, est unum ex fundamentis fidei.*

CXXXVII. Infinitivi Verborum transitivorum possunt et sine nomine quod regant, sensu indeterminato usurpari, ut in hac sententia: صَدٌّ عَنْ سَبِيلِ ٱللَّهِ وَكُفْرٌ بِهِ أَكْبَرُ عِنْدَ ٱللَّهِ *declinare a via Dei, et impium esse in eum,* est *gravissimum* crimen *apud Deum;* ٱلطَّلَاقُ مَرَّتَانِ *dimittere* uxorem, *duabus vicibus* fieri licet.

## III. DE VSV ET STRVCTVRA PARTICIPIORVM.

### 1. *De Participiis Activis.*

CXXXVIII. Participia *activa* servant indolem Verborum, a quibus sunt derivata, id est, sunt, sicuti haec, activa vel neutralia, transitiva vel intransitiva.

CXXXIX. Participium activum saepe, plane ut Verbum, inservit exprimendo Subiecti alicuius Praedicato. Iam quum Subiectum Verbi collocandum sit in Nominativo, et Participium activum, ubi Subiectum habet, collocandum est in Nominativo. Hinc dicitur: عَمْرٌو ٱلْقَاتِلُ أَبُوهُ مَحْمُودًا *Amru, cuius pater Machmudum occidit,* quod idem est, ac si dicas: عَمْرٌو ٱلَّذِي قَدْ قَتَلَ أَبُوهُ مَحْمُودًا; aut زَيْدٌ نَاكِحٌ ٱبْنُهُ غَدًا زَيْنَبَةَ *Zeidus, cuius filius*

*eras in matrimonium ducet Zobeidam*, quod et sic exprimi potest: زَيْدٌ يَنْكِحُ ٱبْنُهُ غَدًا زُبَيْدَةَ.

CXL. Participium activum quando, nulla temporis ratione habita, adhibetur ad exprimendam qualitatem Subiecto alicui insitam, iungi ei potest, tanquam regens, in statu regiminis, ut زَيْدٌ ٱلْقَائِمُ ٱلْأَبِ *Zeidus stans patris*, i. e. Zeidus, cuius pater stat firmus. Quomodo etsi proprie Participia tantum Verborum neutralium construi soleant; haud raro tamen et Verborum transitivorum Participia ita constructa reperiuntur, ubi tanquam mera Adiectiva usurpantur, ut dicitur ٱلرَّاحِمُ ٱلْقَلْبِ *miserescens corde.*

CXLI. Participia Verborum intransitivorum construuntur cum nominibus, quibus iunguntur, per easdem, per quas Verba ipsa, Praepositiones, ut كُلٌّ لَهُ قَانِتُونَ *omnes ei obediunt;* وَمَا ٱللّٰهُ بِغَافِلٍ عَمَّا تَعْمَلُونَ *nec est negligens Deus de eo quod facitis.*

CXLII. Verborum transitivorum Participia dupliciter construuntur. Vel enim nomen in Accusativo regunt, quemadmodum Verba, a quibus derivata sunt, ut ٱلْكَاظِمُونَ ٱلْغَيْظَ *qui cohibent iram*, مَا أَنْتَ بِتَابِعٍ قِبْلَتَهُمْ *tu non sectaris Keblam eorum*, i. e. tu inter precandum non convertis faciem ad eum tractum, ad quem illi convertunt. Vel regunt nomen suum in Genitivo, ut رَبَّنَا إِنَّكَ جَامِعُ ٱلنَّاسِ *Domine noster, sane tu congregaturus es homines* (s. *congregator eris hominum*); كُلُّ نَفْسٍ ذَائِقَةُ ٱلْمَوْتِ *omnis anima gustabit mortem.* Quodsi nomen rectum restrictum sit Articulo, vel alio ei addito nomine Articulum habente, Articulum licet et Participio praefigere, ut ٱلضَّارِبُ ٱلْعَبْدِ *qui percutit servum*, aut ٱلضَّارِبُ رَأْسِ ٱلْعَبْدِ *qui percutit caput servi.* Non vero dicere licet in Singulari ٱلضَّارِبُ عَبْدٍ, neque

آلضَّارِبُ زَيْدٍ, neque آلضَّارِبُ عَبْدِ زَيْدٍ, neque denique آلضَّارِبُ عَبْدِهِ.
Quas constructiones tamen adhibere licet, quando Participium est Duale aut Plurale.

CXLIII. Participium, quod nomen aliquod in Accusativo regit, modo Verbi transitivi, servat Nunnationem, et in Duali et Plurali terminationes نِ et نَ; eae tamen nonnumquam abiiciuntur, ac si Participia in statu constructo posita essent, diciturque آلضَّارِبَا زَيْدًا *ambo Zeidum percutientes*, et آلضَّارِبُوا زَيْدًا plures *Zeidum percutientes*.

CXLIV. Quodsi Obiectum Participii Verbi transitivi, in Accusativo positum, sit Pronomen, potest vel separatum voculae إِيَّا additum (vid. L. III. §. CCCLXXX.), vel simplex Suffixum (§ CCCLXXVI.) usurpari. Simplex Suffixum ubi adhibetur, Participium singulare Nunnationem amittit; Duale autem, vel Plurale sanum, نِ finale potest vel retinere vel abiicere. Dicere itaque licet آلضَّارِبَانِهِ et آلضَّارِبَاهُ *ambo percutientes eum;* آلضَّارِبُونَكَ et آلضَّارِبُوكَ plures *percutientes te.*

Quando Pronomen affixum est prima Singularis persona, haud raro usurpatur نِي, quod, Accusativo exprimendo inserviens, Verbis tantummodo iungi solet (L. III. §. CCCLXXVI. p. 236.), ut هَلْ أَنْتُمْ صَادِقُونِي *num vos sincere agitis erga me?* لَيْسَ آلْمُوَافِينِي لِيُرْفَدَ خَائِبًا *non qui me adit ut iuvetur spe frustratus abibit;* غَيْرُ آلدَّجَّالِ أَخْوَفُنِي عَلَيْكُمْ *alius, quam Antichristus, mihi metum iniicit propter vos.*

CXLV. Participium Verbi dupliciter transitivi, quod regit duo Obiecta, aut eius quod Subiectum et Praedicatum regit, sequitur Verbi sui constructionem, adeoque post se habet vel duos Accusativos, vel prius complementum in Genitivo, posterius in Accusativo. Vnde dicitur

أَنَـا دَاسِى زَيْدٍ ثَوْبًا مُفَخَّرًا et ,أَنَا كَاسٍ زَيْدًا ثَوْبًا مُفَخَّرًا *ego induo Zeidum veste pretiosa.* Similiter dicitur: هَلْ أَنْتَ ظَانٌّ عَمْرًا عَاقِلًا, et هَلْ أَنْتَ ظَانٌّ عَمْرٍو عَاقِلًا *num tu Amrum existimas intelligentem?*

CXLVI. Participium activum quando post Genitivum a se rectum aliud praeterea nomen habet, quod cum eo convenire deberet Casu; potest hoc alterum nomen poni vel in Genitivo, servata convenientia Grammatica, vel in Accusativo, ut Obiectum Verbi, a quo descendit Participium. En tibi exempla: مُبْتَغِى جَاهٍ وَمَالًا مَنْ نَهَضَ *cupidus honoris et* cupiens *divitias* est *quicunque assurgit.* Sur. VI, 96. 97. إِنَّ ٱللَّهَ فَالِقُ ٱلْحَبِّ وَٱلنَّوَى يُخْرِجُ ٱلْحَىَّ مِنَ ٱلْمَيِّتِ فَالِقُ ٱلْإِصْبَاحِ وَجَاعِلُ ٱللَّيْلِ سَكَنًا وَٱلشَّمْسَ وَٱلْقَمَرَ حُسْبَانًا *Certe Deus scindit granum et nucleum, educet*, i. e. ut educat *vivum e mortuo . . . . producit auroram, et facit noctem requiem*, i. e. requiescendi tempus, *et sol atque lunam* ad *computum* temporum.

CXLVII. Quando Participium dupliciter transitivum regit prius suum complementum in Genitivo, alterum in Accusativo, potest hoc poni inter Participium et prius eius complementum, quae sunt in statu constructo; ut مَانِـعُ فَضْلَهُ ٱلْمُحْتَاجِ *denegat beneficium suum egenti;* Sur. XIV, 48. فَـلَا تَحْسِبَنَّ ٱللَّـهَ مُخْلِفَ وَعْدِهِ رُسُلِهِ *ne existimes, Deum adversaturum esse promissioni suae* factae *legatis suis.*

## 2. *De Participiis Passivis.*

CXLVIII. Participii passivi Subiectum in Nominativo poni solet, ut زَيْدٌ مَقْتُولٌ حَالًا أَبُوهُ *Zeidus, cuius pater modo occi-*

*sus est.* Potest tamen Subiectum et in Genitivo poni, ut Nomen a Participio rectum (مَقْتُولُ ٱلْأَبِ), vel quoque in Accusativo, modo Adverbiali (مَقْتُولُ ٱلْأَبَ).

CXLIX. Participium passivum Verbi dupliciter transitivi regit secundum Verbi Obiectum in Accusativo, ut زَيْدٌ مُعْطًى عَبْدُهُ دِرْهَمًا *Zeidus, cuius servus danatus est Dirhemo.*

CL. Constructio Participii passivi ubi tibi videtur impeditior, solvere illam potes hoc modo, ut, suppleto Subiecto subaudito, Participium mutes in Praeteritum aut Futurum Passivi, Articulo ٱلْ autem substituas Pronomen relativum ٱلَّذِى, vel, ubi nullus adest Articulus, relativum مَنْ aut مَا En tibi exempla: Sur. II, 233. ٱلْوَالِدَاتُ يُرْضِعْنَ أَوْلَادَهُنَّ حَوْلَيْنِ كَامِلَيْنِ وَعَلَى ٱلْمَوْلُودِ لَهُ رِزْقُهُنَّ *Matres lactent natos suos per duos annos integros, et super natum ei,* i. e. illi, cui natus et filius, i. e. patri, incumbit, *alere illos.* Vbi عَلَى ٱلْمَوْلُودِ لَهُ idem est ac عَلَى ٱلرَّجُلِ ٱلَّذِى وُلِدَ لَهُ وَلَدٌ *super virum cui natus est filius.* Ibid. لَا تُضَارُّ وَالِدَةٌ بِوَلَدِهَا وَلَا مَوْلُودٌ لَهُ بِوَلَدِهِ *Non cogetur genitrix propter filium suum,* ut lactet eum invita, *neque natum ei,* i. e. genitor, cogetur *propter filium suum,* ad aliquid praestandum supra vires suas. Vbi مَوْلُودٌ لَهُ idem valet quod مَنْ وُلِدَ لَهُ وَلَدٌ *cui natus est filius.* Sur. I, 6. 7. أَهْدِنَا صِرَاطَ ٱلَّذِينَ أَنْعَمْتَ عَلَيْهِمْ غَيْرِ ٱلْمَغْضُوبِ عَلَيْهِمْ *dirige nos in via eorum quibus benefacis; non* vero *eorum quibus indignaris;* ubi vocabula tria postrema idem valent quod haec: ٱلَّذِينَ لَمْ يُغْضَبْ عَلَيْهِمْ *contra quos non est invectum cum iracundia.*

## IV. DE SYNTAXI VERBORVM TRANSITIVORVM.

CLI. Verba transitiva regere solent nomina, quibuscum construuntur, in Accusativo, nulla interveniente Praepositione, et ita quidem, ut Verbum praecedat, Nomen sequatur, ut لَمْ يَشْرَبْ خَمْرًا قَطُّ *non bibit vinum umquam.* Vbi vero per inversionem praecedit Obiectum Verbi transitivi, praefixam illud habet Praepositionem لِ, ut Sur. XII, 43. إِنْ كُنْتُمْ لِلرُّؤْيَا تَعْبُرُونَ *si estis idonei, qui hanc visionem interpretemini.*

CLII. Verba dupliciter intransitiva geminum regunt Accusativum rei aut personae diversae. Vt سَقَى ٱلسُّلْطَانُ وَزِيرَهُ مَآءً مَسْمُومًا *potandam praebuit Sultanus Veziro suo aquam venenatam,* أَطْعَمْتُ ٱبْنَكَ لَحْمًا *comedere feci filium tuum carnem;* أَعْطَى زَيْدٌ عَمْرًا ثَوْبًا مُفْخَرًا *donavit Zeidus Amruum veste pretiosa.*

CLIII. Geminum Accusativum, Subiecti et Praedicati, regere solent Verba, quae *nosse, credere, putare, dubitare, usurpare* significant. Vt ظَنَنْتُ زَيْدًا عَاقِلًا *putavi Zeidum* esse *intelligentem;* لَا تَحْسِبَنَّ ٱلَّذِينَ قُتِلُوا فِي سَبِيلِ ٱللّٰهِ أَمْوَاتًا *ne reputetis eos qui occisi sunt in via Dei,* i. e. in defendenda causa Dei, *mortuos;* أَخَذُوا ٱلدِّينَ لَعِبًا *ceperunt religionem ludibrium,* s. pro ludibrio. Quomodo Praedicatum in Accusativo modo Adverbiali ponitur (vid. §. VIII. hui. Libri). Sed potest quoque cum iisdem illis Verbis tam Subiectum, quam Praedicatum, in Nominativo poni, hisce modis: زَيْدٌ عَاقِلٌ ظَنَنْتُ *Zeidus* est *intelligens, puto;* زَيْدٌ ظَنَنْتُ عَاقِلٌ *Zeidus, puto* est *intelligens;* ظَنَنْتُ لَزَيْدٌ عَاقِلٌ *puto, utique Zeidus* est *intelligens.*

CLIV. Verba dupliciter transitiva quando in *Passivum* trans-

eunt, fiunt simpliciter transitiva, quum servent secundum tantum suorum complementorum, quod, ut Obiectum, in Accusativo est ponendum; constructio vero, quae inde prodit, est per ellipsin Verbi substantivi explicanda. Ita cum dicitur: سُقِيَ ٱلْوَزِيرُ مَآءً مَسْمُومًا ad verbum: *propinatus est Vezirus aquam venenatam*, idem est, ac si plene diceretur: *talis redditus est Vezirus qui biberet aquam venenatam.* أُعْطِيَ عَمْرٌو ثَوْبًا مُفْتَخَرًا, quod Latine est sic exprimendum: *donatus est Amru veste pretiosa,* Arabice ita enunciatur, quasi plene diceretur: *talis est redditus Amru, qui donum acciperet vestem pretiosam.* Similiter dicitur: أُطْعِمَ أَبُنَاكَ لَحْمًا *cibatus est filius tuus carne.*

Eadem est ratio phraseos in Corano haud raro obviae (e. c. II, 95. al. 100. 139. 208.) ٱلَّذِينَ أُوتُوا ٱلْكِتَابَ *qui instructi sunt hoc libro,* i. e. Corano, ubi Passivum Coniugationis IV. Verbi أَتَى *venit,* quae vim obtinet Verbi dupliciter intransitivi *attulit, dedit alicui quid*, post se habet Obiectum in Accusativo; est enim phrasis illa ita explicunda: *illi qui tales sunt redditi qui donum acciperent hunc librum* *).

## V. DE SYNTAXI VERBI كَانَ ET VERBORVM QVORVNDAM ALIORVM ILLI SIMILIVM.

CLV. 1. Verbum كَانَ, *existentiam* Subiecti eiusque ad Praedicatum rationem significans, illud quidem, Subiectum, assumit in Nominativo, Praedicatum vero in Accusativo, ut vides in hisce phrasibus: ٱللَّهُ كَانَ رَحِيمًا *Deus est misericors;* لَا يَكُونُ ٱلْحَكِيمُ

*) Quod pluribus expositum vide in *de Sacy* Grammaire Arabe, T. II. p. 103. seqq.

حَكِيمًا حَتَّى يَغْلِبَ جَمِيعَ شَهَوَاتِهِ *non erit sapiens* vere *sapiens* (et hoc nomine dignus) *donec domaverit omnes cupiditates suas.* مَن كَانَ ٱلطَّمَعُ لَهُ مَرْكَبًا كَانَ ٱلْفَقْرُ لَهُ صَاحِبًا *Is cui est cupiditas vehiculum, ei paupertas est socia.* لَا عِلْمَ إِلَّا مَا كَانَ مَكْتُومًا فِى ٱلصَّدْرِ *Non est scientia, nisi quae in pectore est recondita.* *) كُونُوا حِجَارَةً أَوْ حَدِيدًا *Fiatis lapides aut ferrum.* Quae syntaxis servatur et tum, cum Praedicatum Verbo كَانَ praeponitur, ut كَبِيرًا كَانَ أَوْ صَغِيرًا *magnus sit, aut parvus.*

2. Vbi vero كَانَ simpliciter Subiecti existentiam indicat, nulla Praedicati alicuius ratione habita, aut constructum cum Praepositione لِ personae, Latine *habere* verti potest, Subiectum ponitur in Nominativo, ut in hac phrasi: وَمِنْ أَمْثَالِ ذَلِكَ إِنَّهُ كَانَ تَاجِرٌ وَكَانَ لَهُ وَلَدٌ *et ex exemplis* unum est *hoc: erat* quondam *mercator, et erat ei filius*, i. e. habuit filium; أَبِى كَانَ لَهُ جَمَلٌ *pater meus, erat ei camelus*, i. e. pater meus possidebat camelum.

CLVI. Constructionem Verbi كَانَ §. superiore No. 1. memoratam sequuntur Verba plura alia, quae *esse, fieri, evenire, permanere* significant. Talia sunt: صَارَ *factus fuit, evasit,* عَادَ *rediit, evasit, factus est,* قَعَدَ *sedit, factus est,* أَمْسَى *fuit evasitque vesperi,* et absolute *fuit, evasit,* أَصْبَحَ *mane fuit,* أَسْفَرَ *aurorâ exortâ fuit,* أَضْحَى *fuit peregitque quid provecto die,* ظَلَّ *continuavit, non desiit facere interdiu,* بَاتَ (pro بَيَتَ) *noctu*

---

*) Vitiose مَكْتُوم est impressum in Erpenii *Grammat. Arab.* edit. 1748. p. 288., uti in editionibus prioribus.

*fuit* vel *fecit quid,* مَا زَالَ *non desiit esse, continuavit,* دَامَ *pec-ennavit, perseveravit,* مَا بَرِحَ et مَا ٱنْفَكَّ *non defecit, non desiit.* Haec omnia igitur Verba Praedicatum assumunt in Accusativo. En tibi exempla: زَيْدٌ صَارَ غَنِيًّا *Zeidus factus est dives.* Sur. III, 98. (al. 102.) أَصْبَحْتُمْ بِنِعْمَةِ ٱللّٰهِ إِخْوَانًا *facti estis per gratiam Dei fratres.* Haririi Cons. III. p. 146. ed. Schult. لَقَدْ أَمْسَيْتُ أَخَا عَيْلَةٍ *factus sum frater paupertatis;* Sur. XVI, 60. ظَلَّ وَجْهُهُ مُسْوَدًّا *evadit facies eius nigra.* أَضْحَى ٱلْحَرُّ مُحْرِقًا *meridie calor fuit aestuosus;* مَا زَالَتِ ٱلْفَضِيلَةُ مَمْدُوحَةً *non desinit virtus esse laudabilis;* سِيرُوا مَا دَامَ ٱلنَّهَارُ مَوْجُودًا *ambulate quamdiu dies lucida existens est,* i. e. dum lucem habetis.

CLVII. 1. Praedicatum in Accusativo sibi iungere et solet Verbum لَيْسَ *non est*, quod in Praesenti tantum coniugatur (vid. Libr. II. §. CCXXXVI.). Haud raro vero emphaseos causa coniungitur cum suo Praedicato per Praepositionem بِ, quae Genitivum regit, ut لَيْسَ ٱللّٰهُ بِظَالِمٍ *non est profecto Deus iniustus.*

2. Quando post لَيْسَ Subiectum inter et Praedicatum Particula excipiendi إِلَّا *nisi* intercedit, ponitur hoc in Nominativo, ut لَيْسَ ٱلْحَيٰوةُ إِلَّا خَيَالٌ زَائِلٌ *non est haec vita, nisi umbra transiens;*

3. Tractatur لَيْسَ et tanquam Adverbium, cui Pronomina suffixa iunguntur, ut لَيْسَهُ *non est ille,* لَيْسَهَا *non est illa,* لَيْسَهُمْ *non sunt illi.*

## VI. DE SYNTAXI VERBORVM APPROPINQVANDI ET INCHOANDI.

CLVIII. Verba *appropinquandi,* عَسَى *prope fuit,* أَوْشَكَ, كَرَبَ, كَادَ *parum abfuit quin,* item *inchoandi,* إِبْتَدَأَ, أَخَذَ, أَقْبَلَ,

طَفِقَ, شَرَعَ, جَعَلَ, أَنْشَأَ, quae omnia *coepit, instituit facere* significant, Futurum post se habent, idque sive intercedente Coniunctione أَنْ *ut, quod*, sive, et hoc quidem frequentius, absque ea; ut عَسَى زَيْدٌ أَنْ يَخْرُجَ *forsitan Zeidus egredietur* (proprie *prope est, ut Zeidus egrediatur*); عَسَى يَرَى نَارَكَ مَنْ يَمُرُّ *forsan videbit ignem tuum* hospitalitatis aliquis *qui praetereat;* Sur. II, 19. (al. 20.) يَكَادُ ٱلْبَرْقُ يَخْطَفُ أَبْصَارَهُمْ *parum abest, quin fulgur rapiat visum eorum;* جَعَلَا يَتَشَاجَرَانِ *inceperunt* ambo *inter se disputare;* أَقْبَلَ يَلْحَسُهُ بِلِسَانِهِ *incepit eum lambere lingua sua.*

CLIX. Verborum § CLVIII. memoratorum Syntaxin imitantur et alia nonnulla, praesertim quae *ingrediendi* et *tendendi* in locum aliquem notionem habent, qualia sunt دَخَلَ et مَضَى. Sic in Locmani Fab. IV. دَخَلَ إِلَى بَعْضِ ٱلْمَغَايِرِ يَتَظَلَّلُ بِهَا *ingressus est in speluncam quandam, ut umbram captaret in ea.* Et in Fab. X. فَمَضَوْا إِلَى ٱلثَّعَالِبِ يَسُومُونَ مِنْهُمْ ٱلْحِلْفَ *abierunt ad vulpes, ut peterent ab iis foedus.*

## VII. DE SYNTAXI VERBORVM LAVDANDI, VITVPERANDI ET ADMIRANDI.

CLX. Verba *laudandi* et *vituperandi*, نِعْمَ *bonus est!* بِئْسَ *malus est!* quae sunt invariabilia, et ad summum tantum تْ femininum admittunt (vid. L. II. §. CCXXXVII.), item حَبَّذَا *amabilis est!* Nomen sibi additum habent, quando per Articulum آل restrictum est, in Nominativo, ut نِعْمَ ٱلنَّصِيرُ *praestantissimus sane est adiutor!* بِئْسَ ٱلْمِهَادُ *malus profecto est commorandi locus!* Quando autem Nomen caret Articulo, in Accusativo ponitur, ut نِعْمَ رَجُلًا زَيْدٌ *bonus vir est Zeidus!* بِئْسَ عَبْدًا

عَبْدُكَ *malus servus est servus tuus!* Eadem est Verbi سَآءَ constructio; ut سَآءَ ٱلرَّجُلُ زَيْدٌ, et سَآءَ رَجُلًا زَيْدٌ *malus vir est Zeidus.*

CLXI. 1. *Admirandi* Verba a Verbis triliteris dupliciter formari, ad أَفْعَلَ et أَفْعِلْ, dictum est L. II. §. CCXXXVIII. Prior forma ubi adhibetur, nomen rei aut personae, quam quis admiratur, nulla alia intercedente voce Verbo adiicitur in Accusativo, ut مَا أَحْسَنَ زَيْدًا *o quam pulcher est Zeidus!* Cum persona aut res, quam quis admiratur, exprimitur per Pronomen, adhibetur Suffixum, et in prima persona quidem نِي, Accusativo exprimendo proprium (vid. L. III. §. CCCLXXVI.). Cuius syntaxeos exemplum hoc habe: مَا أَكْيَسَ نَفْسَهُ وَأَظْهَرَ دَلَائِلَ ٱلْفَضْلِ عَلَيْهِ *Quantum est ingenii sui acumen! et quanta praestantiae documenta sunt in eo conspicua!* Quando autem Verbi admirationem exprimentis forma est أَفْعِلْ, Nomen ei additur in Genitivo, recto a Praepositione praefixa بِ, ut in hac phrasi: أَكْرِمْ بِخُلُقِ نَبِيٍّ زَانَهُ خُلُقٌ *quam nobilis est indoles prophetae, quem ornant praestantissimae virtutes.*

2 Omittitur interdum obiectum admirationis, rarius tamen, et nonnisi ubi e praecedentibus facile subauditur. En tibi exemplum: جَزَى ٱللّٰهُ عَنِّي رَبِيعَةَ خَيْرًا مَا أَعَفَّ وَأَكْرَمَا *Rependat Deus pro me Rabiae bonum! quam temperans est* Rabia, *et quam generosus!* ubi vides, tria postrema verba esse elliptice posita pro: مَا أَعَفَّ رَبِيعَةَ وَأَكْرَمَهُ.

3. Inter Verbum admirandi eiusque obiectum ponere licet dictionem indicantem tempus locumve, Adverbium, aut Vocativum, ut in hac phrasi: مَا أَحْسَنَ فِي ٱلْهَيْجَا لِقَاءَهَا *quam pulcher est in proelio occursus eius!*

## VIII. DE CONVENIENTIA VERBI CVM NOMINE.

CLXII. Verbum cum nomine, quod eius Subiectum constituit, convenit Numero et Genere, quando nomen praecedit, ut هٰذِهِ بِضَاعَتُنَا رُدَّتْ إِلَيْنَا *haec nostra pecunia reddita est nobis;* هَلِ ٱلْمُؤْمِنَاتُ رَجَعْنَ *num feminae verae religioni addictae redierunt?* Quod ipsum valet, quando Subiectum antea expressum facile subauditur, ut in hoc loco Haririi Cons. VII. فَلَمَّا فَرَغَ ٱلشَّيْخُ مِنْ دُعَائِهِ أَجَالَ خَمْسَهُ فِي وِعَائِهِ فَأَبْرَزَ مِنْهُ رِقَاعًا قَدْ كُتِبْنَ بِأَلْوَانِ ٱلْأَصْبَاغِ فِي أَوَانِ ٱلْفَرَاغِ *Postquam Senex comprecationem suam absolvisset, obire fecit manum suam in sacculo, et produxit ex eo schedulas,* quae *scriptae erant variis coloribus tempore otii.* Vbi vides, Verba أَجَالَ et أَبْرَزَ Singularia et Masculina esse, quod eorum Subiectum est Pronomen subaudiendum هُوَ e praecedente ٱلشَّيْخُ; Verbum كُتِبْنَ vero est Plurale Femininum, referendum ad Pronomen هُنَّ, subaudiendum e nomine, quod praecedit Plurali feminino, رِقَاعًا *schedulas.*

CLXIII. Subiectum, sive nomen, ad quod Pronomen subaudiendum, Subiecti vicem sustinens, est referendum, quando est Plurale fractum, Verbum potest, imo solet plerumque, Singulare Femininum esse. Ita in loco Haririi, sub finem paragraphi superioris adducto, pro كُتِبْنَ potuisset recte et كُتِبَتْ scribi. Quod aeque valet, Plurale fractum sive sit nominis Singularis Masculini, sive Feminini. Cuius syntaxeos ratio est haec, quod omne Plurale fractum nominis feminini singularis جَمَاعَةٌ *turba, agmen,* vim comprehendere censetur. Quodsi vero Plurale fractum designet rationabilia masculina, ut نَاسٌ *homines,* مَلَائِكَةٌ *angeli,* Verbum adhibendum est plurale masculinum, ut in hoc loco: لِلّٰهِ مَلَائِكَةٌ

يتعاقبون فيكم *Deo sunt angeli qui per vices custodiam pro vobis obeunt.*

CLXIV. Quando Verbum ante nomen Singulare masculinum, Subiectum indicans, ponitur, convenit cum eo Numero et Genere, ut أنساه الشّيطان ذكر ربّه *oblivisci fecit eum Satanas memoriam Domini sui.*

CLXV. Subiectum quando est nomen Singulare femininum, Verbum cum eo Numero quidem convenire debet, sed non semper cum eo convenit Genere.

CLXVI. Quodsi Subiecto feminino *vere* tali, significatione vel terminatione (L. III. §. CCXCV. CCXCVI.), proxime praemissum sit Verbum, id esse femininum debet, ut قالت إمرأة العزيز *dixit uxor el-Azizi.* Si vero Verbum inter et nomen, quod sequitur, femininum, dictio aliqua intercedat, Verbum potest masculinum adhiberi, ut إنّ آمرءً غرّه فيكنّ واحدةٌ *sane una inter vos seduxit virum.* Rectius tamen habetur, et tum Verbum femininum ponere.

CLXVII. Nomini feminino, *usu* tantum tali (L. III. §. CCXCVII.), Verbum iungere licet pro lubitu vel masculinum, vel femininum, praemissum sit nomini suo sive proxime, sive alia interveniente dictione. Exempla haec habe: آللّبن آلصّريح هو آلّذى قد ذهب رغوته وإذا ذهبت آلرّغوة فاللّبن عريان *Lac purum est, cuius spuma abiit, si vero abierit spuma, lac est nudum.* Intercedente Verbum inter et Nomen dictione aliqua, rectius Verbum masculinum adhibetur, ut لِئَلّا يكون للنّاس عليكم حجّة *ne sit hominibus causa contra vos.*

CLXVIII. Verbum quando a Subiecto seiunctum est interveniente Particula إلّا *nisi*, mesculinum esse solet, ut ما زكى إلّا

قَتَاةُ ٱبْنِ ٱلْعَلَا *nemo est innocens praeter puellam Ebni'l Ola.* Ratio huius syntaxeos est in promtu: subauditur ad Verbum masculinum أَحَدٌ *unus, aliquis.* Potest tamen et ubi nomini praemittitur إِلَّا, Verbum cum eo conveuire Genere. Ita in exemplo modo adducto et مَا زَكَتْ إِلَّا قَتَاةٌ dicere licet.

CLXIX. Verborum نِعْمَ et بِئْسَ Subiectum quando est Femininum, ponere licet Verbum vel masculinum, vel femininum; elegantius tamen habetur, masculinum adhibere. Ita rectius dicitur: نِعْمَ ٱلْإِمْرَءَةُ زَيْنَبُ *praeclara femina est Zeinaba,* quam نِعْمَتِ ٱلْامْرَءَةُ زَيْنَبُ.

CLXX. Subiecto Plurali Masculino Verbum praemitti solet Singulare, ut in hoc Sur. II, 12. أَنُؤْمِنُ كَمَا آمَنَ ٱلسُّفَهَآءُ *num credamus sicut credunt stulti?* Vs. 58. فَبَدَّلَ ٱلَّذِينَ ظَلَمُوا قَوْلًا *et permutarunt qui iniqui erant dictum.*

CLXXI. 1. Subiectum quando est Plurale fractum Singularis Masculini, Verbum praemitti solet Singulare Femininum, ut Sur. II, 69. (al. 73.) ثُمَّ قَسَتْ قُلُوبُهُمْ مِنْ بَعْدِ ذٰلِكَ *tum indurarunt corda eorum post hoc,* VI, 34. فَقَدْ كُذِّبَتْ رُسُلٌ مِنْ قَبْلِكَ *etiam mendaces habiti sunt legati ante te.*

2. Quodsi vero Subiectum sit Plurale sanum Masculinum, Verbum Femininum adhibere non licet, quod tamen praemitti potest nomini بَنُونَ *filii,* Plurali Singularis إِبْنٌ, et similibus, quae quamvis habeant terminationem Pluralis sani, non tamen servant formam Singularis sui, ut igitur pro Pluralibus fractis recte haberi possint. Hinc dicitur: قَالَتْ بَنُوا إِسْرَائِيلَ *dixerunt filii Israelis.*

CLXXII. Nomini collectivo speciemve universam indicanti, ubi Subiectum constituit, qualia sunt قَوْمٌ *populus,* طَيْرٌ *volucres,*

غَنَم *oves*, Verbum praemitti solet Singulare Femininum, ut Sur. II, 107. (al. 112.) قَالَتِ ٱلْيَهُودُ لَيْسَتِ ٱلنَّصَارَى عَلَى شَيْءٍ وَقَالَتِ ٱلنَّصَارَى لَيْسَتِ ٱلْيَهُودُ عَلَى شَيْءٍ *Dicunt Iudaei: non sunt Christiani super rem* ullam, i. e. non habent veram religionem, *et dicunt Christiani: non sunt Iudaei super rem* ullam; تَأْكُلُ ٱلطَّيْرُ مِنْهُ *vorant volucres de eo.*

CLXXIII. Plurali fracto Feminino Verbum praemitti solet Singulare Masculinum, ut Sur. XXXIX, 52. فَأَصَابَهُمْ سَيِّآتُ مَا كَسَبُوا *feriunt eos mala quae fecerunt;* قَالَ نِسْوَةٌ فِي ٱلْمَدِينَةِ *dicunt mulieres in urbe.* Rarius Pluralia Masculina sana praecedit Verbum Singulare Masculinum, ut Sur. LX, 10. إِذَا جَآءَكَ ٱلْمُؤْمِنَاتُ مُهَاجِرَاتٍ فَٱمْتَحِنُوهُنَّ *Cum venerint ad te* mulieres *fideles transmigrantes* ab infidelibus, *probate eas.* Qualis constructio tamen anomala habetur.

CLXXIV. Nomina tribuum Arabicarum solent feminina esse; sed, ut collectiva, haud raro Verbis Pluralibus Masculinis iuncta reperiuntur, ut in hoc exemplo vides: تَجَمَّعَتْ عَامِرُ بْنُ صَعْصَعَةَ عُقَيْلُ وَقُشَيْرُ وَتَشَاكَوْا مَا يَلْحَقُهُمْ مِنْ سَيْفِ ٱلدَّوْلَةِ *Congregarunt se* tribus *Amer Ben Sasaath, Ocail, et Coschair, et conquesti sunt invicem* de eo *quod contigit iis a Seif-od-Daula.*

CLXXV. Dualis easdem, quas Pluralis, syntaxeos regulas sequitur, ut قَالَتْ رَجُلَانِ *dixerunt ambo viri.* Sur. III, 118. (al. 122.) إِذْ هَمَّتْ طَائِفَتَانِ مِنْكُمْ أَنْ تَفْشَلَا *Cum cogitarunt duae cohortes ex vobis, ut ignavae recederent* e proelio.

CLXXVI. In Temporibus e Verbo كَانَ et Praeterito aut Futuro alius Verbi compositis (§. CXIV. CXXIX.), ubi Subiectum

inter utrumque Verbum est collocatum, valent, quoad كَانَ, regulae syntaxeos Verbi Subiectum praecedentis, quoad alterum Verbum vero, regulae syntaxeos Verbi Subiectum sequentis.

CLXXVII. Quae adhuc traditae sunt regulae valent tantummodo de tertiis Verborum Personis; primae et secundae Personae Genere et Numero semper conveniunt cum Nomine aut Pronomine, quod eorum Subiectum constituit, nisi Verbum a Subiecto seiungatur Particula إِلَّا *nisi, praeter*, ut مَا جَآءَ إِلَّا أَنْتِ *non venit* scil. أَحَدٌ *unus, quisquam, praeter te,* o femina!

CLXXVIII Quando Subiectum est nomen collectivum Verbo praemissum, Verbum poni solet Plurale, ut Sur. II, 244. لَـكِـنَّ أَكْـثَرَ ٱلنَّاسِ لَا يَشْـكُرُونَ *sed hominum plerique gratias non agunt;* IV, 79. (al. 75.) فَرِيقٌ مِنْهُمْ يَخْشَوْنَ ٱلنَّاسَ *pars ex iis timent homines.*

CLXXIX. Pluribus nominibus Subiectum constituentibus Verbum praemitti potest vel Plurale, ut in hac phrasi: جِئْنَا أَنَا وَأَنْتَ *venimus ego et tu;* vel Singulare, quod Genere conveniat cum eo nomine, quod proxime sequitur, ut تَـكَلَّمَتْ مَرْيَمُ وَهٰرُونُ فِي مُوسَى *loquuti sunt Maria et Aaron contra Mosen.*

CLXXX. Subiecto quod constat e duabus personis, Verbum subiicitur Duale, ut in Locmani Fab. XX. سُلَحْفَاةٌ وَأَرْنَبٌ مَرَّةً تَسَابَقَا وَجَعَلَا ٱلْحَدَّ بَيْنَهُمَا ٱلْجَبَلَ *Testudo et lepus aliquando certarunt inter se, uter alterum anteverteret, et posuerunt terminum inter se montem.* Quando vero Subiectum e pluribus constat, Verbum subiungitur Plurale, ut Fab. XXXII. ٱلْبَطْنُ وَٱلرِّجْلَانِ تَخَاصَمُوا *Venter et pedes contenderunt inter se.*

CLXXXI. Subiecto e pluribus diversi generis nominibus com-

posito Verbum subiungi solet Masculinum, ut in hoc adagio: ٱلْكَسَلُ وَكَثْرَةُ ٱلنَّوْمِ يُبْعِدَانِ مِنَ ٱللّٰهِ وَيُورِثَانِ ٱلْفَقْرَ *inertia et multitudo somni abducunt a Deo et adducunt paupertatem.* Reperitur quidem nonnumquam pluribus Subiectis femininis iunctum Verbum Masculinum, aut, ubi Subiectum sequuntur plura Verba, eorum unum convenit cum illo Genere et Numero, alterum non item; sed apud probatos scriptores eiusmodi constructiones non occurrunt.

CLXXXII. Subiectum quando constat e duobus nominibus appellativis in statu constructo positis, Verbum, quod proprie cum nomine regenti, tanquam Subiecto grammatico, convenire deberet, haud raro cum nomine recto, sensus ratione habita, convenit, ut Sur. III, 28. al. 30. يَوْمَ تَجِدُ كُلُّ نَفْسٍ مَا عَمِلَتْ مِنْ خَيْرٍ *die, qua inveniet omnis anima, quod operata fuerit boni;* VII, 54. al. 57. إِنَّ رَحْمَةَ ٱللّٰهِ قَرِيبٌ مِنَ ٱلْمُحْسِنِينَ *sane misericordia Dei propinqua est benefacientibus.* III, 106. al. 110. كُنْتُمْ خَيْرَ أُمَّةٍ أُخْرِجَتْ لِلنَّاسِ *estis optimum gentis,* i. e. optima gens, quae *producta fuerit hominibus.*

CLXXXIII. 1. Quod attinet ad convenientiam Verbi cum Nomine respectu *Personae*, tenendum est, Verbum semper congruere Persona cum Subiecto, sive expresso, sive subaudiendo, quod et valet, cum plura sunt eiusdem Personae Subiecta.

2. Si vero unum Verbum iungitur pluribus Subiectis diversarum Personarum, convenit cum Subiecto illo, quod loquenti est propius, ubi prima Persona antecedit duas reliquas, et secunda tertiam. Sic in hac phrasi: جِئْنَا أَنَا وَأَنْتَ وَأَخَذْنَا حَاجَتَنَا مِنْهُ *venimus ego et tu, et cepimus quod nobis opus esset ex eo,* Verbum est in prima Persona, quia Subiectorum, ad quae refertur, prius, eius sit Personae. Si autem Verbum duo habet Subiecta,

quorum unum secundae, alterum tertiae est Personae, secunda Verbi Persona adhibetur, ut in hac phrasi: أَنْتَ وَجُمُوعُكَ ٱحْضَرُوا بَيْنَ يَدَيِ ٱللَّهِ مَعَ هَرُونَ *tu et coetus tuus compareatis coram Deo una cum Aarone.*

---

# CAPVT QVINTVM.

## DE SYNTAXI PARTICVLARVM.

CLXXXIV. 1. Particulae إِنَّ *utique*, أَنَّ *quod*, كَأَنَّ *sicut*, لَـكِنَّ *sed*, لَيْتَ *utinam*, لَعَلَّ et عَلَّ *forsan*, id sibi peculiare habent, quod nomen, Subiectum orationis constituens, regant in Accusativo, ut إِنَّ ٱللَّهَ غَفُورٌ رَحِيمٌ *sane Deus* est *clemens, misericors;* تَوَدُّ لَوْ أَنَّ بَيْنَهَا وَبَيْنَهُ أَمَدًا بَعِيدًا *optat* (femina), *ut inter ipsam et illum spatium* sit *longe distans;* كَأَنَّ زَيْدًا أَسَدٌ *ac si Zeidus* esset *leo;* زَيْدٌ قَائِمٌ لَـكِنَّ مُحَمَّدًا جَالِسٌ *Zeidus* est *stans, sed Mohammed sedens;* لَيْتَ مُحَمَّدًا حَاضِرٌ *utinam Mohammed praesens* adesset! لَعَلَّ مُحَمَّدًا رَاجِعٌ ٱلْيَوْمَ *forsan Mohammed redit hodie.*

2. Vt autem Particulis illis haec potestas sarta maneat, requiritur, ut nihil inter eas et Nomen intercedat, nisi forte Praepositio cum suo Casu, ut إِنَّ فِي ذَلِكَ آيَةً *utique in hoc* est *signum.* Quare quando Particulis hisce aliae Particulae in unam vocem adiunguntur, vis haec fere cessat, ut in hoc: إِنَّمَا ٱلْعِلْمُ عِنْدَ ٱللَّهِ *siquidem scientia est apud Deum.*

CLXXXV. 1. Post *negandi* Particulam لَا nomen poni solet in Accusativo, sed absque Nunnatione, quando non est Nomen

proprium, nec restrictum Articulo, aut nomine recto, neque denique illam inter et nomen alia vox intercedit. Hinc dicitur: لَا إِلٰهَ إِلَّا ٱللّٰهُ *non est Deus nisi Allah*; ذٰلِكَ ٱلْكِتَابُ لَا رَيْبَ فِيهِ *hic* est *liber, de quo nulla dubitatio*; لَا إِنْسَانَ فِي ٱلدَّارِ *non est homo in domo.* Sed dicitur لَا فِي ٱلدَّارِ إِنْسَانٌ, quum لَا inter et إِنْسَانٌ insertum sit فِي ٱلدَّارِ.

2. Quando post لَا duo sequuntur nomina per Coniunctionem copulata, alterum potest pro lubitu in Nominativo aut Accusativo poni, unde dici potest: لَا رَجُلَ وَٱمْرَأَةٌ, et لَا رَجُلَ وَٱمْرَأَةَ *nec vir nec femina* (est in domo). Repetita autem et Nominativum admittit, etsi et vim suam vel in utrumque nomen, vel in unum tantum eorum, sive prius, sive posterius, retinere possit, ut igitur dicere liceat لَا رَجُلَ وَلَا ٱمْرَأَةٌ, aut لَا رَجُلَ وَلَا ٱمْرَأَةَ, aut لَا رَجُلٌ وَلَا ٱمْرَأَةٌ, aut denique لَا رَجُلٌ وَلَا ٱمْرَأَةَ.

3. Adiectivum Subiecti, cuius existentiam لَا negat, tripliciter potest exprimi: 1) لَا رَجُلَ نَائِمَ فِي ٱلدَّارِ *non* est *vir dormiens in domo;* 2) لَا رَجُلَ نَائِمًا; 3) لَا رَجُلَ نَائِمٌ.

CLXXXVI. 1. Negandi Particulae مَا et لَا, praemissae Subiecto et Praedicato, quae per Verbum كَانَ subauditum iuncta sunt, regunt Praedicatum in Accusativo; ut مَا زَيْدٌ قَائِمًا *Zeidus non* est *stans;* لَا رَجُلٌ حَاضِرًا *vir non* est *praesens.*

2. Vt vero لَا et مَا hanc suam vim in Praedicatum obtineant, requiritur, 1) ut Praedicatum post Subiectum sit positum; 2) ut inter utrumque excipiendi Particula إِلَّا non intercedat; 3) ut مَا Particulam إِنْ non sibi iunctam habeat negandi vim obtinentem (p. 256.); 4) ut, cum لَا adhibetur, Subiectum sit nomen

appellativum indeterminatum. Alioqui Praedicatum in Nominativo ponitur. Hinc dicitur: مَا قَائِمٌ زَيْدٌ *Zeidus non* est *stans;* مَا زَيْدٌ إِلَّا كَاذِبٌ *nil nisi mendax* est *Zeidus;* مَا إِنْ مُحَمَّدٌ نَائِمٌ *non est Mohammed dormiens;* لَا ٱللّٰهُ كَاذِبٌ *non est Deus mendax.*

CLXXXVII. Praepositiones omnes, sive separabiles, sive inseparabiles, *Genitivum* regunt, ut بِٱللّٰهِ *in Deo,* لِلّٰهِ *Deo,* تَحْتَ ٱلسَّمَاءِ *sub coelo,* فِي ٱلدَّارِ *in domo;* مِنْ جِهَةِ ٱلْجَنُوبِ إِلَى جِهَةِ ٱلشَّمَالِ *a tractu meridionali usque ad tractum septentrionalem.*

CLXXXVIII. Adverbia Temporis مُنْذُ et مُذْ *a tunc, inde ab,* vim Praepositionum obtinentia, regunt Genitivum; unde dicitur: مَا رَأَيْتُهُ مُذْ يَوْمِ ٱلْجُمْعَةِ *non vidi eum inde a die Veneris.* Habet tamen nonnumquam post se Nominativum, ut مَا رَأَيْتُهُ مُذْ يَوْمُ ٱلْجُمْعَةِ, quomodo ellipsis est statuenda, hoc sensu: *initium temporis quo eum non vidi,* est *dies Veneris.* Genitivum regit quoque رُبَّ *forte, saepe, nonnumquam,* et حَتَّى quando *usque* significat.

CLXXXIX. Particulam وَ regere Genitivum, ubi iuriiurando praemittitur, aut pro وَرُبَّ ponitur; Accusativum vero, quando *cum* (مَعَ) valet, observatum est supra p. 250. sequ.

CXC. Particulae interrogandi quantitatem, كَمْ et كَأَيِّنْ sive كَأَيٍّ, *quantum? quot?* regunt Accusativum, ut كَمْ دِرْهَمًا *quot Dirhemi?* كَأَيِّنْ رَجُلًا *quot homines?* Quando vero vel interrogationi, vel nomini rei numeratae, quod sequitur, Praepositio Genitivum regens praefigitur, ponendus est Genitivus, ut بِكَمْ دِرْهَمٍ

*quot Dirhemis* (emisti hoc)? كَأَيِّنْ مِنْ رَجُلٍ *quot hominum?* Genitivum regunt quoque, ubi aliquis non interrogat, sed narrando refert, ut لَا أَدْرِى كَمْ رِجَالٍ قَتَلْتَ *nescio, quot homines occideris.*

CXCI. 1. Particula *exceptiva* إِلَّا *nisi, praeter,* rem exceptam regit, quando oratio est *affirmativa*, in Accusativo, ut جَآءَنِى اَلنَّاسُ إِلَّا زَيْدًا *venerunt ad me homines praeter Zeidum;* quando *negativa*, et quidem *perfecta*, sic ut nomen rei, unde fit exceptio, exprimatur, sive in Accusativo, sive Casu eodem cum illo nomine, ut مَا كَلَّمَنِى أَحَدٌ إِلَّا زَيْدًا, sive إِلَّا زَيْدٌ, *non alloquutus est me quisquam, praeter Zeidum;* مَا أَتَيْتُ بِٱلْكُتُبِ إِلَّا ٱلتَّوْرِيَةَ, sive ٱلتَّوْرِيَةِ, *non attuli libros, praeter Pentateuchum.*

2. Quando vero *defectiva* oratio est, ubi semper est *negativa*, res excepta subauditi nominis Casum accipit, ut مَا يَعْلَمُ تَأْوِيلَهُ إِلَّا ٱللَّهُ *non novit* (scil. أَحَدٌ *quisquam*) *interpretationem eius, nisi Deus;* مَا رَأَيْتُ إِلَّا زَيْدًا *non vidi* (scil. أَحَدًا *quenquam*) *praeter Zeidum;* مَا مَرَرْتُ إِلَّا بِجَعْفَرٍ *non praeterii* (scil. بِأَحَدٍ *quenquam*) *praeter Dschafarum.*

3. Quando vox, quae Particulam إِلَّا praecedit, est Subiectum, ea vero, quae illam sequitur, Praedicatum, ponitur utraque in Nominativo, ut مَا جَعْفَرٌ إِلَّا كَاذِبٌ *non est Dschafarus nisi mendax;* إِنِ ٱلْكَافِرُونَ إِلَّا مَلْعُونُونَ *infideles non sunt nisi maldicti.*

CXCII. Reliquae Particulae exceptivae, حَاشَا, خَلَا et عَدَا, nomen post se indifferenter in Genitivo, aut Accusativo habent; licet quoque in Nominativo ponere, ut مَاتُوا حَاشَا زَيْدٌ *mortui sunt*

*praeter Zeidum.* Post مَا خَلَا et مَا عَدَا autem nomen rei exceptae semper in Accusativo ponitur.

CXCIII. Exceptioni exprimendae inservit quoque غَيْرَ quod proprie est Accusativus nominis غَيْرٌ *mutatio*, Adverbialiter usurpatus; unde, nominis regentis instar, rei exceptae nomen, tanquam rectum, in Genitivo regit, ut مَا كَلَّمَنِى أَحَدٌ غَيْرَ زَيْدٍ *non alloquutus est me quisquam praeter Zeidum.* Variat quoque suam terminationem, poniturque in eodem Casu, quo ponendum esset rei exceptae nomen, si إِلَّا adhiberetur (§. CXCI. 2.). Vnde quod modo dedimus exemplum recte et sic effertur: مَا كَلَّمَنِى أَحَدٌ غَيْرُ زَيْدٍ. Et pro مَا أَتَيْتُ بِٱلْكُتُوبِ غَيْرَ ٱلتَّوْرِيَةِ *non attuli libros, praeter Pentateuchum,* aeque recte, aut, ut quidam volunt, melius, dicitur, غَيْرِ ٱلتَّوْرِيَةِ.

CXCIV. In dictionem integram, quae Subiecto et Praedicato constat, praecedens إِلَّا vim non habet. Ita dicitur: مَا مَرَرْتُ بِأَحَدٍ إِلَّا زَيْدٌ أَحْسَنُ مِنْهُ *non praeterii quemquam, quo Zeidus non pulchrior esset.* Haud raro in tali constructione inter إِلَّا et dictionem, qua exceptio continetur, inseritur وَ, ut in hac phrasi: لَا تَمُوتُنَّ إِلَّا وَأَنْتُمْ مُسْلِمُونَ *ne moriamini, nisi* antea *Moslemi facti fueritis.*

CXCV. إِلَّا quando in eadem sententia pluries repetitur emphaseos causa, haud vero iteratam exceptionem importat, nomen rem exceptam denotans post se habet in Nominativo, ut مَا جَآءَنِى إِلَّا أَخُوكَ إِلَّا زَيْدٌ *nemo ad me venit, nisi frater tuus, nisi Zeidus.* Quando vero repetitum إِلَّا novas infert exceptiones, nomina res exceptas indicantia ponuntur in Accusativo, si quidem nomen

rei, unde exceptio fit, sit expressum, ut in hac phrasi: قَتَلَ ٱلْقَوْمَ إِلَّا زَيْدًا إِلَّا عُمَرَ إِلَّا عَمْرًا *occisa est turba, Zeido, Omaro, et Amruo exceptis.* Quodsi vero nomen rei, unde fit exceptio, subaudiatur, primae, quae excipitur, rei nomen ponitur in eo Casu, quem Verbum, quocum construitur, poscit, reliqua nomina vero in Accusativo ponuntur, ut in hoc exemplo: مَا قَامَ إِلَّا جَعْفَرٌ إِلَّا سَعِيدًا إِلَّا مُحَمَّدًا *non surrexit* scil. أَحَدٌ *quisquam, nisi Dschafarus, Saidus et Mohammed.*

CXCVI. 1. Particula لَوْلَا *si non* in Subiectum sententiae, quae sequitur, vim non exercet. Quae autem illam sequitur affirmatio hypothetica praefixum habet لَ, ut لَوْلَا زَيْدٌ لَزُرْتُكَ *si Zeidus non esset, ego te invisurus essem;* Sur. II, 252. لَوْلَا دَفْعُ ٱللّٰهِ ٱلنَّاسَ بَعْضَهُم بِبَعْضٍ لَفَسَدَتِ ٱلْأَرْضُ *si non coerceret Deus homines alios eorum per alios, sane corrumperetur terra.* Nonnumquam apodosis affirmativa, si e contextu facile subaudiri potest, non exprimitur; ut Sur. XXIV, 10. لَوْلَا فَضْلُ ٱللّٰهِ عَلَيْهِمْ وَرَحْمَتُهُ وَإِنَّ ٱللّٰهَ تَوَّابٌ حَكِيمٌ *si non benignitas Dei super iis esset, et misericordia eius,* sane statim puniret periuros; *sed profecto Deus est propitius et misericors.*

2. Etsi لَوْلَا, ut supra (1.) dictum est, in Subiectum sententiae vim non obtineat; tamen, si Subiectum sit Pronomen, adscissit Affixa, Casus obliquos alias referentia (L. III. §. CCCLXXXVI.), ut in hac phrasi: لَوْلَاهُ لَمْ تَخْرُجِ ٱلدُّنْيَا مِنَ ٱلْعَدَمِ *si non fuisset ille, non prodiisset mundus ex nihilo.* Sed adhibentur quoque Pronomina separata, ut in hoc loco Sur. XXXIV, 30. لَوْلَا أَنْتُمْ لَكُنَّا مُؤْمِنِينَ *si non vos essetis, sane nos essemus credentes.*

# CAPVT SEXTVM.

## DE INVERSIONE VERBORVM.

CXCVII. In sententiis verbalibus, id est, iis, in quibus Praedicatum exprimitur Verbo, ordo servari hic solet, ut primo ponatur Verbum, sequatur Subiectum, et huic subiiciatur Obiectum, quod regitur a Verbo, sive sine Praepositione, ut قَتَلَ زَيْدٌ عَمْرًا *occidit Zeidus Amrum*, sive intercedente Praepositione, ut مَرَّ عَمْرٌو بِزَيْدٍ *praeteriit Amru Zeidum.* Potest tamen Obiectum, quod a Verbo regitur, huic praemitti, ut in hac phrasi Sur. VII, 28. al. 31. فَرِيقًا هَدَى وَفَرِيقًا حَقَّ عَلَيْهِمُ ٱلضَّلَالَةُ *alios in via recta ducit, et alios errori adiudicat.*

CXCVIII. Nonnumquam Obiectum, tanquam Nominativus absolutus (§. I. huius Libri) initio sententiae ponitur, et post Verbum per Pronomen affixum repetitur hoc modo: عَمْرٌو قَتَلَهُ زَيْدٌ *Amrum* quod attinet, *occidit eum Zeidus.* Quod locum habet, quando initio sententiae ponitur وَإِذَا *ecce*, ut وَإِذَا زَيْدٌ يَضْرِبُهُ عَمْرٌو *ecce! Zeidum* quod attinet *percutit eum Amru*, vel quando inter Obiectum praemissum et Verbum inseritur هَلْ *num?* مَا *non*, لَ *certe, profecto*, إِنْ *si*, قَدْ *iam*, ut زَيْدٌ هَلْ رَأَيْتَهُ *num vidisti Zeidum?* وَأَبُو بَكْرٍ لَأُحِبُّهُ *profecto Abu-Becrum amo.*

CXCIX. Nomen Obiectum indicans, Verbo suo praemissum, est in *Accusativo* ponendum, et per Pronomen Verbo affixum repetendum (§. praeced.), si praecedat Coniunctio conditionalis, aut excitandi vel coniungendi Particula, ut in hisce exemplis vides: لَوْ زَيْدًا قَتَلَهُ عَمْرٌو لَأَحْسَنَ إِلَى ٱلنَّاسِ جَمِيعِهِمْ *si Zeidum occideret Amru, gratum faceret omnibus hominibus;* هَلَّا مُحَمَّدًا

سَمِعْتُ مِنْهُ مَا حَزَنَنِي *heus! Mohammedem quod attinet audivi de eo* aliquid *quod tristitia me afficit;* كُلَّمَا عَمْرًا مَرَرْتَ بِهِ فَسَلِّمْ عَلَيْهِ *quotiescunque Amrum praeterieris, salutem ei dic.*

CC. Quando nomen Obiectum indicans, Verbo suo praemissum, pendet ab Imperativo, vel Futuro apocopato aut paragogico, imperandi aut prohibendi vim obtinente, ponere licet vel in Nominativo, vel in Accusativo; praestat tamen, in Accusativo ponere. Exemplum hoc habe: اَللّٰهُمَّ عَبْدَكَ ارْحَمْهُ وَابْنَ عَبْدِكَ لَا تَجْعَلْهُ مِنَ الْكَافِرِينَ *O Deus! miserere servi tui, et filium servi tui ne sinas esse ex infidelibus.*

# GRAMMATICAE ARABICAE
# APPENDIX

SENTENTIAS

QVASDAM ET NARRATIONES ARABICAS

VNA CVM

GLOSSARIO ARABICO-LATINO

CONTINENS.

## آلأدب   شذرة العذب من كلام العرب

1 بِٱلْعَمَلِ يُحْصَلُ ٱلثَّوَابُ لَا بِٱلْكَسَلِ ٭

2 حُبُّ ٱلدُّنْيَا يُفْسِدُ ٱلْعَقْلَ وَيُصِمُّ ٱلْقَلْبَ عَنْ سَمَاعِ ٱلْحِكْمَةِ

3 ٱلْكَسَلُ وَكَثْرَةُ ٱلنَّوْمِ يُبْعِدَانِ مِنَ ٱللّٰهِ وَيُورِثَانِ ٱلْفَقْرَ ٭

4 قِلَّةُ ٱلْأَكْلِ يَمْنَعُ كَثِيرًا مِنْ أَعْلَالِ ٱلْجِسْمِ ٭

5 قَلْبُ ٱلْأَحْمَقِ فِي فِيهِ وَلِسَانُ ٱلْعَاقِلِ فِي قَلْبِهِ ٭

6 كُنْ قَنِعًا تَكُنْ غَنِيًّا كُنْ مُتَوَكِّلًا تَكُنْ قَوِيًّا ٭

7 لَيْسَ مِنْ عَادَةِ ٱلْكِرَامِ تَأْخِيرُ ٱلْأَنْعَامِ لَيْسَ مِنْ عَادَةِ ٱلْأَشْرَافِ تَعْجِيلُ ٱلِٱنْتِقَامِ ٭

++ [illegible] Plural von naaman, [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] inam ٱلْإِنْعَامِ Infinitiv von Conj[illegible]

# SELECTAE QVAEDAM ARABVM SENTENTIAE.

I.

Opere acquiritur praemium, non segnitie.

II.

Amor mundi ingenium corrumpit, et cor reddit surdum, ne audiat sapientiam.

III.

Pigritia et multitudo somni abducunt a Deo et adducunt paupertatem.

IV.

Parum comedere corporis morbos arcet multos.

V.

Cor stulti in eius ore, et lingua sapientis in corde eius est.

VI.

Esto contentus, eris dives; esto confidens, potens eris.

VII.

Differre beneficia non est generosi hominis; neque hominis eminentis est accelerare vindicta.

٨

لَا تَسْتَصْغِرْ عَدُوًّا وَإِنْ ضَعُفَ ۞

٩

مَنْ رَضِيَ عَنْ نَفْسِهِ كَثُرَ ٱلسَّاخِطُ عَلَيْهِ ۞

١٠

ٱلصَّدِيقُ ٱلصَّدُوقُ مَنْ نَصَحَكَ فِي غَيْبِكَ وَآثَرَكَ عَلَى نَفْسِهِ ۞

١١

إِيَّاكَ وَحُبَّ ٱلدُّنْيَا فَإِنَّهَا رَأْسُ كُلِّ خَطِيئَةٍ وَمَعْدِنُ كُلِّ بَلِيَّةٍ ۞

١٢

ٱلْحَسَدُ دَاءٌ عَيَاءٌ لَا يَزُولُ إِلَّا بِهَلْكِ ٱلْحَاسِدِ أَوْ مَوْتِ ٱلْمَحْسُودِ ۞

١٣

ٱلْأَمَلُ كَٱلسَّرَابِ يَغُرُّ مَنْ رَآهُ وَيُخْلِفُ مَنْ رَجَاهُ ۞

١٤

ثَلَاثَةٌ يُمْتَحَنُ بِهِنَّ عَقْلُ ٱلرِّجَالِ ٱلْمَالُ وَٱلْوِلَايَةُ وَٱلْمُصِيبَةُ ۞

VIII.

Inimicum ne parvi aestimes, licet sit debilis.

IX.

Qui sibi placet, multos habet, qui indignantur ipsum.

X.

Amicus sincerus est qui te de vitiis tuis admonet, et te sibi praefert ipsi.

XI.

Cave tibi ab amore mundi, est enim peccati omnis fons, et cuiuslibet aerumnae fodina.

XII.

Invidia est morbus incurabilis; non cessat nisi cum exitio invidi, aut morte eius, cui invidetur.

XIII.

Spes est instar vaporis meridiani camporum, qui decipit intuentem, et fallit sperantem.

XIV.

Tria sunt, quibus virorum ingenium tentantur, divitiae, imperium et fortuna adversa.

١٥

جَالِسْ أَهْلَ ٱلْعِلْمِ وَٱلْحِكْمَةِ وَأَكْثِرْ مُنَافَثَتَهُمْ فَإِنَّكَ إِنْ
كُنْتَ جَاهِلًا عَلَّمُوكَ وَإِنْ كُنْتَ عَالِمًا ٱزْدَدْتَ عِلْمًا ۞

١٦

خَمْسٌ يُسْتَقْبَحُ فِي خَمْسٍ كَثْرَةُ ٱلْفُجُورِ فِي ٱلْعُلَمَآءِ
وَٱلْحِرْصُ فِي ٱلْحُكَمَآءِ وَٱلْبُخْلُ فِي ٱلْأَغْنِيَآءِ وَٱلْقُبْحَةُ
فِي ٱلنِّسَآءِ وَفِي ٱلْمَشَائِخِ ٱلزِّنَآءُ ۞

١٧

ذُو ٱلشَّرَفِ لَا تُبْطِرُهُ مَنْزِلَةٌ نَالَهَا وَإِنْ عَظُمَتْ كَٱلْجَبَلِ
ٱلَّذِي لَا تُزَعْزِعُهُ ٱلرِّيَاحُ وَٱلدَّنِيُّ تُبْطِرُهُ أَدْنَى مَنْزِلَةٍ
كَٱلْكَلَآءِ ٱلَّذِي يُحَرِّكُهُ مَرُّ ٱلنَّسِيمِ ۞

١٨

زِدْ فِي ٱصْطِنَاعِ ٱلْمَعْرُوفِ وَأَكْثِرْ مِنْ إِسْدَآءِ ٱلْإِحْسَانِ فَإِنَّهُ
أَبْقَى ذُخْرٍ وَأَجْمَلُ ذِكْرٍ ۞

١٩

سَلْ عَنِ ٱلرَّفِيقِ قَبْلَ ٱلطَّرِيقِ سَلْ عَنِ ٱلْجَارِ قَبْلَ
ٱلدَّارِ ۞

## XV.

Asside doctis et sapientibus, eorumque colloquia frequentato; etenim si fueris insipiens, te docebunt; et si fueris doctus, augeberis scientia.

## XVI.

Quinque improbantur in quinque; multitudo improbitatis in doctis; cupiditas in sapientibus; avaritia in divitibus; deformitas in mulieribus; et scortatio in senibus.

## XVII.

Nobilem non facit insolentem dignitatis gradus, quem obtinet, etiamsi sit altus, adinstar montis, quem venti non concutiunt; vilem vero inferior gradus dignitatis insolentem facit, adinstar graminis, quam movet aura praeteriens.

## XVIII.

Abundans esto in praestandis beneficiis, et multiplica largissime beneficientiam; est enim thesaurus certissimus, et recordatio iucundissima.

## XIX.

Interroga de socio, priusquam viam (cum eo) ingrediaris; et de vicino, priusquam domum conducas.

٢٠

شَرُّ ٱلنَّوَالِ مَا تَقَدَّمَهُ ٱلْمَطْلُ وَتَعَقَّبَهُ ٱلْمَنُّ ۞

٢١

شَرُّ ٱلنَّاسِ مَنْ يُعِينُ عَلَى ٱلْمَظْلُومِ وَيَنْصُرُ ٱلظَّلُومَ ۞

٢٢

شَيْئَانِ لَا يُعْرَفُ فَضْلُهُمَا إِلَّا مَنْ فَقَدَهُمَا ٱلشَّبَابُ
وَٱلْعَافِيَةُ ۞

٢٣

صُنْ إِيمَانَكَ مِنَ ٱلشَّكِّ فَإِنَّ ٱلشَّكَّ يُفْسِدُ ٱلْإِيمَانَ
كَمَا يُفْسِدُ ٱلْمِلْحُ ٱلْعَسَلَ ۞

٢٤

طُوبَى لِمَنْ كَظَمَ غَيْظَهُ وَلَمْ يُطْلِقْهُ وَعَصَى إِمْرَةَ نَفْسِهِ
وَلَمْ تُهْلِكْهُ ۞

٢٥

لَا تَحْمِلْ عَلَى يَوْمِكَ هَمَّ سَنَتِكَ كَفَاكَ كُلُّ يَوْمٍ مَا
قُدِّرَ لَكَ فِيهِ فَإِنْ تَكُنِ ٱلسَّنَةُ مِنْ عُمْرِكَ فَإِنَّ ٱللَّهَ
سُبْحَانَهُ سَيَأْتِيكَ فِي كُلِّ غَدٍ جَدِيدٍ بِمَا قُسِمَ لَكَ
فَإِنْ لَمْ تَكُنْ مِنْ عُمْرِكَ فَمَا هَمُّكَ بِمَا لَيْسَ لَكَ ۞

XX.

Pessimum donum, quod praecedit procrastinatio, et sequitur exprobratio.

XXI.

Pessimus hominum, qui auxilium praestat contra oppressum, et iuvat opprimentem.

XXII.

Duae sunt res, quarum praestantia non cognoscitur, nisi quum desiderantur, iuventus et sanitas.

XXIII.

Custodi fidem tuam a dubitatione; nam dubitatio corrumpit fidem, sicuti sal corrumpit mel.

XXIV.

Beatus ille, qui iram suam reprimit, neque habenas ei committit, et qui imperio appetitus sui se opponit, nec ab ea perditur.

XXV.

Ne imponas diei tuo sollicitudinem anni totius; quolibet die sufficiat tibi, quod in eo tibi decretum est; si enim annus ille sit ex vita tua (i. e. si totum illum annum sis victurus), utique Deus O. M. quolibet crastino die recenti id tibi dabit, quod tibi destinatum est; sin vero annus iste non sit e vita tua, ecquid sollicitudo tua tunc erit de eo, quod tibi non est?

٢٦

قَالَ أَمِيرُ ٱلْمُؤْمِنِينَ عَلِيُّ بْنُ أَبِي طَالِبٍ كَرَّمَ ٱللّٰهُ وَجْهَهُ
مَنْ عَرَفَ بِٱلْحِكْمَةِ لَاحَظَتْهُ ٱلْعُيُونُ بِٱلْوَقَارِ ۞

٢٧

قَالَ بَعْضُ ٱلْحُكَمَاءِ تَحْتَاجُ ٱلْقُلُوبُ إِلَى أَقْوَاتِهَا مِنَ
ٱلْحِكْمَةِ كَمَا تَحْتَاجُ ٱلْأَجْسَامُ إِلَى أَقْوَاتِهَا مِنَ ٱلطَّعَامِ ۞

٢٨

قَالَ أَفْلَاطُونُ ٱلْحَكِيمُ لَا تَطْلُبْ سُرْعَةَ ٱلْعَمَلِ وَٱطْلُبْ
تَجْوِيدَهُ فَإِنَّ ٱلنَّاسَ لَا يَسْأَلُونَ فِي كَمْ فَرَغَ وَإِنَّمَا
يَنْظُرُونَ إِلَى إِتْقَانِهِ وَجُودَةِ صَنْعَتِهِ ۞

٢٩

قَالَ أَفْلَاطُونُ أَيْضًا حُبُّكَ لِلشَّيْءِ سِتْرٌ بَيْنَكَ وَبَيْنَ
مَسَاوِيهِ وَبُغْضُكَ لَهُ سِتْرٌ بَيْنَكَ وَبَيْنَ مَحَاسِنِهِ ۞

٣٠

مَنْ مَدَحَكَ بِمَا لَيْسَ فِيكَ مِنَ ٱلْجَمِيلِ وَهُوَ رَاضٍ
عَنْكَ ذَمَّكَ بِمَا لَيْسَ فِيكَ مِنَ ٱلْقَبِيحِ وَهُوَ سَاخِطٌ
عَلَيْكَ ۞

## XXVI.

Dixit Princeps fidelium, Ali, Abi Talebi filius, quem Deus summo honore afficiat! Qui cognitus est sapientia, eum adspiciunt oculi cum reverentia.

## XXVII.

Sapiens quidam dixit: egent mentes ad corroborationem suam sapientia, quemadmodum corpora ad suam corroborationem cibo.

## XXVIII.

Dixit Plato sapiens: ne hoc studeas, ut opus aliquod celeriter perficias; sed, ut illud bene egregieque perficias, stude; siquidem homines non interrogabunt, quanto tempore sit absolutum; sed, num recte, diligenter et bene sit concinnatum, considerabunt.

## XXIX.

Platonis et hoc: amor, qui te tenet rei alicuius, velum est te inter et vitia illius; uti, quo es imbutus, odium eius, velum est te inter et virtutes illius.

## XXX.

Qui te laudat ob egregium quid, quod in te non est, idem et sibi in eo placebit, ut te insimulet vitii, quod in te non est, et est malo in te animo affectus.

٣١

أَضْعَفُ ٱلنَّاسِ مَنْ ضَعُفَ عَنْ كِتْمَانِ سِرِّهِ وَأَقْوَاهُمْ مَنْ قَوِيَ عَلَى غَضَبِهِ وَأَصْبَرُهُمْ مَنْ سَتَرَ فَاقَتَهُ وَأَغْنَاهُمْ مَنْ قَنِعَ بِمَا تَيَسَّرَ لَهُ ۞

٣٢

مَثَلُ ٱلَّذِي يُعَلِّمُ ٱلنَّاسَ ٱلْخَيْرَ وَلَا يَعْمَلُ بِهِ كَمَثَلِ أَعْمَى بِيَدِهِ سِرَاجٌ يَسْتَضِيءُ بِهِ غَيْرُهُ وَهُوَ لَا يَرَاهُ ۞

٣٣

فِي كِتَابِ كَلِيلَةَ وَدِمْنَةَ إِذَا أَحْدَثَ لَكَ ٱلْعَدُوُّ صَدَاقَةً لِعِلَّةٍ أَلْجَأَتْهُ إِلَيْكَ فَمَعَ ذَهَابِ ٱلْعِلَّةِ رُجُوعُ ٱلْعَدَاوَةِ كَٱلْمَاءِ تُسْخِنُهُ فَإِذَا أَمْسَكْتَ نَارًا عَنْهُ عَادَ إِلَى أَصْلِهِ بَارِدًا وَٱلشَّجَرَةُ ٱلْمُرَّةُ لَوْ طَلَيْتَهَا بِٱلْعَسَلِ لَمْ تُثْمِرْ إِلَّا مُرًّا ۞

٣٤

مَثَلُ ٱلْأَغْنِيَاءِ ٱلْبُخَلَاءِ كَمَثَلِ ٱلْبِغَالِ وَٱلْحَمِيرِ تَحْمِلُ ٱلذَّهَبَ وَٱلْفِضَّةَ وَتَعْتَلِفُ بِٱلتِّبْنِ وَٱلشَّعِيرِ ۞

## XXXI.

Hominum infirmissimus est, qui secretum suum celare non valet; fortissimus, qui irae suae imperat; patientissimus, qui egestatem suam velat; ditissimus, qui contentus est eo, quod sorte ipsi obtigit.

## XXXII.

Qui alios quid bonum et rectum sit docet, non vero ipse recte agit, is similis est caeco, in cuius manu lucerna, qua lucem alii praebet, quam autem ipse non videt.

## XXXIII.

E libro Calila va Dimna: Inimicus, causa aliqua ad te compulsus, si amicitiam erga te prae se ferat, iterum, cessante causa, hostis tibi erit; quemadmodum aqua calefacta, igne remoto, naturale suum frigus recipit, et sicut arbor amara, etiamsi melle eam oblinas, tamen nonnisi amaros fructus proferat.

## XXXIV.

Divites avari similes sunt mulis et asinis, qui aurum et argentum portant, ipsi vero palea et hordeo vescuntur.

٣٥

قِيلَ لِلأَحْنَفِ بْنِ قَيْسٍ مَا أَحْلَمَكَ قَالَ لَسْتُ بِحَلِيمٍ
وَلٰكِنِّي أَتَحَالَمُ وَٱللّٰهِ إِنِّي لَأَسْمَعُ ٱلْكَلِمَةَ فَأَحُمُّ لَهَا
ثَلَاثًا مَا يَمْنَعُنِي مِنَ ٱلْجَوَابِ عَنْهَا إِلَّا خَوْفُ مِنْ أَنْ
أَسْمَعَ شَرًّا مِنْهَا ۞

٣٦

قِيلَ لِبَعْضِهِمْ مَتَى يُحْمَدُ ٱلْكَذِبُ قَالَ إِذَا جَمَعَ بَيْنَ
مُتَقَاطِعِينَ قِيلَ فَمَتَى يُذَمُّ ٱلصِّدْقُ قَالَ إِذَا كَانَ غِيبَةً
فَمَتَى يَكُونُ ٱلصَّمْتُ خَيْرًا مِنَ ٱلنُّطْقِ قَالَ عِنْدَ ٱلْمِرَاءِ ۞

٣٧

قَالَ عَامِرُ بْنُ عَبْدِ ٱلْقَيْسِ إِذَا خَرَجَتِ ٱلْكَلِمَةُ مِنَ
ٱلْقَلْبِ دَخَلَتْ فِي ٱلْقَلْبِ وَإِذَا خَرَجَتْ مِنَ ٱللِّسَانِ
لَمْ تَتَجَاوَزِ ٱلْآذَانَ ۞

٣٨

قَالَ حَكِيمٌ لِآخَرَ يَا أَخِي كَيْفَ أَصْبَحْتَ قَالَ أَصْبَحْتُ
وَبِنَا مِنْ نِعَمِ ٱللّٰهِ مَا لَا نُحْصِيهِ مَعَ كَثِيرِ مَا نَعْصِيهِ فَمَا
نَدْرِي أَيَّهُمَا نَشْكُرُ جَمِيلًا مَا يَنْشُرُ أَوْ قَبِيحًا مَا يَسْتُرُ ۞

## XXXV.

Ahhnafus, Kaisi fil., alicui, mansuetudinem eius laudanti, respondit: per Deum! minime sum mansuetus, sed talis videor; nam cum dictum aliquod audio, propter quod per triduum succenseo, ne quid regeram, nil nisi metus me prohibet, ne peius quid audiam.

## XXXVI.

Interrogatus quidam: quando laudatur mendacium? respondit: cum iungit qui alienati fuerant. Quando vituperatur veritas? Cum de absente minus laudanda prodit. Et quando silentium praestat loquendo? In altercatione.

## XXXVII.

Dictum Ameri, Abdôl-Caisi fil.: sermo qui e pectore prodit, pectus ingreditur; sed qui e lingua (tantum) prodit, non excedit aures (i. e. auribus quidem percipitur, sed in animum non penetrat).

## XXXVIII.

Sapiens quidam, interrogatus ab alio (sapiente), quomodo se haberet? optime, respondit, siquidem Deus T. O. M., licet parum ei obtemperemus, tamen tam inumerabilia in nos confert beneficia, ut nesciamus, utrum propter bona, quae diffundit, an vero, quod tot mala a nobis arcet, plus ei gratiarum agamus?

٣٩

قَالَ بَعْضُ ٱلْحُكَمَاءِ لَا يَنْبَغِى لِلْفَاضِلِ أَنْ يُخَاطِبَ
ذَوِى ٱلنَّقْصِ كَمَا لَا يَنْبَغِى لِلصَّاحِى أَنْ يُكَلِّمَ
ٱلسُّكَارَى ۞

٤٠

قَالَ ٱبْنُ ٱلْمُعْتَزِّ أَهْلُ ٱلدُّنْيَا كَرُكَّابِ سَفِينَةٍ يُسَارُ بِهِمْ
وَهُمْ نِيَامٌ ۞

٤١

قَالَ ٱلْمَسِيحُ بْنُ مَرْيَمَ عَلَيْهِ ٱلسَّلَامُ عَالَجْتُ ٱلْأَكْمَهَ
وَٱلْأَبْرَصَ فَأَبْرَأْتُهُمَا وَأَعْيَانِى عِلَاجُ ٱلْأَحْمَقِ ۞

٤٢

قَالَ ٱبْنُ ٱلْمُقَفَّعِ إِذَا حَاجَجْتَ فَلَا تَغْضَبْ فَإِنَّ ٱلْغَضَبَ
يَقْطَعُ عَنْكَ ٱلْحُجَّةَ وَيُظْهِرُ عَلَيْكَ ٱلْخَصْمَ ۞

٤٣

وُجِدَ عَلَى صَنَمٍ مَكْتُوبٌ حَرَامٌ عَلَى ٱلنَّفْسِ ٱلْخَبِيثَةِ أَنْ
تَخْرُجَ مِنْ هَذِهِ ٱلدُّنْيَا حَتَّى تُسِيءَ إِلَى مَنْ أَحْسَنَ
إِلَيْهَا ۞

## XXXIX.

Quam parum homini sobrio cum ebriis, tam parum viro praestanti decet cum homine nequam confabulari.

## XL.

Dictum Ebn-ol-Mutaassi: homines mundani sunt instar illorum, qui navi vehuntur, et quibuscum iter conficitur dum dormiunt.

## XLI.

Dictum Messiae, Mariae filii: curavi coecos et leprosos, eosque sanavi; sed medendis stultis impar fui.

## XLII.

Dictum Ebn-ol-Mocaffae: in litigando ne irae indulgeas; nam ira adimit tibi argumenta pro causa tua, et adversarium te superiorem reddit.

## XLIII.

Statuae cuidam hoc insculptum reperiebatur: animae scelestae non est concessum hoc mundo egredi, priusquam illi, qui bene de ipsa meritus esset, mala rependerit.

٤٤

قَالَ أَبُو مُسْلِمٍ ٱلْخُرَاسَانِيُّ خَاطَرَ مَنْ رَكِبَ ٱلْبَحْرَ
وَأَشَدُّ مِنْهُ مُخَاطَرَةً مَنْ دَاخَلَ ٱلْمُلُوكَ ۞

٤٥

قَالَ أَمِيرُ ٱلْمُؤْمِنِينَ عَلِيٌّ كَرَّمَ ٱللّٰهُ وَجْهَهُ ٱلْأَدَبُ
حُلِيٌّ فِي ٱلْغِنَى كَنْزٌ عِنْدَ ٱلْحَاجَةِ عَوْنٌ عَلَى
ٱلْمُرُوَّةِ صَاحِبٌ فِي ٱلْمَجْلِسِ مُؤْنِسٌ فِي ٱلْوَحْدَةِ
تُعْمَرُ بِهِ ٱلْقُلُوبُ ٱلْوَاهِيَةُ وَتَحْيَا بِهِ ٱلْأَلْبَابُ ٱلْمَيِّتَةُ
وَتَنْفُذُ بِهِ ٱلْأَبْصَارُ ٱلْكَلِيلَةُ وَيُدْرِكُ بِهِ ٱلطَّالِبُونَ
مَا حَاوَلُونَ ۞

٤٦

قَالَ لُقْمَانُ لِٱبْنِهِ يَا بُنَيَّ لِتَكُنْ أَوَّلُ شَيْءٍ تَكْسِبُهُ
بَعْدَ ٱلْإِيمَانِ خَلِيلًا صَالِحًا فَإِنَّمَا مَثَلُ ٱلْخَلِيلِ
ٱلصَّالِحِ كَمَثَلِ ٱلنَّخْلَةِ إِنْ قَعَدْتَ فِي ظِلِّهَا أَظَلَّكَ
وَإِنِ ٱحْتَطَبْتَ مِنْ حَطَبِهَا نَفَعَكَ وَإِنْ أَكَلْتَ مِنْ
ثَمَرِهَا وَجَدْتَهُ طَيِّبًا ۞

XLIV.

Dixit Abu-Moslim, Chorasanus: periculo se exponit, qui mari vehitur, sed multo maiori periculo sese exponit, qui regibus se miscet.

XLV.

Dixit Imperator fidelium, Ali, quem Deus summo honore afficiat! Literae sunt ornamentum in opulentia, thesaurus in necessitate, auxilium adversus vim, sodalis in consessu, familiaris oblectans in solitudine, illis mentes aegrae sanantur, et corda demortua vivificantur; visus hebes illis fit acutus, et sapientiae studiosi per illas quod quaerunt assequuntur.

XLVI.

Dixit Locmanus filio suo: primum, quod tibi post veram religionem est acquirendum, est probus amicus; talis enim est sicut palma, cuius sub umbra si sedes, ea te operit; si ex ea ligna colligis, utilitatem tibi praestat; et cum de eius fructibus comedis, eos suaves invenis.

٤٧

قَالَ رَسُولُ ٱللَّهِ صَلَّى ٱللَّهُ عَلَيْهِ وَسَلَّمَ ثَلَاثٌ مُهْلِكَاتٌ وَثَلَاثٌ مُنْجِيَاتٌ فَأَمَّا ٱلْمُهْلِكَاتُ فَشُحٌّ مُطَاعٌ وَهَوًى مُتَّبَعٌ وَإِعْجَابُ ٱلْمَرْءِ بِنَفْسِهِ وَأَمَّا ٱلْمُنْجِيَاتُ فَخَشْيَةُ ٱللَّهِ فِي ٱلسِّرِّ وَٱلْعَلَانِيَةِ وَٱلْقَصْدُ فِي ٱلْغِنَى وَٱلْفَقْرِ وَٱلْعَدْلُ فِي ٱلرِّضَا وَٱلْغَضَبِ ۞

٤٨

إِجْتَمَعَ حُكَمَاءُ ٱلْعَرَبِ وَٱلْعَجَمِ عَلَى أَرْبَعِ كَلِمَاتٍ وَهِيَ لَا تُحَمِّلْ نَفْسَكَ مَا لَا تُطِيقُ وَلَا تَعْمَلْ عَمَلًا لَا يَنْفَعُكَ وَلَا تَغْتَرَّ بِٱمْرَأَةٍ وَإِنْ عَفَّتْ وَلَا تَثِقْ بِمَالٍ وَإِنْ كَثُرَ ۞

٤٩

قَالَ بَعْضُ ٱلْحُكَمَاءِ لَا يَنْبَغِي لِلْعَاقِلِ أَنْ تَسْكُنَ بَلَدًا لَيْسَ فِيهِ خَمْسَةُ أَشْيَاءٍ سُلْطَانٌ حَازِمٌ وَقَاضٍ عَادِلٌ وَطَبِيبٌ عَالِمٌ وَنَهْرٌ جَارٍ وَسُوقٌ قَائِمٌ ۞

## XLVII.

Dixit legatus Dei, cui propitium sit Numen! Tria sunt, quae perdunt, et totidem quae servant (hominem). Et illa quidem quod attinet, quae perdunt, sunt haec: avaritia, cui indulges, cupiditas, quam sequeris, et admiratio tui ipsius. Quae vero servant, sunt: timor Dei clam et palam; rectitudo in opulentia et egestate; et aequitas in gratia et ira.

## XLVIII.

Sapientes Arabum et Barbarorum in quatuor his effatis conveniunt: ne in te suscipias quid, cui es impar; ne agas quid, quod tibi non prosit; ne decipere te sinas femina, etiamsi verecunda sit; nec fiduciam ponas in opibus etiamsi multae sint.

## XLIX.

Non decet prudenti habitare provinciam, in qua non reperiantur haec quinque: princeps strenuus, iudex iustus, medicus gnarus, aqua fluens, et stabile forum.

٥٠

قَالَ رَسُولُ ٱللَّهِ صَلَّى ٱللَّهُ عَلَيْهِ وَسَلَّمَ خَمْسٌ مَنْ كُنَّ فِيهِ كُنَّ عَلَيْهِ قِيلَ وَمَا هُنَّ يَا رَسُولَ ٱللَّهِ قَالَ ٱلنَّكْثُ وَٱلْمَكْرُ وَٱلْبَغْيُ وَٱلْخِدَاعُ وَٱلظُّلْمُ فَأَمَّا ٱلنَّكْثُ فَقَالَ ٱللَّهُ تَعَالَى فَمَنْ نَكَثَ فَإِنَّمَا يَنْكُثُ عَلَى نَفْسِهِ وَأَمَّا ٱلْمَكْرُ فَقَالَ ٱللَّهُ تَعَالَى وَلَا يَحِيقُ ٱلْمَكْرُ ٱلسَّيِّئُ إِلَّا بِأَهْلِهِ وَأَمَّا ٱلْبَغْيُ فَقَالَ ٱللَّهُ تَعَالَى يَا أَيُّهَا ٱلنَّاسُ إِنَّمَا بَغْيُكُمْ عَلَى أَنْفُسِكُمْ وَأَمَّا ٱلْخِدَاعُ فَقَالَ ٱللَّهُ تَعَالَى يُخَادِعُونَ ٱللَّهَ وَٱلَّذِينَ آمَنُوا وَمَا يُخَادِعُونَ إِلَّا أَنْفُسَهُمْ وَأَمَّا ٱلظُّلْمُ فَقَالَ ٱللَّهُ تَعَالَى وَمَا ظَلَمُونَا وَلَكِنْ كَانُوا أَنْفُسَهُمْ يَظْلِمُونَ وَقَالَ عَلَيْهِ ٱلسَّلَامُ خَمْسَةٌ مِنْ خَمْسَةٍ مُحَالٌ ٱلْحُرْمَةُ مِنَ ٱلْفَاسِقِ مُحَالٌ وَٱلْكِبْرُ مِنَ ٱلْفَقِيرِ مُحَالٌ وَٱلنَّصِيحَةُ مِنَ ٱلْعَدُوِّ مُحَالٌ وَٱلْمَحَبَّةُ مِنَ ٱلْحَسُودِ مُحَالٌ وَٱلْوَفَاءُ مِنَ ٱلنِّسَاءِ مُحَالٌ وَقَالَ عَلَيْهِ ٱلسَّلَامُ

## L.

Dixit apostolus Dei, cui propitium sit numen! Quinque sunt, quae illi ipsi, cui insunt, fiunt exitiosa. Rogatus, quaenam illa sint? respondit: perfidia, dolus, insolentia, fallacia, et violentia. Atque perfidiam quidem quod attinet, dicit Deus T. O. M. (in Corano Sur. XLVIII, 10.): *qui perfidus est, ille profecto in se ipsum est perfidus.* Dolum quod attinet, dicit Deus T. O. M. (Sur. XXXV, 41. al. 43.): *dolus malus non nisi artifices eius circumcingit.* Insolentiam quod attinet, dicit Deus T. O. M. (Sur. X, 24.): *O homines! profecto insolentia vestra est adversus vos ipsos.* Fallaciam quod attinet, dicit Deus T. O. M. (Sur. II, 9.): *decipere student Deum eosque qui credunt, sed neminem nisi se ipsos decipiunt.* Violentiam quod attinet, dicit Deus T. O. M. (Sur. II, 54. al. 57.): *non erant in nos violenti, sed in se ipsos.* Porro dixit ille, cui sit salus! Quinque a quinque exspectari plane nequeunt: dignitas a flagitioso; magnificentia a paupere; fidum mo-

اِغْتَنِمْ خَمْسًا قَبْلَ خَمْسٍ شَبَابَكَ قَبْلَ هَرَمِكَ وَصِحَّتَكَ قَبْلَ سَقَمِكَ وَغِنَاكَ قَبْلَ فَقْرِكَ وَفَرَاغَكَ قَبْلَ شُغْلِكَ وَحَيٰوتَكَ قَبْلَ مَوْتِكَ ۞

nitum ab hoste; amicitia ab invido; fides a feminis. Hoc quoque dixit apostolus Dei: Quinque ante quinque capta pro praeda: iuventutem ante senectam; sanitatem ante aegritudinem; divitias ante paupertatem; otium ante occupationes; et vitam ante mortem.

25/1 43.

# حِكَايَاتٌ.

١.

عَنْ بَعْضِ ٱلْأُدَبَاءِ قَالَ حَضَرَ رَسُولُ ٱلْمَلِكِ ٱلرُّومِ عِنْدَ ٱلْمُتَوَكِّلِ فَٱجْتَمَعْتُ بِهِ فَقَالَ لَمَّا أُحْضِرَ ٱلشَّرَابُ مَا لَكُمْ مَعَاشِرَ ٱلْمُسْلِمِينَ قَدْ حُرِّمَ عَلَيْكُمْ فِي كِتَابِكُمْ ٱلْخَمْرُ وَلَحْمُ ٱلْخِنْزِيرِ فَعَمِلْتُمْ بِأَحَدِهِمَا دُونَ ٱلْآخَرِ فَقُلْتُ لَهُ أَمَّا أَنَا فَلَا أَشْرَبُ ٱلْخَمْرَ فَسَلْ مَنْ يَشْرَبُهَا فَقَالَ إِنْ شِئْتَ أَخْبَرْتُكَ قُلْتُ لَهُ قُلْ فَقَالَ لَمَّا حُرِّمَ عَلَيْكُمْ لَحْمُ ٱلْخِنْزِيرِ وَجَدْتُمْ بَدَلَهُ مَا هُوَ خَيْرٌ مِنْهُ لُحُومُ ٱلطُّيُورِ وَأَمَّا ٱلْخَمْرُ فَلَمْ تَجِدُوا مَا يُقَارِبُهُ فَلَمْ تَنْتَهُوا عَنْهُ قَالَ فَخَجِلْتُ مِنْهُ وَلَمْ أَدْرِ مَا أَقُولُ لَهُ ۞

# NARRATIONES.

## I.

Quidam literatorum narravit, quum aliquando in aula Motavacceli cum legato imperatoris Graecorum convenisset, et forte potus allatus esset, legatum interrogasse ipsum: quid vobis, vos Muslemi, quod quum in codice vestro interdictum vobis sit vino et carne suilla, horum interdictorum alteri priori morem geratis, alterum negligatis? Respondisse, se quidem vinum non bibere, interrogandum esse, qui vinum biberet. Tum legatum dixisse: si audire velis, tibi dicam. Dic, inquam. Tum legatus: carnis suillae loco invenistis quid ea melius, carnes volucrium; vino vero quid simile sit, non invenistis, hinc eo non abstinetis. Ego vero, addidit narrator, pudore suffusus nesciusque quid responderem, silui.

٢.

قِيلَ إِنَّ بَعْضَ ٱلْبُخَلَاءِ ٱسْتَأْذَنَ عَلَيْهِ ضَيْفٌ وَبَيْنَ
يَدَيْهِ خُبْزٌ وَقَدَحٌ فِيهِ عَسَلٌ فَرَفَعَ ٱلْخُبْزَ وَأَرَادَ أَنْ يَرْفَعَ
ٱلْعَسَلَ وَظَنَّ ٱلْبَخِيلُ أَنَّ ضَيْفَهُ لَا يَأْكُلُ ٱلْعَسَلَ بِلَا
خُبْزٍ فَقَالَ تَرَى أَنْ تَأْكُلَ عَسَلًا بِلَا خُبْزٍ قَالَ نَعَمْ
وَجَعَلَ يَلْعَقُ لَعْقَةً بَعْدَ لَعْقَةٍ فَقَالَ لَهُ ٱلْبَخِيلُ وَٱللّٰهِ يَا
أَخِي إِنَّهُ يُحْرِقُ ٱلْقَلْبَ فَقَالَ صَدَقْتَ وَلٰكِنْ قَلْبَكَ ۞

٣.

قِيلَ إِنَّ أَنُوشِرْوَانَ وَضَعَ ٱلْمَوَائِدَ لِلنَّاسِ فِي ٱلْيَوْمِ
نَيْرُوزْ وَجَلَسَ وَدَخَلَ وُجُوهُ مَمْلَكَتِهِ ٱلْإِيوَانَ فَلَمَّا
فَرَغُوا مِنَ ٱلطَّعَامِ جَاءُوا بِٱلشَّرَابِ وَأُحْضِرَتِ ٱلْفَوَاكِهُ
وَٱلْمَشْمُومُ فِي آنِيَةٍ مِنَ ٱلذَّهَبِ وَٱلْفِضَّةِ فَلَمَّا رُفِعَتْ
آلَةُ ٱلْمَجْلِسِ أَخَذَ بَعْضُ مَنْ حَضَرَ جَامَ ذَهَبٍ وَزْنُهُ
أَلْفُ مِثْقَالٍ فَخَبَّأَهُ تَحْتَ ثِيَابِهِ وَأَنُوشِرْوَانُ يَرَاهُ

## II.

Avarum quendam, qui panem et scyphum mellis coram se appositum haberet, aliquis petiit, liceret sibi, ut hospes ipsi adsideat. Ille autem panem abstulit; animus quidem ipsi erat, mel auferre, sed putabat, hospitem melle sine pane non vesciturum. Tum dixit illi: placeat tibi mel sine pane comedere. Bene! inquit hospes, et statim coepit mel avide lingere. At per Deum! mi frater, inquit avarus, profecto illud comprimit cor. Vere dicis, respondit hospes, sed cor tuum.

## III.

Die festo quodam incipientis anni Nuschirvan publicum convivium dabat, in quo regni proceres palatium ingressi assidebant. Coena finita potus, fructus, et condimenta in aureis argenteisque vasibus apponebantur. Ea autem dum removebantur surripuit eorum, qui adessent, quidam scyphum aureum mille drachmarum pondere, eumque sub veste abdidit, observante Nuschirvano. Illum quum pincerna desideraret, alta voce dixit: nemo, nisi exploratus antea, egrediatur! Quaerenti regi causam, pincerna rem narrat. Tum

فَلَمَّا فَقَدَهُ ٱلسَّاقِى قَالَ بِصَوْتٍ عَالٍ لَا يَخْرُجَنَّ أَحَدٌ حَتَّى يُفَتَّشَ فَقَالَ كِسْرَى وَلِمَ فَأَخْبَرَهُ بِٱلْقِصَّةِ فَقَالَ قَدْ أَخَذَهُ مَنْ لَا يَرُدُّهُ وَرَآهُ مَنْ لَا يَنُمُّ عَلَيْهِ فَلَا يُفَتَّشْ أَحَدٌ فَأَخَذَهُ ٱلرَّجُلُ وَمَضَى فَكَسَرَهُ وَصَاغَ مِنْهُ مِنْطَقَةً وَحِلْيَةً لِسَيْفِهِ وَجَدَّدَ لَهُ كِسْوَةً فَاخِرَةً فَلَمَّا كَانَ فِى مِثْلِ جُلُوسِ ٱلْمَلِكِ دَخَلَ ذَلِكَ ٱلرَّجُلُ بِتِلْكَ ٱلْحِلْيَةِ فَدَعَاهُ كِسْرَى وَقَالَ لَهُ هٰذَا مِنْ ذَاكَ فَقَبَّلَ ٱلْأَرْضَ وَقَالَ نَعَمْ أَصْلَحَكَ ٱللّٰهُ تَعَالَى ۞

٤٠

قِيلَ إِنَّ قَيْصَرَ مَلِكَ ٱلشَّامِ وَٱلرُّومِ أَرْسَلَ رَسُولًا إِلَى مَلِكِ فَارِسَ كِسْرَى أَنُوشِرْوَانَ صَاحِبِ ٱلْإِيوَانِ فَلَمَّا وَصَلَ وَرَأَى عَظَمَةَ ٱلْإِيوَانِ وَعَظَمَةَ مَجْلِسِ كِسْرَى عَلَى كُرْسِيِّهِ وَٱلْمُلُوكِ فِى خِدْمَتِهِ مَيَّزَ ٱلْإِيوَانَ فَرَأَى فِى بَعْضِ جَوَانِبِهِ إِعْوِجَاجًا

rex: qui scyphum surripuit, eum non reddet, et qui observavit, furem non prodet; nemo exploretur! Exiit igitur ille, qui scyphum subduxerat, eumque confregit, atque quam pro illo accepit pecuniam impendit zonae ensique suo ornando, atque pretioso vestimento. Quo ornatu quum post aliquod tempus idem vir in simili regio convivio compareret; rex eum ad se vocavit, eique dixit: hic (ornatus) est ex illo (scypho). Tum ad terram illi se prosternenti dixit: bene est; Deus te meliorem reddat!

## IV.

Caesar, rex Syriàe et imperii Romani Orientalis, mittebat quondam legatum ad regem Persiae, Cosroem Nuschirvanem, qui celeberrimum illud palatium aedificavit. Legatus postquam advenisset et magnificentiam palatii regiique consessus atque principum regi servientium conspexisset, singulas palatii partes attentius perlustravit. Vbi quum quandam

فَسَأَلَ ٱلتَّرْجُمَانَ عَنْ ذٰلِكَ فَقِيلَ لَهُ ذٰلِكَ بَيْتُ
لِعَجُوزٍ كَرِهَتْ بَيْعَهُ عِنْدَ عِمَارَةِ ٱلْإِيوَانِ فَلَمْ يَرَ
ٱلْمَلِكُ إِكْرَاهَهَا عَلَى ٱلْبَيْعِ فَأَبْقَى بَيْتَهَا فِى جَانِبِ
ٱلْإِيوَانِ فَذٰلِكَ مَا رَأَيْتَ وَسَأَلْتَ فَقَالَ ٱلرُّومِىُّ
وَحَقِّ دِينِهِ إِنَّ هٰذَا ٱلْإِعْوِجَاجَ أَحْسَنُ مِنَ
ٱلْإِسْتِقَامَةِ وَحَقِّ دِينِهِ إِنَّ هٰذَا ٱلَّذِى فَعَلَهُ مَلِكُ
ٱلزَّمَانِ لَمْ يُؤَرَّخْ فِيمَا مَضَى لِمَلِكٍ وَلَا يُؤَرَّخُ
فِيمَا بَقِىَ لِمَلِكٍ فَأَعْجَبَ كِسْرَى كَلَامُهُ فَأَنْعَمَ
عَلَيْهِ وَرَدَّهُ مَسْرُورًا مَحْبُورًا ❊

٥.

قِيلَ إِنَّ أَبَا دُلَامَةَ ٱلشَّاعِرَ كَانَ وَاقِفًا بَيْنَ يَدَىِ
ٱلسَّفَّاحِ فِى بَعْضِ ٱلْأَيَّامِ فَقَالَ لَهُ سَلْنِى حَاجَتَكَ
فَقَالَ لَهُ أَبُو دُلَامَةَ أُرِيدُ كَلْبَ صَيْدٍ فَقَالَ أَعْطُوهُ
إِيَّاهُ فَقَالَ وَأُرِيدُ دَابَّةً أَتَصَيَّدُ عَلَيْهَا قَالَ أَعْطُوهُ

palatii partem incurvatam animadverteret, rationem ex interprete sciscitatus, responsum tulit, hanc anus cuiusdam domum esse, quam illa quo tempore palatium exstructum esset, vendere recusaret, neque placuisse regi ut illa suam domum vendere cogeretur; inde illam quam animadverteret legatus, et de qua sciscitatus esset, curvitatem ortam esse. Quod quum audisset Romanus, per veritatem, inquit, religionis eius! haec curvitas pulchrior est rectitudine! Per veritatem, addidit, religionis eius, quod unicus hic aevi sui rex fecit, non commemoratur in annalibus de rege aliquo superiorum temporum, neque commemorabitur de rege aliquo futuri temporis. Quod legati dictum Cosroi mire placuit, dimisitque eum donis ornatum laetum hilaremque.

## V.

Abu-Dolāma, poeta, quum quodam die apud as-Saffahum (Chalifam) adesset, dixit ei Chalifa: roga me quod tibi opus. Rogavit Abu-Dolama canem venaticum. Quem quum ei dari iussisset Chalifa, ille, sed nunc, inquit, et iumentum mihi opto, quo vectus venari possim. Eo accepto puerum petiit,

إِيَّانَا قَالَ وَغُلَامًا يَقُودُ ٱلْكَلْبَ وَيَصِيدُ بِهِ قَالَ
أَعْطُوهُ غُلَامًا قَالَ وَجَارِيَةً تُصْلِحُ ٱلصَّيْدَ وَتُطْعِمُنَا
مِنْهُ قَالَ أَعْطُوهُ جَارِيَةً قَالَ هٰؤُلَآءِ يَا أَمِيرَ
ٱلْمُؤْمِنِينَ لَا بُدَّ لَهُمْ مِنْ دَارٍ يَسْكُنُونَهَا فَقَالَ
أَعْطُوهُ دَارًا تَجْمَعُهُمْ قَالَ وَإِنْ لَمْ تَكُنْ لَهُمْ ضَيْعَةٌ
فَمِنْ أَيْنَ يَعِيشُونَ قَالَ قَدْ أَقْطَعْتُكَ عَشْرَ ضِيَاعٍ
عَامِرَةٍ وَعَشْرَ ضِيَاعٍ غَامِرَةٍ قَالَ وَمَا ٱلْغَامِرَةُ يَا
أَمِيرَ ٱلْمُؤْمِنِينَ قَالَ مَا لَا نَبَاتَ فِيهَا قَالَ قَدْ
أَقْطَعْتُكَ يَا أَمِيرَ ٱلْمُؤْمِنِينَ مِائَةَ ضَيْعَةٍ غَامِرَةٍ مِنْ
فَيَافِي بَنِي أَسَدٍ فَضَحِكَ مِنْهُ وَقَالَ ٱجْعَلُوهَا
كُلَّهَا عَامِرَةً ۞

٦.

عَنِ ٱبْنِ ٱلْخَرِيفِ قَالَ حَدَّثَنِي وَالِدِي قَالَ أَعْطَيْتُ
أَحْمَدَ بْنَ ٱلسَّبِّ ٱلدَّلَّالَ ثَوْبًا وَقُلْتُ بِعْهُ لِي

qui canem duceret, et cum eo venatum iret. Et hunc ipsi tradi iussit princeps. Iam vero puellam sibi optavit poeta, quae feras in venatu captas ad cibum bene adparare calleret. Accepta et ea, domum nunc sibi necessariam esse ait, in qua omnes una habitare possint. Postquam et hanc ei dari Chalifa iussisset, dixit poeta: unde vero illis victus suppetet, nisi et agrum habeant? Respondit Chalifa: iam assignavi tibi decem agros cultos, totidemque incultos. Quales, interrogat, ille, incultos, o princeps fidelium? Tales, respondit hic, in quibus nulla planta. Ego vero, tum infit Abu-Dolama, tibi, o princeps, assignavi centum agros incultos in desertis Asaditarum. Ad quod arridens Chalifa ei cunctos illos cultos assignavit.

## VI.

Refert Ebn-ol-Charifi, patrem suum sibi haec narrasse: Tradidi Achmedo, Ebn-os-Sabba, proxenetae, vestem, quam mihi venderet, simulque vero

وَبَيَّنْ هَذَا ٱلْعَيْبَ ٱلَّذِى فِيهِ لِمَنْ يَشْتَرِيهِ وَأَرَيْتُهُ
خَرْقًا فِى ٱلثَّوْبِ فَمَضَى وَجَآءَ فِى آخِرِ ٱلنَّهَارِ فَدَفَعَ
إِلَىَّ ثَمَنَهُ وَقَالَ بِعْتُهُ عَلَى رَجُلٍ أَعْجَمِىٍّ غَرِيبٍ
بِهٰذِهِ ٱلدَّنَانِيرِ فَقُلْتُ لَهُ وَأَرَيْتَهُ ٱلْعَيْبَ وَأَعْلَمْتَهُ بِهِ
فَقَالَ لَا وَٱللّٰهِ أَنْسِيتُ ذٰلِكَ فَقُلْتُ لَا جَزَاكَ ٱللّٰهُ
خَيْرًا إِمْضِ مَعِى إِلَيْهِ وَذَهَبْتُ مَعَهُ وَقَصَدْنَا مَكَانَهُ
فَلَمْ نَجِدْهُ فَسَأَلْنَا عَنْهُ فَقِيلَ إِنَّهُ رَحَلَ إِلَى مَكَّةَ
مَعْ قَافِلَةِ ٱلْحَاجِّ فَأَخَذْتُ صِفَةَ ٱلرَّجُلِ مِنَ ٱلدَّلَّالِ
وَأَكْتَرَيْتُ دَابَّةً وَلَحِقْتُ ٱلْقَافِلَةَ وَسَأَلْتُ عَنِ ٱلرَّجُلِ
فَدُلِلْتُ عَلَيْهِ فَقُلْتُ لَهُ ٱلثَّوْبُ ٱلْفُلَانِىُّ ٱلَّذِى
شَرَيْتَهُ أَمْسِ مِنْ فُلَانٍ بِكَذَا وَكَذَا فِيهِ عَيْبٌ
فَهَاتِهِ وَخُذْ ذَهَبَكَ فَقَامَ وَأَخْرَجَ ٱلثَّوْبَ وَطَافَ
عَلَى ٱلْعَيْبِ حَتَّى وَجَدَهُ فَلَمَّا رَآهُ قَالَ يَا شَيْخُ

illi iniunxi, ne emturum celaret in illa fissuram, quam ei ostendi. Sub extremum diei attulit mihi pecuniam, quam pro vendita peregrino cuidam veste acceperat. Quum autem eum interrogarem, num ostendisset prius emtori scissuram in veste? se id oblitum esse dixit. Minime, inquam, Deus tibi boni quid rependat! eamus ad istum virum. Ad locum vero, quo commoratus ille fuerat ubi devenimus, eum non invenimus, comperimusque, illum cum cohorte Meccam proficiscentium abiisse. Conduxi igitur, accepta prius a proxeneta descriptione peregrini, iumentum, et assequutus peregrinantium catervam, reperto in ea viro isto, ei dicebam: emisti heri vestem a *τῷ δεῖνα,* hoc (quod ei indicavi) pretio pro ea soluto; sed vitium illa habet, redde igitur mihi illam et recipe tuam pecuniam. Tum attulit ille vestem, eaque hinc illinc versa quum scissuram detexisset, redde mihi, inquit, illam ipsam, quam solvi, meam pecuniam, quam agnoscam. Ego vero, uti illam a proxeneta accepi, non seorsim reposueram, nec a reliqua, quae mihi erat, segregaram. Protuli

أَخْرِجْ ذَهَبِى حَتَّى أَرَاهُ وَكُنْتُ لَمَّا قَبَضْتُهُ لَمْ أُمَيِّزْ
وَلَمْ أَنْتَقِدْهُ فَأَخْرَجْتُهُ فَلَمَّا رَآهُ قَالَ هٰذَا ذَهَبِى
أَنْتَقِدْهُ يَا شَيْخُ قَالَ فَنَظَرْتُ فَإِذَا هُوَ مَغْشُوشٌ
لَا يُسَاوِى شَيْئًا فَأَخَذَهُ وَرَمَى بِهِ وَقَالَ لِى قَدْ
اشْتَرَيْتُ مِنْكَ هٰذَا ٱلثَّوْبَ عَلَى عَيْبِهِ بِهٰذَا ٱلذَّهَبِ
وَدَفَعَ إِلَىَّ بِمِقْدَارِ ذٰلِكَ ٱلذَّهَبِ ٱلْمَغْشُوشِ ذَهَبًا
جَيِّدًا وَعُدْتُ بِهِ ۞

V.

قِيلَ إِنَّ عَبْدَ ٱلْمَلِكِ بْنَ مَرْوَانَ خَطَبَ يَوْمًا
بِٱلْكُوفَةِ فَقَامَ إِلَيْهِ رَجُلٌ مِنْ آلِ سَمْعَانَ فَقَالَ
مَهْلًا يَا أَمِيرَ ٱلْمُؤْمِنِينَ إِقْضِ لِصَاحِبِى هٰذَا بِحُجَّتِهِ
ثُمَّ ٱخْطُبْ فَقَالَ وَمَا ذَاكَ فَقَالَ إِنَّ ٱلنَّاسَ قَالُوا لَهُ مَا
خَلَّصَ ظُلَامَتَكَ مِنْ عَبْدِ ٱلْمَلِكِ إِلَّا فُلَانٌ فَجِئْتُ بِهِ
إِلَيْكَ لِأَنْظُرَ عَدْلَكَ ٱلَّذِى كُنْتَ تَعِدُنَا بِهِ قَبْلَ

igitur omnem, quam mecum habui pecuniam, inter quam quum quos mihi dedisset numos se agnovisse diceret, eos me segregare iussit. Cum vero eos inspicerem, falsos et adulterinos deprehendi, nullius plane pretii, quos ille ad se receptos abiecit, mihique dixit: licet vestis illa vitium habeat; tamen eam pro eo, quod poscis pretio, emam; statimque mihi pro adulterinis istis numis adnumeravit bonos probatosque, quibuscum domum redii.

## VII.

Narratur, concionante aliquando Cufae Abdol-Melico, Mervani filio (Chalifa), adiisse eum virum e gente Samanidarum, et his verbis interpellasse: lente, o princeps fidelium! redde prius huic meo socio ius suum, tum concionare. Roganti Chalifae, quid sit rei? ille respondit: dictum erat huic meo socio, neminem, praeter me, illum ea, quae ab Adol Melico ipsi illata esset, iniuria, levare posse; adveni igitur cum eo, ut videam, num, quam nobis promiseras, antequam hanc tyrannidem exerceres,

أَنْ تَتَوَلَّى هَذِهِ ٱلْمَظَالِمَ فَطَالَ بَيْنَهُ وَبَيْنَهُ ٱلْكَلَامُ
فَقَالَ لَهُ ٱلرَّجُلُ يَا أَمِيرَ ٱلْمُؤْمِنِينَ إِنَّكُمْ تَأْمُرُونَ
وَلَا تَأْتَمِرُونَ وَتَنْهَوْنَ وَلَا تَنْتَهُونَ وَتَعِظُونَ وَلَا
تَتَّعِظُونَ أَفَنَقْتَدِى بِسِيرَتِكُمْ فِي أَنْفُسِكُمْ أَمْ
نُطِيعُ أَمْرَكُمْ بِأَلْسِنَتِكُمْ وَإِنْ قُلْتُمْ أَطِيعُوا أَمْرَنَا
وَٱقْبَلُوا نُصْحَنَا فَكَيْفَ يَنْصَحُ غَيْرَهُ مَنْ غَشَّ
نَفْسَهُ وَإِنْ قُلْتُمْ خُذُوا ٱلْحِكْمَةَ حَيْثُ وَجَدْتُمُوهَا
وَٱقْبَلُوا ٱلْعِظَةَ مِمَّنْ سَمِعْتُمُوهَا فَعَلَى مَ قَلَّدْنَاكُمْ
أَزِمَّةَ أُمُورِنَا وَحَكَّمْنَاكُمْ فِي دِمَائِنَا وَأَمْوَالِنَا أَوْ مَا
تَعْلَمُونَ أَنَّ مِنَّا مَنْ هُوَ أَعْرَفُ مِنْكُمْ بِصُنُوفِ ٱللُّغَاتِ
وَأَبْلَغُ فِي ٱلْعِظَاتِ فَإِنْ كَانَتِ ٱلْإِمَامَةُ قَدْ عَجَزْتُمْ عَنْ
إِقَامَةِ ٱلْعَدْلِ فِيهَا فَخَلُّوا سَبِيلَهَا وَأَطْلِقُوا عِقَالَهَا يَبْتَدِرُهَا
أَهْلُهَا ٱلَّذِينَ قَاتَلْتُمُوهُمْ فِي ٱلْبِلَادِ وَشَتَّتُّمْ شَمْلَهُمْ بِكُلِّ

iustitiam, vere praestare velis. Longa tum inter utrumque orta altercatio, inter quam vir iste Chalifae haec dixit: vos quidem imperatis, neque tamen iussis obtemperatis ipsi; vetatis, vetitis vero non abstinetis; monita aliis praebetis, monitis vero ipsi non paretis. Nos igitur num vestros, qui indolem vestram produnt, mores imitemur? an vero, quae ore vestro profertis, iussis obsequium praestemus? Si dicatis: obtemperetis iussis nostris, et admittite monita nostra; (reponimus:) quomodo aliis salutaria monita praebeat, qui se ipse decipit? Quodsi dicatis: sapientiam accipite, ubicunque eam inveneritis, et salutare monitum admittite, a quocunque illud audiatis; (interrogamus:) ad quid vos rebus nostris regundis praefecimus, potestatemque vobis in vitam et in opes nostras concessimus? aut ignoratis, esse inter nos, qui vobis dicendi copia et consiliis prudentibus impertiendis antecellant? Quodsi summi rebus sacris et civilibus praefecti dignitas atque auctoritas sit (qua gloriamini), scitote, vos iuri, ut tales praefectos decet, administrando plane impares esse, atque illius muneris splendorem et dignitatem imminuisse, vinculaque, quae populus occupavit, solvisse

وَادٍ أَمَا وَٱللّٰهِ لَئِنْ بَقِيتَ فِي يَدِكُمْ إِلَى بُلُوغِ ٱلْغَايَةِ
وَٱسْتِيفَاءِ ٱلْمُدَّةِ تُضْمَحِلُّ حُقُوقُ ٱللّٰهِ وَحُقُوقُ ٱلْعِبَادِ فَقَالَ
لَهُ كَيْفَ ذَلِكَ فَقَالَ لِأَنَّ مَنْ كَلَّمَكُمْ فِي حَقِّهِ زُجِرَ وَمَنْ
سَكَتَ قُهِرَ فَلَا قَوْلُهُ مَسْمُوعٌ وَلَا ظُلْمُهُ مَرْفُوعٌ وَلَا
مَنْ جَارَ عَلَيْهِ مَرْدُوعٌ وَبَيْنَكَ وَبَيْنَ رَعِيَّتِكَ مَقَامٌ تَذُوبُ
فِيهِ ٱلْجِبَالُ حَيْثُ مُلْكُكَ هُنَاكَ خَامِلٌ وَعِزُّكَ
زَائِلٌ وَنَاصِرُكَ خَاذِلٌ وَٱلْحَاكِمُ عَلَيْكَ عَادِلٌ فَأَكَبَّ
عَبْدُ ٱلْمَلِكِ عَلَى وَجْهِهِ يَبْكِي ثُمَّ قَالَ لَهُ فَمَا
حَاجَتُكَ فَقَالَ عَامِلُكَ بِٱلسَّمَاوَةِ ظَلَمَنِي وَلَيْلُهُ
لَهْوٌ وَنَهَارُهُ لَغْوٌ وَنَظَرُهُ زَهْوٌ فَكَتَبَ إِلَيْهِ بِإِعْطَائِهِ
ظُلَامَتَهُ ثُمَّ عَزَلَهُ ۞

illos, quibuscum per terras bella gessistis, quosque e laribus suis eiectos per omnes valles dispersistis. Nonne, per Deum, si illa potestas perpetuo penes vos maneret, tandem divina omnia humanaque iura prorsus abolerentur? Interroganti Chalifae causam, ille respondit: quia si quis suum ius apud vos quaerit, repellitur, si vero silet, opprimitur; neque enim questus eius audiuntur, neque oppressione levatur, neque qui in eum iniuste agit, prohibetur. Verum est te inter et subditos tuos iudicii dies, quo montes dissolventur; eo, quod hic obtines imperium vile erit, et gloria tua dignitasque tua a te removebitur, qui tibi nunc auxilio sunt, te destituent, et, qui super te, iudex, est iustus. Ad quae in faciem pronus concidens et in lachrymas effusus Chalifa virum istum de quonam conqueratur interrogat. Praefectus tuus, respondit, Samavensis iniuste et violenter me tractavit; noctes ei libidinibus, dies futilibus transiguntur, et adspectus eius fastum et vanitatem prodit. Protinus literis ad eum datis Chalifa edixit, ut quae homini iniuste eripuisset restitueret; tum eum a provincia semovit.

# GLOSSARIVM

# ARABICO-LATINVM

## AD SENTENTIAS ET NARRATIONES ARABICAS

## QVAE PRAECEDVNT.

*Signa et Notae compendiariae, quae in hoc Glossario passim occurrunt, sic integrae sunt legendae:*

*cc.* construitur cum.
*cca.* construitur cum Accusativo.
*ccg.* construitur cum Genitivo.
*ccga.* construitur cum gemino Accusativo.
*ccap.* construitur cum Accusativo personae.
*ccar.* construitur cum Accusativo rei.
*ccar et* ب *p.* construitur cum Accusativo rei et ب personae.
*Coll.* Collectivum.
*Comp.* Comparativus.
*Fut. apoc.* Futurum apocopatum.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| *Fut.* | I. | Futurum habens in media radicali Vocalem | Kesra | vid. Grammat. p. 72. |
| | O. | | Dhamma | |
| | A. | | Fatha. | |

*Nom. act.* Nomen actionis, seu nomen Verbale, quod Arabibus pro Infinitivo est; vid. Grammat. p. 65.

*Part.* et *Partic.* Participium.

*Pass.* Passivum.

*pec.* peculiariter.

*Pers.* Persona.

*Plur.* Plurale.

*Q.* Verbum quadriliterum.

*q. v.* quod vide.

*Rad.* Radix.

*Suff.* Pronomen suffixum.

*Vnit.* Vnitatis nomen, unum ex Collectivo significans.

*Numeri Romani I. II. etc. notant ordinem et formam Coniugationum.*

---

ا.

أ *Particula inseparabilis interrogativa,* An? num? *Et disiunctiva,* sive, num; vid. Grammat. p. 246.

آل (*pro* أَأْل) *Coll. sine Vnit.* Populus, familia, cognati et propinqui.

آلَة (*pro* أَأْلَة) Instrumentum, et quod ad rem aliquam facit pertinetve.

أَب (*pro* أَبَو) Pater. *Post se habens Genitivum adiuncti assumit in fine literam vel* و, *vel* ى, *vel* ا, *pro Casus sui terminatione; vid.* Grammat. p. 220.

أَبْرَص Leprosus.

أَبْصَار *Plur.* τοῦ بَصَر Oculus, visus.

أَبْقَى *Coniug.* IV. *Verbi* بَقِيَ *q. v.*

أَبْلَغ *Comp. et Superl. Adiect.* بَلِيغ Facundus, eloquens, efficax dicendo.

اِبْن *et* بِن *et hoc pro* بَنَو Filius.

أَتَى *Fut. I.* Venit, advenit; *cc.* بِ *r. et cap.* adduxit, attulit.

إِتْقَان *Nom. act.* IV. *Verbi* تَقِنَ *q. v.*

أَثَرَ Elegit, selegit, praehabuit, *cca. et c.* عَلَى.

اِجْتَمَعَ VIII. *Verbi* جَمَعَ *q. v.*

أَجْسَام *Plur. τοῦ* جِسْم Corpus.

أَحَد Vnus, aliquis.

إِحْسَان *Nom. act.* IV. *Verbi* حَسُنَ *q. v.*

أَحْسَن *Comp. et Superl. τοῦ* حَسَن Pulcher, elegans.

أَحْمَد Maxime laudatus; *et nom. viri*, Ahhmed.

أَحْمَق Stultus, fatuus.

أَحْنَف Loripes, claudicans; *et nom. viri* Ahhnaf.

أَخ (*pro* أَخُو *vid.* Grammat. p. 220.) Frater.

أَخَذَ *Fut. O.* Cepit, prehendit.

آخَر (*formae* أَنْصَر) Alter, alius.

آخِر Posterior, pars posterior, postremum, finis.

أَدَب Humanitas, doctrinae elegantia; eruditio, literae.

أُدَبَاء *Plur. τοῦ* أَدِيب Humanus, bonis moribus et literis praeditus, liberaliter educatus et bene moratus.

أَدْرِ *Pers. 1. Fut. apoc. Verbi* دَرَى *q. v.*

أَدْنَى *Compar. et Superl. τοῦ* دَنِيّ Propinquus, vilis.

إِذْ Ecce! Quum; *vid.* Grammat. p. 255.

إِذَا Quum, *Futuri temporis*, *vid.* Grammat. p. 256. *Saepe praefixa Particula* فَ *illativa.*

آذَان *Plur. formae* XIII. ab أُذُن Auris.

أَذِنَ Aures praebuit, audivit; X. rogavit veniam, petiit ut liceret sibi; *ccap. vel c.* عَلَى *p.*

أَرَادَ IV. *Verbi* رَادَ *q. v.*

أَرْبَع Quatuor.

أَرَّخَ Adscripto tempore notavit *epistolam aut librum;* in Annales retulit.

أَرَيْتُهُ *Praet.* IV. *Verbi* رَأَى *c. Suff. 3 pers.*, *vid.* Grammat. p. 132.

أُزْدِدْتُ *Pers 2 Praet.* VIII Verbi زَادَ (pro زَيَدَ), *vid.* Grammat. p. 85. *b*) *β*), cf. §. LXXVII.

أَزِمَّةٌ *Plur.* τοῦ زِمَامٌ, Funiculus annexus annulo qui per cameli nasum traiicitur, ut eo regi possit; *quin ipsa* habena, qua ducitur, aut ab insessore regitur camelus. *Rad.* زَمَّ Ligavit, constrinxit.

إِسْتَأْذَنَ X. *Verbi* أَذِنَ *q. v.*

إِسْتِقَامَةٌ Rectitudo; *nom. act.* X. *Verbi* قَامَ.

إِسْتِيفَاءٌ *Nom. act.* X. Verbi وَفَى *q. v.*

أَسَدٌ Leo; *et nom. propr. tribus Arabicae*, Asad.

إِسْلَامٌ *Nom. act.* IV. *Verbi* سَلِمَ *q. v.* أَلْإِسْلَامُ Religio Mohammedica, Islamismus.

أَشَدُّ *Compar. et Superl.* τοῦ شَدِيدٌ Vehemens.

أَشِدَّآءُ Vehemens, validus.

أَشْرَفُ Eminens, nobilis, *pec.* genere, praestans.

أَشْيَآءُ *Plur.* τοῦ شَيْءٌ Res.

أَصْبَرُ *Compar. et Superl.* τοῦ صَبِيرٌ Patiens.

إِصْطِنَاعٌ *Nom. act.* VIII. Verbi صَنَعَ.

أَصْلٌ Radix, principium, origo, elementum.

أَصْلَحْتَ *Praeter.* IV. Verbi صَلَحَ c. *Suff. pers.* 2.

أَضْعَفُ *Compar. et Superl.* τοῦ ضَعِيفٌ Debilis, infirmus.

إِضْمَحَلَّ *Q.* IV. Evanuit, disparuit.

إِعْجَابٌ *Nom. act.* IV. *Verbi* عَجِبَ *q. v.*

أَعْجَمِيٌّ *i. q.* عَجَمِيٌّ Barbaricus.

أَعْرَفُ *Compar. et Superl.* τοῦ عَرِيفٌ Dignoscens, gnarus.

إِعْطَآءٌ *Nom. act.* IV. *Verbi* عَطَا, s. عَطَوَ.

أَعْطُوهُ *Imperat.* IV. Verbi عَطَا c. *Suff.* 3 pers.

أَعْلَالٌ *Plur. nom.* عِلَّةٌ Morbus.

أَعْلَمْتُهُ 1 *Pers. Praeter.* IV. *Verbi* عَلِمَ.

إِعْوِجَاجٌ *Nom. act.* IX. *Verbi* عَوِجَ Curvus, distortus fuit.

أَعْيَانِي *Praeter.* IV. *Verbi* عَيَّ *c. Suff.* 1 *pers.*

أَغْتَنِمْ *Imperat.* VIII. Verbi غَنِمَ *q. v.*

أَغْنَا *Compar. et Superl.* τοῦ غَانٍ Dives.

أَغْنِيَاءُ *Plur.* τοῦ غَانٍ Dives.

إِفْلَاطُونُ Plato, philosophus.

أَفَنَقْتَدِي 1 *pers. Plur. Fut.* VIII. Verbi قَدَي *praefixo* أ *interrogat. et Particula* فَ.

إِقَامَةٌ *Nom. act.* IV. *Verbi* قَامَ *q. v.*

إِقْضِ *Imperat. Verbi* قَضَى, *vid.* Grammat. p. 118. 122.

أَقْطَعْتُكَ 1 *pers. Praet.* IV. *Verbi* قَطَعَ *c. Suff.* 2 *pers.*

أَقْوَاءُ *Compar. et Superl.* τοῦ قَوِيٌّ Corpore validus, robustus, fortis.

إِقْوَاءٌ Corroboratio, *nom. act.* IV. *Verbi* قَوِي.

إِكْرَاهُهَا *Nom. act.* IV. *Verbi* كَرِهَ *q. v. c. Suff. fem.*

أَكَلَ *Fut.* O. Edit, comedit.

أُكْلٌ Quidquid editur, edulium, cibus.

أَكْمَهُ Caecus ab ipso ortu. Rad. كَمِهَ Caecus fuit.

آلْ *vid. supra* p. 409.

إِلَّا *Particula* pro لَا إِنْ Si non, nonnisi, praeter.

أَلْبَابٌ *Plur.* τοῦ لُبٌّ Cor, ingenium, intellectus.

أَلْجَأَتْهُ 3 *pers. fem. Praet.* IV. *Verbi* لَجَأَ *c. Suff.*

أَلَّذِي Qui, *Pronom. relat., vid.* Grammat. p. 242.

أَلْسِنَةٌ *Plur.* τοῦ لِسَانٌ Lingua.

أَلْفٌ Mille.

آلَةٌ *vid.* p. 409.

أَللّٰهُ *pro* أَلْإِلٰهُ ὁ Θεὸς, Deus ille Opt. Max. *Fitque peculiari sua forma nom. propr. respondens* τῷ יְהוָֹה, ا *radicali coalescente cum* ا *articulari.*

إِلٰهٌ Deus.

إِلَى Ad, erga.

أَمَّا *Particula inceptiva vel transitiva,* quidem, autem, quod attinet ad; *et tunc quod sequitur praefixum sibi habet* فَ *vel* فَإِنْ.

إِمَام Praeses, praepositus, antecessor, quem alii sectantur et imitantur, *pec.* qui populo praeit sacros ritus, *et* sacer antistes, *hinc* imperator, *quod in Muhammedico regno Imperator simul summus sacrorum praeses est et Pontifex Max.*

إِمَامَة Munus et dignitas praesidis et antistitis, *pec.* in sacris, *vid.* إِمَام.

أَمَرَ Mandavit, iussit, praecepit; VIII. obsequutus fuit, imperio se subiecit.

أَمْر 1) Mandatum, edictum; 2) quod quis tractat, negotium, res.

إِمْرَأَة *s.* إِمْرَءَة Mulier, *femin.* τοῦ مَرْء *vir.*

إِمْرَة Imperium, mandatum.

أَمْسِ Heri, *cum Kesre ultimae, ad evitandum duarum quiescentium concursum, quomodo effertur vulgo.*

إِمْضِ *Imperat.* Verbi مَضَى.

أَمَل Spes.

أَمِنَ Fidit, confidit, nixus fuit; IV. آمَنَ (pro أَأْمَنَ) 1) securum tutumque reddidit, protexit; 2) fidem habuit, credidit *illi in eo quod dixit, absol.* credidit in Deum.

أَمْوَال *Plur.* τοῦ مَال, Quod quis possidet, opes, divitiae.

أُمُور *Plur.* τοῦ أَمْر *signific.* 2. Negotia, res, quas quis tractat.

أَمِير Imperator, princeps, dux, qui aliis quomodocunque praeest imperatque; *a rad.* أَمَرَ. أَمِيرُ ٱلْمُؤْمِنِينَ Princeps fidelium, *titulus summi Mohammedanorum Imperatoris,* Chalifa *vulgo dicti.*

أَنْ Vt, quod.

إِنْ Si, quando, siquidem.

أَنَّ Quod, quia, quoniam, forsan.

إِنَّ *et* فَإِنَّ, *item* إِنَّهُ *et* فَإِنَّهُ Vtique, equidem, namque; sane ille *vel* illud.

إِنْتِقَام *Nom. act.* VIII. *Verbi* نَقَمَ *q. v.*

أَنْفُس *Plur.* τοῦ نَفْس Anima, *c. Suff. Plur.* ipsi illi, ipsi vos, *etc.*

إنّما Vtique quod, equidem. *it, dum-taxat, solum. p. 256.*

أنوشروان Anuschirvan, s. Nuschirvan, *nom. propr. regis Persiae dynastiae Sassanidarum, iustitia celebris.*

آنية *Plur.* τοῦ إناء Vasa.

أهل Populus, homines qui ad aliquem vel hominem, vel locum, vel ad regimen, professionem et institutum aliquod pertinent, ut أهل الدار domestici, familia.

أو Aut, vel, sive.

أول Prior, anterior, primus, principium.

أيّ *Nom. interrogat.* Quis? qualis? *vid.* Grammat. p. 244.

إيّا *Particula quae praefigi solet Pronominibus suffixis in Accusativo ponendis,* vid. Gramm p. 239. §. CCCLXXX.

إيّاك *Particula monendi vel praecipiendi cautionem, cc.* من *vel c.* و *praefixo Nomini personae aut rei, a qua cavendum est, in Accusativo ponendo.*

أيّام (*pro* أيوام) *Plur.* τοῦ يوم Dies.

أيضا Etiam, quoque.

أيقن *Compar. et Superl.* τοῦ يقين s. يقن Certus, certum.

إيمان Verum confiteri et agnosse, πίστις, fides, religio. *Nom. act.* IV. Verbi أمن.

أين Vbi? quo? من أين Vnde?

أيّها *Particula excitativa* O! *cc. Nominat.*

أيّهما *Nom. interrogat. c. Suff. Dual.*

إيوان *a Persico* أيوان, Palatium. *Peculiariter* إيوان كسرى *est* basilica *seu* palatium Cosrois Aberviz, *Persarum regis,* magnum et celeberrimum, quod exstructum Clesiphonte fuit.

## ب

بـ *Particula inseparab.* In, cum, *vid.* Grammat. p. 246.

بارد Frigidus.

باع (pro بيع) *Fut. I.* Vendidit et emit.

بان (pro بين) *Fut. I.* 1) Di-

stitit, *et* distincta fuit *res a re;* 2) manifestus et perspicuus fuit; II. manifestum et distinctum reddidit, declaravit, ostendit.

بَحْرٌ Mare.

بُخْلٌ Avaritia.

بُخَلَاءُ *Plur.* τοῦ بَخِيلٌ Avarus, parcus, tenax.

بَخِيلٌ Avarus.

بُدٌّ Separatio, fuga. *Hinc* لَا بُدَّ *cc.* مِن *sequ. nom.*, *vel c.* أَنْ *sequ. Verbo*, non est separatio, non est fuga, *i. e.* necessarium est, non potest non, omnino debet fieri.

بَدَرَ *Fut. O.* Properavit, festinavit, accurrit; VIII. properanter accurrit *ad arma*, cum celeritate prehendit aliquem obruitque.

بَدَلٌ Permutatio. بَدَلَ Pro, loco.

بَرَأَ Convaluit *a morbo*, sanatus fuit; IV. sanitati restituit, *cca.*

بَطِرَ Hilaritate valde exultavit, petulantem et insolentem se gessit; IV. petulantem et insolentem effecit:

بَعُدَ Distitit, longius abfuit; IV. fecit ut longius abesset, removit.

بَعْدُ et بَعْدَ *contrar.* τῷ قَبْلَ Post, postea.

بَعْضٌ Pars *rei*, quidam, *omnis generis et numeri, sed substantive sumitur, et ccg.*, *ut* بَعْضُ ٱلْحُكَمَاءِ quidam sapientum, s. sapiens quidam.

بِعْهُ *Imperat. Verbi* بَاعَ *c. Suff. 3 pers. masc.*

بِغَالٌ *Plur.* τοῦ بَغْلٌ Mulus.

بُغْضٌ Odium.

بَغَى 1) Modum transgressus fuit, exorbitavit; 2) petiit, expetivit; VII. 1) expetitum, cupitum, quaesitumque fuit; 2) convenit, decuit, *cc.* لِ *p.*

بَغْيٌ Iniustitia, vis iniqua, insolentia, fastus.

بَقِيَ Reliquus et superstes fuit; mansit, permansit; IV. superstitem reliquumque servavit.

بِلَا Sine; *composit. e Praeposit.* بِ et *Particula negativa* لَا.

بِلَادٌ *Plural.* τοῦ بَلَدٌ.

بَلَدٌ Pars terra habitata, provincia, urbs, oppidum.

بَلَغَ Pervenit, contigit terminum propositum, consummatus fuit, pervenit ad finem.

بُلُوغٌ *Nom. act.* Verbi بَلَغَ.

بَلِيَّةٌ Experimentum, tentamen, aerumna, afflictio, qua homines probantur.

بْنٌ vid. إِبْنٌ.

بِنَا *Composit. e Praeposit.* بِ *et Suff. 1 pers. Plur.*

بَنِي *Genit. Plur. stat. constr. a* بَنُونَ, *Plur.* τοῦ إِبْنٌ.

بُنَيٌّ *Diminut.* τοῦ إِبْنٌ, *quasi a* بَنُو Filiolus. يَا بُنَيَّ Filiole mi.

بِهِ *Composit. e Praeposit.* بِ *et Suff. 3 pers. masc. vid.* Grammat. p. 238. No. 3.

بِهِمْ *Composit. e Praeposit.* بِ *et Suff. 3 pers. masc. Plur., vid.* Grammat. p. 238. No. 3.

بِهِنَّ *Composit. e Praeposit.* بِ et Suff. 3 pers. fem. *Plur., vid.* Grammat. p. 238. No. 3.

بَيْتٌ Domus.

بَيْعٌ *Nom. act.* Verbi بَاعَ *q. v.*

بَيْنَ Inter, in medio. بَيْنَ يَدَيْهِ Inter manus eius, i. e. coram eo.

بَيِّنْ *Imperat.* II. Verbi بَانَ *q. v.*

ت

تَأْخِيرٌ Differre, prorogare; *nom. act.* II.

تَبِعَ *Fut. A.* Sequutus, insequutus fuit; VIII. id.

تِبْنٌ Stramen, palea.

تَتَّعِظُونَ *pers. 2 Plur. Fut.* VIII. Verbi وَعَظَ.

تَثِقْ *pers. 2 masc. Fut. apoc. Verbi* وَثِقَ *q. v.*

تَجِدُوا *Pers. 2 Plur. Fut. apoc. Verbi* وَجَدَ.

تَجْوِيدٌ *Nom. act.* II. Verbi جَادَ.

تَحْتَ Sub, infra.

تَحْتَاجُ *Pers. 3 f.* VIII. Verbi حَاجَ.

تُحْيَا *Pers. 3. fem. Fut. Pass.* IV. Verbi حَيّ *q. v.*

تُرْجُمَان Interpres linguae, *unde Ital.* Truchemanno.

تَرَى *Pers. 2. masc. Fut. Verbi* رَأَى; *vid.* Grammat. p. 131.

تَسْتَصْغِرْ *Fut. apoc.* X. *Verbi* صَغُرَ.

تُنْسِى *Fut.* IV. *Verbi* نَسَأَ.

تُطْعِمُنَا *Pers. 3. fem. Fut.* IV. *Verbi* طَعِمَ.

تَعَالَى VI. *Verbi* عَلَا *q. v. Formula* قَالَ ٱللَّهُ تَعَالَى dixit Deus, *qui* exaltetur! *solennis est, qua Corani dicta adducuntur.*

تَعْجِيل *Nom. act.* II. *Verbi* عَجِلَ.

تَعِدُنَا *Pers. 2. Fut. Verbi* وَعَدَ *c. Suff. 1 pers. Plur.*

تَعِظُونَ *Pers. 2. Plur. Fut. Verbi* وَعَظَ.

تَغْتَرّ *Pers. 2. masc. Fut.* VIII. *Verbi* غَرّ.

تَقَنَ IV. Firmavit, bene ac solide tractavit negotium.

تَكُنْ *Fut. apoc. Verbi* كَانَ; vid. Grammat. p. 109.

تِلْكَ Illa, ista, *Femin. τοῦ* ذَاكَ.

تَنْتَهُوا *Pers. 2. Fut. apoc.* VIII. *Verbi* نَهَا.

## ث

ثَلَاثٌ Tres. ثَلَاثًا Triduum.

ثَمَرَ Fructus habuit tulitque arbor; IV. fructus protulit.

ثَمَرٌ Fructus.

ثَمَنٌ Pretium.

ثَوَابٌ Remuneratio, praemium, merces boni operis.

ثِيَابٌ *Plur. τοῦ* ثَوْبٌ Vestis, vestimentum.

# ج

جَاءَ (pro جَيَأَ) *Fut. I.* Venit, advenit. *At sequ.* بِ venit *cum eo*, i. e. adduxit.

جَادَ (pro جَوَدَ) *Fut. O.* Liberalis fuit, bonus et egregius fuit; II. bonum egregiumque fecit *aliquid.*

جَارَ (pro جَوَرَ) *Fut. O.* Iniustus fuit contra alium *iudicio*, et tyrannus imperio, cc. عَلَى *p.*

جَارٌ Vicinus.

جَارٍ Fluens; *Partic. Verbi* جَرَى fluxit, cucurrit.

جَارِيَةٌ Puella.

جَازَ (pro جَوَزَ) *Fut. O.* Ivit, abivit; transivit, praeteriit; III. VI. transivit, transgressus fuit, excessit *modum*, *ccar.*

جَالِسْ *Imperat.* III. *Verbi* جَلَسَ *q. v.*

جَامٌ Vas argenteum, scyphus.

جَانِبٌ Latus.

جَاهِلٌ Nescius, ignarus, insipiens.

جِبَالٌ *Plur.* τοῦ جَبَلٌ Mons.

جَدَّ Novus fuit; II. renovavit, novum fecit.

جَدِيدٌ Novus.

جَزَا Pensavit, retribuit, *ccap.*

جِسْمٌ Corpus.

جَعَلَ *Fut. A.* 1) Posuit; 2) fecit, 3) instituit coepitque facere *sequ. Fut.*

جَلَسَ 1) Sedit, consedit, discubuit; 2) vasit ascenditque et venit in elatiorem locum; III. consedit *cum alio* asseditque *ei.*

جُلُوسٌ Consessus, convivium solenne.

جَمَعَ Collegit, congregavit, coniunxit, cc. بَيْنَ; VIII 1) congregatus fuit, convenit eodem loco; 2) in eadem sententia fuit.

جَمِيلٌ Pulcher, elegans, decorus.

جَوَابٌ Responsum. *Rad.* جَابَ (pro جَوَبَ) IV. responsum dedit, cc. عَنْ.

جَوَانِب *Plur.* τοῦ جَانِب *q. v.*
جُودَة Bonum et egregium esse.
جِئْتُ *Pers. 1. Praet.* Verbi جَاءَ.
جَيِّد Praestans, bonus.

## ح

حَاجَ (pro حَوَجَ) *Fut. O.* Opus et necesse habuit, *cc.* إِلَى; VIII. id.
حَاجّ Qui peregrinationem sacram suscipit, qui adit aditque Meccam, et solennia eius celebrat aut celebravit. *Rad.* حَجّ contendit *aliquo pec.* profectus fuit ad aedem Meccanam.
حَاجَجْتُ *Pers. 1.* Praet. III. Verbi حَجّ *q. v.*
حَاجَة Necessitas, res necessaria. *Rad.* حَاجَ (pro حَوَجَ).
حَازِم Providus, *et* firmo animo praeditus.
حَاسِد Invidus.
حَاقَ (pro حَيَقَ) *Fut. I.* Cinxit, circum dedit, *et* descendit *in eum afflictio, dolus, cc.* بِ *p.*
حَاكِم Iudex. *Rad.* حَكَمَ.
حَالَ (pro حَوَلَ) Versus mutatusque fuit, migravit de loco in locum; III. quaesivit, voluit, expetivit.
حُبّ Amor.
حَتَّى Vsque, donec.
حَجَّ 1) Contendit *aliquo;* 2) adversatus fuit dissensitque *et* cum altero habuit litem; III. causam dixit, argumentis et probationibus egit certavitque *cum aliquo, ccap.*
حُجَّة Probatio, causae dictio, argumentum.
حَدَثَ De novo et primum exstitit res contigitve, *aut* evenit; II. narravit, verba fecit, affatus fuit; IV. produxit fecitque existere quod non erat.
حَدَّثَنِي II. *Verbi* حَدَثَ *c. Suff. 1 pers.*
حَرَام Quod lege prohibitum, nefas, illicitum. *Rad.* حَرَمَ *q. v.*
حِرْص Aviditas.
حَرَكَ Laesit; II. movit, commovit.

حَرِمَ Vetitum et illicitum fuit; II. vetuit, illicitum fecit dixitve, cc. عَلَى p.

حُرْمَةٌ 1) Prohibitum, sacrum, quod violare nefas; 2) praesidium, protectio; 3) veneranda dignitas, auctoritas.

حَزَقَ Fut. I. Constrinxit, pressit, compressit.

حَسُنَ Bonus, pulcher, elegans fuit; IV. bonum fecit, benefecit, cc. إِلَى p.

حَسُودٌ Invidus.

حَصَلَ Superfuit, reliqua separata parte provenit, exstitit, contigit; II. produxit, manifestum fecit; 2) collegit, acquisivit.

حَصِيَ Intellexit, mente valuit; IV. numeravit rem, scivit, novit.

حَضَرَ Fut. O. Praesens fuit, vel venit; IV. praesentem stitit, adesse iussit, adduxit.

حَطَبَ Fut. I. Lignatus fuit, collegit ligna; VIII. id.

حَطَبٌ Lignum, materia foci.

حَقٌّ Verum et iustum; ius, statutum, lex, quod iure debetur.

حُقُوقٌ Plur. praecedentis حَقٌّ.

حِكَايَةٌ Narratio.

حَكَمَ Fut. O. Potestatem et imperium exercuit in alios; II. ius et potestatem concessit in opes suas, ccap. et فِي r.

حُكَمَآءُ Plural. τοῦ حَكِيمٌ Sapiens.

حَكَى Dixit, narravit, aliunde retulit sermonem.

حَكِيمٌ Sapiens, doctus, sciens, qui res solide ac cum iudicio agit.

حَلُمَ Longanimis ac mitis fuit, iraeque continens; مَا أَحْلَمَكَ quam longanimis es! vid. Grammat. p. 549.; VI. mansuetudinem simulavit.

حَلِيمٌ Mansuetus; بِحَلِيمٍ vid. Gr. p. 247. no. 6.

حَلْيٌ Ornatus, monile.

حِلْيَةٌ Ornatus.

حَمَّ Fut. O. Calefecit, fervefecit aquam; succensuit ira, indignatione, cc. لِ r.

حَمَلَ Fut. Portavit, sublatumque gestavit; II. oneravit, onus imposuit.

fecit iussitque ut portaret *onus*, *cc.* عَلَى *p.*

حَمِيرٌ *Plural* τοῦ حِمَارٌ Asinus.

حَيّ (pro حَيِي, et hoc pro حَيِو) Vixit, bene valuit; IV. vivificavit, vitae restituit.

حَيْثُ et حَيْثُ Vbi, ubicunque.

حَيَوةٌ Vita; *rad.* حَيّ

# خ

خَاذِلٌ *Partic. Verbi* خَذَلَ.

خَامِلٌ *Partic. Verbi* خَمَلَ.

خَبَأَ Occultavit; II. id.

خَبَرَ *Fut. O.* Scivit, cognovit; II. et IV. indicavit, certiorem fecit, *ccap. et* بِ *r.*

خُبْزٌ Panis.

خَبِيثٌ *Femin.* ةٌ— Malus, scelestus, impurus.

خَجِلَ Pudibundus, pudore attonitus, confususque fuit.

خِدَاعٌ Fallacia, fraus.

خَدَعَ *Fut. A.* Decepit, fefellit, dolo circumvenit; III id. *et* fallere studuit *alium, cca.*

خَدَمَ *Fut. O.* Inservivit, famulatus fuit, ministravit.

خِدْمَةٌ Ministerium, opus.

خُذْ *Imperat. Verbi* أَخَذَ; *vid.* Grammat. p. 95.

خَذَلَ Frustratus fuit ope et auxilio destitutus fuit.

خُرَاسَانُ Chorasan, *nom. propr. magni terrae tractus,* Oxo *contermina, Ptolemaeo* Choraoane; *vid.* Golium ad Alfargani Elementa astronom. p. 165.

خُرَاسَانِيٌّ Chorasanensis, *nom. gentil. praeced.*

خَرَجَ *Fut. O.* Exivit; IV. eduxit.

خَرْقٌ Fissura, foramen, *spec.* lacerae vestis.

خَرِيفٌ Decerptus, folium arboris deciduum; *cum Articulo nom. propr. viri.*

خَشْيَةٌ Metus, timor.

خَصْمٌ Adversarius, pars adversa in lite.

خَطَبَ *Fut. O.* Orationem خُطْبَةٌ

habuit e suggesso; III. affatus fuit, *ccap.*

خُطْبَةٌ Concio sacra, *speciatim ea, qua apud Mohammedanos laudari solet Deus, et benedici Muhammedi eiusque familiae ac imperatori.*

خَطَرَ *Fut. I.* 1) In dextram et sinistram iactavit *caudam camelus*, vibravit; 2) propinquus exitio, seu in periculo fuit; III. aleam et periculum subivit.

خَطِيئَةٌ Peccatum, delictum, crimen.

خَلَا *Fut. O.* Vacuus et desertus fuit locus; II. liberum dimisit, missum fecit *aliquem*, *cca.*, *quod et dicitur* خَلَّى سَبِيلَهُ liberam fecit viam eius.

خَلَصَ *Fut. O.* 1) Liber et salvus fuit evasitve; 2) bonus et exquisitus fuit; 3) pura, impermixta et sincera fuit *res;* II. purum fecit, liberavit, salvavit *a malo.*

خَلَّ *Fut. O.* Corruptum depravatumque vitio aliquo, defectu val negligentia fuit negotium.

خَلَفَ Venit post *vel* pone *alium;* IV. fefellit fidem aut exspectationem.

خَمْرٌ Vinum, *a* خَمَرَ fermentavit.

خَلِيلٌ Amicus, *inprimis* intimus et syncerus.

خَمْسٌ *Femin.* Quinque.

خَمْسَةٌ *Masc.* Quinque, *ccg.*

خَمَلَ Obscurus vilisque habitus fuit.

خِنْزِيرٌ Sus, porcus, aper.

خَوْفٌ Metus.

خَيْرٌ Bonus *et* pro أَخْيَرُ melior, optimus.

د

دَآءٌ Morbus.

دَابَّةٌ *Plur.* دَوَابُّ Quicquid graditur super terra, *et peculiariter* bestia, *inprimis* operi inserviens vel vecturae: *Rad.* دَبَّ incessit, *pec.* lente leniterque, repsit.

دَخَلَ *Fut. O.* Intravit *domum*

cca. ingressus fuit ad alium; III. interior ac intimus fuit, ccap.

دَرَكَ Persequutus fuit, comprehendit, assequutus fuit; IV. assequutus fuit, attigit *visu rem*, vidit, cognoscendo rem.

دَرَى *Fut. I.* Scivit.

دَعَا (pro دَعَوَ) *Fut. O.* Vocavit, advocavit.

دَفَعَ *Fut. A.* 1) Trusit, pepulit; 2) dedit, tradidit, *ccar.* et إِلَى *p.*

دَلَّ Duxit, direxit.

دَلَّالٌ Ductor, viae dux; 2) proxeneta, auctionator qui per forum incedens res venales circumfert, et augendo pretio divendit.

دُلَامَةٌ Nigredo. أَبُو دُلَامَةَ Pater nigredinis, *nom. propr. poetae cuiusdam.*

دِمَاءٌ *Plural.* τοῦ دَمٌ Sanguis.

دِمْنَةُ vid. كَلِيلَةُ.

دَنَأَ Sequior, deterior, nequam fuit; IV. deteriorem, peiorem effecit.

دَنَانِيرُ *Plural.* τοῦ دِينَارٌ Numus, *et quidem* aureus, *pec. qui vulgo* Ducatus *dicitur.*

دَنِيٌّ Homo deterior, vitiosus, propinquus.

دُنْيَا Mundus, bona mundana.

دُونَ Infra, citra, praeter, neglecto alio.

دِينٌ 1) Ritus, consuetudo, cultus Dei, religio, *pec.* vera; 3) iudicium, decretum; 4) regnum, imperium.

## ذ

ذَابَ (pro ذَوَبَ) *Fut. O.* Colliquit, liquidus evasit.

ذَاكَ Ille, illud; *vid.* Grammat. p. 240.

ذُخْرٌ Quod in futurum tempus, vel in thesaurum reconditur.

ذِكْرٌ Memoratio, memoria.

ذَمٌّ Vituperium, vituperatio.

ذَهَابٌ Abitus.

ذُو (pro ذَوَا) *Femin.* ذَاتٌ, *Dual.* ذَوَانِ, *Femin.* ذَوَاتَانِ, *Plural.* ذَوُونَ, *Femin.* ذَوَاتٌ, Dominus, possessor, praeditus, *ccg.*

ذَوِي *Casus obliqui stat. constr. Plur. praeceed.*

ر

رَادَ (pro رَوَدَ) *Fut. O.* Petiit quaesivitque *pabulum aut aquam;* IV. voluit.

رَأْسٌ Caput, initium, principium.

رَاضٍ *Partic. Verbi* رَضِيَ.

رَاكِبٌ Qui vehitur, sive camelo, sive navi, navigans.

رَآهُ *Verb.* رَأَى *c. Suff. pers. 3. masc.*

رَأَى Vidit, visum ipsi fuit, putavit, reputavit; IV. ostendit, *ccga.*

رَجَا (pro رَجَوَ) Speravit.

رُجُوعٌ Reditus, *nom. act.* Verbi رَجَعَ rediit.

رَحَلَ Profectus fuit, discessit, migravit.

رَدَّ *Fut. O.* Reddidit, restituit, reduxit, remisit, *ccar.*

رَدَعَ *Fut. A.* Prohibuit, distinuit, repulit.

رَسَلَ Nuncium misit; IV. misit *legatum, rem.*

رَسُولٌ Missus, nuncium perferens, legatus. رَسُولُ آللّٰهِ Legatus Dei, aut آلرَّسُولُ *ὁ ἀπόστολος dicitur Mohammed ab asseclis suis.*

رِضًا *nom. act. Verbi* رَضِيَ.

رَضِيَ *Fut. A.* Gratum habuit, contentus fuit.

رَعِيَّةٌ Grex, subditi; plebs.

رَفَعَ 1) Extulit, elevavit; 2) sustulit, abstulit.

رَفِيقٌ Comes itineris, socius.

رُكَّابٌ *Plur.* τοῦ رَاكِبٌ *q. v.*

رَكِبَ *Fut. A.* Vectus fuit, ascendit ut veheretur.

رَمَى *Fut I.* Iecit, proiecit, *ccar. vel c.* بِ *r.*

رُومٌ Romani, *seu potius* Graeci, imperio Romano olim subditi.

رُومِيٌّ Romanus, Graecus.

رِيَاحٌ *Plur.* τοῦ رِيحٌ Ventus.

ز

زَادَ (pro زَيَدَ) *Fut. I.* Auctus fuit *aliqua re*, increvit; VIII. adauctus fuit, crevit, increvit.

زَالَ (pro زَوَلَ) Desiit, cessavit.

زَائِلٌ *Partic. Verbi* زَالَ.

زَجَرَ *Fut. O.* Prohibuit, depulit, abegit, increpuit.

زِدْ *Imperat. Verbi* زَادَ; *vid.* Gr. p. 106.

زَعْزَعَ Commovit, agitavit, concussit.

زَمَانٌ Tempus. مَلِكُ ٱلزَّمَانِ Rex temporis *scil.* sui, i. e. unicus, praestantissimus sui temporis rex.

زِنَاءٌ Scortatio.

زَهْوٌ 1) Pulchritudo, elegantia vultus, eaque nitens ipse vultus; superbia, fastus, gloriatio.

## س

سَ *Particula inseparabilis, de qua vid.* Grammat. p. 248.

سَاءَ (pro سَوَأَ) *Fut. O.* Male fecit; IV. id., *cc.* إِلَى *p.*

سَاخِطٌ *Partic. Verbi* سَخِطَ Indignatus fuit; succensuit.

سَارَ (pro سَيَرَ) *Fut. I.* 1) Incessit, profectus fuit, iter fecit.

سَاقِي Qui potum adfert praebetve, pocillator, *Partic. Verbi* سَقَى rigavit, potum praebuit, propinavit.

سَأَلَ *Fut. A.* Rogavit, *sive* interrogando, *sive* petendo.

سَبٌّ Convicium, *et nom. propr. viri.*

سُبْحَانٌ Laudatio et admiratio Dei. سُبْحَانَ ٱللّٰهِ *Formula per nomen verbale aut quasi adverbialiter concepta,* qua venerantur Deum.

سَبِيلٌ Via.

سَتَرَ *Fut. O.* Texit, obtexit, velavit.

سِتْرٌ Velum, cortina.

سَخِطَ Indignatus fuit, succensuit.

سَخُنَ Caluit, incaluit; IV. calefecit *aquam.*

سِرٌّ Arcanum, secretum.

سَرَابٌ Species aquae, meridiano tempore apparens in campis seu arenis ex repercussu lu-

cis solaris, quae viatores in desertis siti pressos procul invitat, at propius accedentes decipit et destituit; *cf. Schol. ad Iesai.* XXXV, 7.

سِرَاجٌ Lucerna.

سُرْعَةٌ Celeritas, properantia.

سَفَّاحٌ Effusor sanguinis, dicto potens, tyrannus; *et hinc cognomen* Abdallae Mohammedis, *primi Abbasidarum Chalifae. Rad.* سَفَحَ effudit *aquam, sanguinem.*

سَفِينَةٌ Navis.

سُقْمٌ Morbus, aegritudo.

سَكَارَى *Plur.* τοῦ سُكْرَانُ *q. v.*

سَكَتَ *Fut. O.* Siluit, tacuit.

سُكْرَانُ Ebrius, *contrar.* τῷ صَاحِي.

سَكَنَ Habitavit *domum, ea.*

سَلَامٌ Pax, incolumitas, salus. سَلَامٌ عَلَيْكَ *salutandi formula.* عَلَيْهِ ٱلسَّلَامُ (Ille) super quo sit pax! i. e. Mohammedes.

سُلْطَانٌ Dominus, princeps, rex.

سَلِمَ Integer a noxa, incolumis salvusque fuit; II. salutavit, salutem dixit, benedixit *sancti viri memoriae;* IV. 1) salutem, pacem et incolumitatem ingressus fuit; 2) se dedit submisitque imperio, *item* commisit res suas *Deo;* 3) factus fuit Muslimus, s. Mohammedanus. *Particip.* مُسْلِمٌ Mohammedicae religionis assecla. *Cum artic. vel praeced.* أَبُو *nom. propr. viri.*

سَلْنِي *Imperat. Verbi* سَأَلَ (cf. Grammat. p. 98. lin. ult.) c. *suff. 1 pers.*

سَمَاوَةُ Samavat, *nom. loci inter Cufam et Syriam.*

سِمَاعٌ Auditio, auditus.

سَمِعَ *Fut. A.* Audivit.

سَمْعَانُ Saman, *nomen tribus Arabicae.*

سَنَةٌ Annus.

سَوْءٌ et سُوءٌ Malum, calamitas, malitia.

سَوَى Intendit, proposuit sibi; III. aequalis et par fuit *alteri.*

سَيِّءٌ Malus. *Rad.* سَاءَ.

سَبَاتِيكَ *Fut. Verbi* أَتَى, *praefixo* سَ *et Suff. pers.* 2.

سِيرَة Vitae modus et consuetudo, mos.

سَيْف Ensis, gladius.

سِيلَ *Passiv.* Verbi سَأَلَ; vid. Grammat. p. 98.

# ش

شَاعِر Poëta. *Rad.* شَعَرَ *Fut. O.* scivit, novit, *pec.* poeta fuit.

شَأْم Pars sinistra; *cum Articulo et sine Hamza* Syria, *quae Arabibus ad* sinistram, *s.* septentrionem *sita.*

شَبَاب Adolescentia, iuventus.

شَتَّ Separatus, distinctus fuit; disgregatus, dispersus fuit; dispersit.

شَجَرَة Arbor.

شُحّ Avaritia.

شَذْرَة Frustum lapidis pretiosi, particula auri e minera collecta, margaritae exiguae.

شَرّ Malus, improbus, pessimus.

شَرِبَ *Fut. O.* Bibit.

شَرَاب Quicquid bibitur, *pec.* vinum, syrupus.

شَرْف Celsitudo, nobilitas. ذو

شَرِف Nobilis.

شَرَى *Fut. I.* Comparavit, emit, *et contra* vendidit; *cca.*; VIII. id.

شَعِير Hordeum.

شُغْل Occupatio, opus quo quis occupatur, negotium.

شَكّ Dubium, dubitatio.

شَكَرَ *Fut. O.* Gratias egit, laude celebravit ob beneficium, *ccap.*

شَمْل Collectio, universitas, omnes.

شَيْء Res, aliquid, quidquam.

شَاءَ *Fut.* يَشَاءُ Voluit, *ccar. vel cum* أَنْ *Verbi.*

شِئْتَ *Pers. 2. masc. Praet. Verbi* شَاءَ *vid.* Grammat. p. 13~~6~~. 0 no. 5.

شَيْخ Senex, senior, doctor, vir auctoritate, principatu, pietate *et* arte conspicuus; *usurpatur ut titulus et nomen honoris, ut Hispanis* Señor.

ص

صَاحِبٌ Socius, comes, herus, dominus, possessor, praeditus, sequ. *Genit. rei. Vid. de multiplici huius vocis usu Schultens ad Harir.* II, 120.

صَاحِى Serenae mentis compos.

صَادَ (pro صَيَدَ) Venatus fuit; V. id., venatione se exercuit.

صَاغَ Condidit, creavit, confecit.

صَالِحٌ Probus vir, et recte se habens. *Particip. Verbi* صَلَحَ.

صَانَ *Fut. O.* Custodivit, asservavit.

صَبَحَ IV. Mane fuit fecitve aliquid; *et in universum* factus fuit, evasit; *usurpatur praesertim in laetis et auspicatis rebus, ut* أَمْسَى fuit *evasitque* vesperi, *pro* evasit *adhiberi solet in tristibus et* inauspicatis; cf. SCHVLTENS *ad Harir.* III. p. 147.

صِحَّةٌ Integritas, sanitas, bona valetudo.

صِدَاقَةٌ Amicitia.

صَدَقَ Verax, ingenuus, sincerus fuit, verum dixit.

صِدْقٌ Veracitas, sinceritas.

صَدُوقٌ Verax, sincerus.

صَدِيقٌ Amicus.

صَغُرَ Parva fuit res; X. parvum aestimavit, parvi fecit.

صِفَةٌ Descriptio. *Rad.* وَصَفَ.

صَلَحَ *Fut. O.* Recte habuit *res*, probus fuit *homo;* IV. concinnavit, aptavit; correxit, emendavit, instauravit.

صَلَّى II. 1) Precatus fuit *Deum;* 2) misericors et propitius fuit *Deus*, *cc.* عَلَى *p.*, bene precatus fuit *homini. De formula* صَلَّى ٱللّٰهُ عَلَيْهِ وَسَلَّمَ *vid.* Grammat. p. 529.

صَمَّ Obturavit, obtudit.

صَمْتٌ Silentium.

صُنْ *Imperat. Verbi* صَانَ *q. v.*

صَنَعَ Paravit, fecit, confecit, صَنَعَ إِلَيْهِ مَعْرُوفًا bene meritus de eo fuit; VIII. praestitit alicui beneficium.

صَنْعَةٌ Artificium, opus artis.

صَنَمٌ Idolum, statua.

صُنُوفٌ *Plural.* τοῦ صِنْفٌ Species, forma.

صَوْتٌ Sonus, vox.

صَيْدٌ Venatio, *et* praeda, fera venatione capta.

ض

ضَاءَ (pro ضَيَأَ) Luxit; X. lucem praebuit, praetulit alteri.

ضَحِكَ *Fut. A.* Risit.

ضَعْفٌ Debilis, infirmus, impotens fuit.

ضِيَاعٌ *Plur.* τοῦ ضَيْعَةٌ Ager, campus, praedium.

ضَيْفٌ Hospes, conviva.

اضمر evanuit, ipparuit, lipatum fuit.

ط

طَاعَ *Fut. O. et A.* Obsequens fuit, morem gessit, paruit; III. consensit, accommodavit se; IV. id. *cca.*

طَافَ *Fut. O.* Gyravit, circumivit, obivit *circum rem.*

طَاقَ *Fut. O.* Par et potis fuit, potestatem habuit, *ccar.*; IV. id.

طَالَ (pro طَوَلَ) *Fut. O.* Longus, procerus fuit; diu duravit.

طَالِبٌ *Particip. Verbi* طَلَبَ *q. v.*, *et nom. propr. viri.*

طَبِيبٌ Medicus.

طَرِيقٌ Via.

طَعَامٌ *Tò* cibum sumere; δεῖπνον, cibus, edulium.

طَعِمَ *Fut. A.* Edit, cibum sumsit; IV. cibavit, edendum dedit *alicui*, *ccga.*

طَلَبَ Quaesivit, exquisivit, rogavit, interrogavit, petiit, expetiit.

طَلُقَ Liber dimissus fuit; IV. laxavit, libere dimisit, solvit *vincula.*

طَلَى Illevit, oblevit, inunxit.

طُوبَى Beatus, felix; 2) *Plur.* τοῦ

طَيِّبَةٌ res bona, felicitas.

طَيِّبٌ Bonus, suavis.

طُيُورٌ *Plur. τοῦ* طَيْرٌ Volucris, avis.

ظ

ظَلَّ *Fut. A.* Continuavit, non desiit *facere*, *pec.* interdiu; II. evasit, factus fuit; IV. obumbravit, umbra operuit.

ظِلٌّ Vmbra.

ظَلَامَةٌ Iniusta oppressio, detrimentum ex iniuria, quod iniuste et vi ereptum.

ظَلَمَ *Fut. I.* Iniustus fuit, iniuria affecit, oppressit, *ccap.*

ظُلْمٌ Iniustitia, iniuria, tyrannis.

ظَلُومٌ Valde iniustus, tyrannus.

ظَنَّ *Fut. O.* Putavit, opinatus fuit.

ظَهَرَ 1) Apparuit, manifesta, conspicua fuit *res;* 2) vicit, superavit, potitus fuit, *cc.* عَلَى; IV. superiorem reddidit, iuvit contra aliquem, *ccap. et* عَلَى *r.*

ع

عَادَ (pro عَوَدَ) Rediit, reversus fuit.

عَادِلٌ Iustus, aequus.

عَادَةٌ Consuetudo, receptus mos. *Rad.* عَادَ.

عَاشَ (pro عَيَشَ) *Fut. I.* Vitam duxit, vitam toleravit.

عَافِيَةٌ Incolumitas, salus, sanitas.

عَاقِلٌ Intelligens, prudens.

عَالٍ Altus, sublimis. *Rad.* عَلَا.

عَالِمٌ Sciens, sapiens.

عَامِرٌ *Fem.* عَامِرَةٌ Cultus et habitatus locus; *et* nom. propr. viri.

عَامِلٌ (*Partic.* Verbi عَمِلَ) Operator, Praefectus, *pec.* exactor, quaestor.

عَانَ (pro عَوَنَ) *Fut. O.* IV. Adiuvit *eum* contra alios, *ccap.*

عِبَادٌ (*Plur. τοῦ* عَبْدٌ) *propr.* Servi *pec.* Dei, i. e. homines.

عَبْد Servus, mancipium. عَبْد الْمَلِك Servus regis, *et nom. propr. Califae quinti e dynastia Ommiadarum, Abdol-melek; regnavit sub fin. Sec. VII. aerae Christ.*

عَجِبَ Miratus est, admiratione ductus fuit; IV. id. *et* placuit *illi* res. أَعْجَبَ بِنَفْسِهِ Placuit sibi ipse.

عَجَزَ *Fut. I.* et عَجِزَ *Fut. A.* Infirmus, impotens, imbecillis fuit, defecit, *cc.* عَن.

عَجِلَ Festinavit; II. festinare iussit, impulit, ursit, cito fuit.

عَجَم Barbari, quicunque non sunt Arabes.

عَجُوز Anus, vetula.

عَدَاوَة Hostilitas, inimicitia, simultas.

عَدَتْ *Pers. 4. Praet.* Verbi عَدَا.

عَدْل Iustitia, aequitas, rectitudo.

عَدُوّ Inimicus, hostis.

عَرَب Gens Arabum.

عَزَّ *Fut. I.* 1) Rara, cara, eximia fuit *res;* 2) potens, magnus fuit, honore et gloria polluit *vir;* VIII. eximius, potens et validus evasit, praevaluit. *Partic.* مُعْتَزّ *c. Artic.* nom. propr. viri.

عَزَلَ *Fut. O.* Semovit, dimovit *a provincia.*

عَسَل Mel.

عَشْر Decem, *femin. ccg.*

عَصَى *Fut. I.* Immorigerus *ei* fuit, rebellis se opposuit, defecit; *ccap.*, vel *c.* عَلَى *p.*

عَطَا (pro عَطَو) Manu accepit *rem;* IV. largitus fuit, dedit, *ccga.*

عَظُمَ Magna evasit *res*, magnus fuit.

عَظَمَة Magnitudo, magnificentia.

عِظَة Monitio, exhortatio. *Rad.* وَعَظَ.

عَفَّ *Fut. I.* Abstinuit *a vetito;* pudicus, modestus fuit.

عِقَال Vinculum.

عَقَبَ *Fut. O.* Pone venit, successit; V. id.

عَقَلَ *Fut. I.* 1) Detinuit, constrinxit; 2) intelligentia polluit.

عِلَّةٌ Accidens, causa.

عَلَا *Fut. O.* Altus, sublimis, excelsus fuit; VI. تَعَالَى altus eminuit, *addi solet nomini divino.*

عِلَاجٌ Tractatio, *pec.* medicando, medicina.

عَلَانِيَةٌ *Tò* palam, manifestum, publice esse; palam. *Rad.* عَلَنَ.

عَلَجَ Vicit, superavit; III. tractavit *rem, negotia, etiam* concinnando, medicando, *cca.*

عَلَفَ Pro pabulo *paleam* praebuit iumento; VIII. pavit se, nutrivit se iumentum.

عَلِمَ Scivit, scientia polluit; *cca. et c.* بِ *r.;* II. scientem effecit, docuit; IV. certiorem fecit, significavit, edocuit, *ccap. et c.* بِ *r.*

عِلْمٌ Scientia.

عُلَمَآءُ *Plur.* τοῦ عَالِمٌ.

عَلَى Super, versus, non obstante; *vid.* Grammat. p. 252.

عَلِيٌّ Nobilis, eminentior vir; nom. propr. viri *pec.* Chalifae quarti, generi Mohammedis. *Rad.* عَلَا.

عَلَيْهِ *Praepos.* عَلَى *c. suff. pers. 3. masc.*

عِمَارَةٌ *Infinitiv. Verbi* عَمَرَ.

عَمَرَ *Fut. O.* 1) Coluit, exstruxit, instruxit, instauravit.

عُمْرٌ Aetas, vitae tempus.

عَمِلَ Operatus fuit, fecit; operam dedit, studuit, *rei, cc.* بِ *r.*

عَمَلٌ Opus, actio.

عَنْ *Particula removendi,* a, ab, ex, de.

عِنْدَ Apud, penes.

عَنْكَ *Composit. e partic.* عَنْ *et suff. pers.* 2.

عَنْهُ *Composit. e partic.* عَنْ *et suff. pers. 3.*

عَوْنٌ Auxilium, adiumentum.

عَيَّ (pro عَيِيَ) Impeditus fuit, haesitavit *in re aliqua,* et perficiendae impar fuit; IV. ا 1) lassus et defessus fuit, 2) *transit.* lassum reddidit, *ccap.*

عَيَاءٌ Difficilis, incurabilis *morbus.*

عَيْبٌ Vitium, macula, defectus.

عُيُونٌ *Plur.* τοῦ عَيْنٌ Oculus.

غ

غَامِر *Contrar.* τῷ عَامِر, Inhabitata, inculta, vastata regio.

غَايَة Extremitas *rei* summusque terminus.

غَد Postera, crastina dies.

غَرّ *Fut. O.* Decepit, lactavit inani spe vanisve rebus; VIII. deceptus ac in vanum lactatus fuit, *cc.* ب *r.*

غَرِيب Peregrinus, alienigena.

غَشّ *Fut. O.* Decepit, *pec.* falsa persuadendo; adulteravit *rem.*

غَضِب *Fut. A.* Iratus fuit, succensuit.

غَضَب Ira.

غُلَام Adolescens, iuvenis, puer, *ut Latini dixerunt eum, qui famularetur alteri, quamvis aetate adulta.*

غَنِم Pro praeda quid abstulit citra laborem, felicitate quadam acquisivit; VIII. pro praeda habuit et reputavit, *cca.*

غِنًى 1) *Αυταρκεία*, contenti animi quies; 2) opes, divitiae

غَنِيّ Dives.

غِيبَة Sermo quo quid clanculum de absente dicitur, *pec.* quod audire minus gratum esset, obtrectatio, *et quidem vera.* *Rad.* غَابَ (pro غَيَبَ) *Fut. I.* latuit, absentem traduxit, obtrectavit *ei.*

غَيْر Alius.

غَيْظ Excandescentia, indignatio, ira, vehementia eius et primus impetus.

ف

فَ *Particula inseparab., vid.* Grammat p. 248.

فَأَبْرَأْتُهُمَا *Praeter.* IV. Verbi بَرَأَ, *praefixo* فَ *et suff. Dualis.*

فَاخِر Praestans, pretiosus.

فَاسِق Improbus, nequam.

فَاضِل Praestans, *pec.* scientia.

فَاقَة Paupertas, egestas, necessitas.

فَإِنَّ vid. إِنَّ.

فَإِنَّمَا Namque.

فَتَّشَ Diligenter hic illic quaesivit *rem*, scrutatus fuit; II. id.

فُجُور Improbitas.

فِرَاغ Otium, vacuum ab opere esse.

فَرَغَ *Fut. A.* Ad finem perduxit, absolvit *rem*, finem imposuit *ei*, *cc.* مِن.

فَسَدَ Corrupta fuit et vitiata res; IV. corrupit, perdidit, *cca.*

فَسَلْ *Imperat. Verbi* سَأَلَ (*vid.* Grammat. p. 98. not.), *praefixa Partic.* فَ.

فَضْل Excellentia, praestantia.

فِضَّة Argentum.

فَعَلَ *Fut. A.* Egit, fecit quid.

فَقَدَ Frustra quaesivit, quaesitumque non invenit, desideravit.

فَقْد *Nom. act. Verbi praece*

فَقْر Paupertas, egestas.

فَقِير Pauper, egenus.

فَلَا *Composit. e* فَ *et Partic. negandi* لَا.

فُلَان Ὁ δεῖνα, *Nomen seu Pronom. certi, sed innominati*, hic, *vel* ille. فُلَانِيّ id.

فَوَاكِه *Plur.* τοῦ فَاكِهَة Fructus.

فِي *Praepos.* In, *vid.* Grammat. p. 253.

فَيَافِي *Plur.* τοῦ فَيْفَاءُ *et* فَيْفًا Desertum.

فِيهَا In eo, *vel* de eo, quod, prout, *composit. e* فِي et مَا.

فِيهِ *Partic.* فِي *c. suff. 3 pers. masc.*

فِيهِ *Genit. nom.* فَم Os, oris, *c. suff. pers. 3 masc. vid.* Grammat. p. 221.

## ق

قَادَ (pro قَوَدَ) *Fut. O.* Duxit *equum*, *canem*, *cca.* rexit, gubernavit.

قَاضِي *et* قَاضٍ Iudex. Rad. قَضَى.

قَافِلَة Iter simul facientium cohors.

قَالَ (pro قَوَلَ) *Fut. O.* Dixit, pronuntiavit. *Passiv. Praet.* قِيلَ Dicitur, fertur, narratur. *Fut.* يُقَالُ لَهُ et يُقَالُ بِهِ

dicitur, nominatur *vir*, *e. c.* *Petrus*.

قَامَ (pro قَوَمَ) Stetit, constitit; IV. 1) constitit, substitit; 2) constituit, stabilivit, bene disposuit et ordinavit.

قَبُحَ Deformis ac turpis fuit; X. deformem foedumve agnovit, improbavit.

قُبْحَةٌ Deformitas.

قَبِيحٌ Deformis, foedus, turpis, noxius.

قَبَضَ Cepit, apprehendit, manu iniecta comprehendit.

قَبِلَ *Fut. A.* 1) Advenit, adventavit; 2) excepit, recepit; admisit ut gratum et conveniens, *cca.*; II. osculatus fuit. قَبَّلَ ٱلْأَرْضَ Osculatus est terram, i. e. ad terram se prostravit, ut fronte eam attingeret, quo ritu Orientales solent reges adorare.

قَبْلَ Ante, antea, prius.

قَتَلَ *Fut. O.* Occidit, interfecit; III. pugnavit, certavit, *ccap.*

قَدْ *Particula*, *vid.* Grammat. p. 259.

قَدَا *Fut. O.* Celeriter incessit; VIII. imitatus fuit, *cc.* بِ.

قَدَحٌ Cyathus, scyphus, poculum profundius.

قَدَرَ *Fut. I.* 1) Potuit, praevaluit. 2) *Fut. O. et I.* Determinavit suo modo suaque mensura, praedestinavit *Deus*.

قَدَمَ Praecessit, praeivit; V. id.

قَرُبَ Appropinquavit, accessit; III. propinqua evasit *res*, accessit *ad aliam*, *cca.*

قَسَمَ *Fut. I.* Divisit in partes *rem*, mensura sua modoque debito definivit.

قَصَدَ *Fut. I.* Tetendit, contendit *in locum*, petivit *eum*, *cca.*

قَصْدٌ *Nom. act. praeced.* Tò rectum ire, modum rectum tenere, rectitudo.

قِصَّةٌ Res gesta, negotium *pec.* conscriptum, historia, narratio.

قَضَى *Fut. I.* 1) Decrevit, praefinivit, diiudicavit; 2) absolvit, finivit 3) exsequutus fuit; 4) praestitit *rem debitam*.

قَطَعَ *Fut. A.* Secuit, truncavit,

amputavit; IV. assignavit in feudum, *vel* emphyteusin dedit *princeps de suis opibus, quasi resectum terra fundum, ccga.* IV. disiuncti inter se et alienati fuerunt.

قَعَدَ *Fut. O.* Sedit.

قَفَعَ Incurvatos deorsum habuit pedum digitos; II. id. *Partic. Pass.* مُقَفَّعٌ contractas in se et corrugatas habens manus. *Praemisso articulo nomen viri.*

قُلْ *Imperat. Verbi* قَالَ, *vid.* Gr. p. 105.

قُلْتُ *Pers. 1. Praet. Verbi* قَالَ, *vid.* Grammat. p. 105.

قَلَّدَ Obvolvit *rem rei;* II. praeposuit *muneri,* confirmavit *in eo, et, quod vulgo dicitur,* investituram concessit, *ccga.*

قِلَّةٌ Paucitas, parum.

قُلُوبٌ *Plur.* τοῦ قَلْبٌ Cor, intellectus.

قَنَعَ *Fut. A.* Contentus fuit eo quodcunque daretur.

قَنِعٌ Contentus, gratum habens quidquid datur.

قَهَرَ Vicit, domuit, subiugavit.

قَوْلٌ Dictum. *Rad.* قَالَ. καλέω

قَوِيَ Valuit robore, virtute, potentia.

قَوِيٌّ Corpore validus, robustus.

قَيْسٌ Vehementia, durities, robur; *et nom. viri atque tribus Arabicae.*

قَيْصَرٌ Καῖσαρ, Caesar.

قِيلَ *Praet. Pass. Verbi* قَالَ *q. v.*

## ك

כון كَانَ *Fut. O.* Fuit, exstitit, factus fuit, accidit, evenit.

كَبَّ Prostravit humi, *pec.* prona facie; IV. concidit pronus *in faciem vel in genua, cc.* عَلَى.

כבר ܟܒܪܘܬܐ كِبْرٌ Magnitudo, nobilitas gloriae, magnificentia, superbia

كِتَابٌ Liber, codex, *cum articulo* Coranus.

كَتَبَ *Fut. O.* Scripsit, conscripsit; descripsit; *it.* imposuit *illi* praecepitque observandum *vel* praestandum *quid, cc.* إِلَى *p. et* بِ *r.*

كِتْمَانٌ *Nom. act. Verbi* كَتَمَ Abdidit, celavit, condidit *iram.*
كَثُرَ Multus fuit; IV. multiplicavit, multum attulit, multum expetivit vel usurpavit, cc. مِن *r.*
كِثْرَةٌ Multitudo.
كَثِيرٌ Multus, multum.
كَذَا Ita, sic. بِكَذَا وَكَذَا pro sic et sic, i. e. pro hoc vel illo pretio.
كِذْبٌ Mendacium.
كَرَا *Fut. A.* Locavit; VIII. conduxit, *cca.*
كِرَامٌ *Plur.* τοῦ كَرِيمٌ Generosus.
كُرْسِيٌّ Solium, sella regis aut iudicis.
كَرَمَ *Fut. O.* Generosus, liberalis, honore dignus fuit; II. honoravit, honore affecit.
كَرِهَ *Fut. A.* Aversatus fuit, fastidivit, respuit, abhorruit; IV. invitum adegit, coegit, *ccap.*
كَسَبَ *Fut. I.* Quaestum fecit, lucratus fuit, acquisivit, expetivit.
كَسَرَ Fregit.
كِسْرَى , كَسْرَى *pro Persico* خُسْرُو *Chosru, Graecis* Cosroës, *nomen nonnullorum imperatorum Persiae, speciatim Nuschirvani.*
كَسَلٌ Torpor, segnities, desidia.
كِسْوَةٌ Amiculum.
كَظَمَ Cohibuit compressitque *iram suam.*
كَفَا *s.* كَفَى *Fut. I.* Satis fuit suffecit *ei penus, ccap.*
كُلٌّ Vniversitas, omnis, *de constructione huius vocis vid.* Grammat. p. 267. 297.
كَلَأٌ Pabulum, *pec.* virens, herba, gramen.
كَلَامٌ Loquela, oratio, sermo.
كَلْبٌ Canis.
كَلَمَ *Fut. O.* 1) Vulneravit; II. loquutus est *cum aliquo,* affatus est *aliquem, ccap.*
كَلِمَةٌ Verbum, dictio, vocabulum, sententia.
كَلِيلٌ Hebes et obtusus *ensis, visus.*
كَلِيلَةُ وَدِمْنَةُ Calila et Dimna,

*nomina propria duorum thoum, seu canum sylvestrium, origine Indica*, Carataca *et* Damanaca. *Thoum istorum nominibus inscribitur fabularum liber vetustissimus, vulgo* Bidpai *dictus, e veteri lingua Indica, Sanscrita, in veterem linguam Persicam, sive Pehleviticam, et inde in Arabicam, conversus. Cuius versionis Arabicae partem edidit* H. A. Schultens Lugd. Batav. 1786. 4. *cum annotationibus et Glossario Arabico-Latino, integram autem illam* Silvestre de Sacy *hac epigraphe:* Calila et Dimna, ou Fables de Bidpaï, en Arabe, Paris, 1816. 4., *praemissa Commentatione de origine et versionibus huius libri. Qui inter sententias Grammaticae nostrae additas supra* p. 376. *legitur ex hoc fabularum libro excerptus locus, prouti in libro Calcuttae impresso* (*vid.* Praefat.) *exstat, reperitur in edit. Sacyana* p. 226., *non quidem totidem verbis, sed tamen non discrepante sensu.*

كَمْ Quantum? *interrogative.*

كَمَا Sicut, quemadmodum.

كُنَّ *Pers. 3. fem. Plur. Praet. Verbi* كَانَ, *vid.* Grammat. p. 108. §. LXXXVIII. 2.

كَنْزٌ Thesaurus, aurum et argentum.

كُوفَةُ Arenarum, *pec.* rubrarum, cumulus congestus, *et c. artic. nom. propr. urbis Iracae s. Chaldaeae.*

كَيْفَ Quomodo, *definitive et interrogative.*

## ل

لَا *Negandi Particula*, Non.

لِٱبْنِهِ *Composit. e nom.* لِ إِبْن *et Suff. pers. 3. masc.*

لِأَنَّ Quoniam, propterea quod.

لِتَكُنْ *Pers. 3. fem. Fut. apoc. Verbi* كَانَ (*vid.* Grammat. p. 109.), *praefixa Particula* لِ *vid.* Grammat. p. 249. No. 5.

لَجَأَ Confugit ad eum; IV. compulit, adegit, *ccap. et* إِلَى *r.*

لَحَظَ *Fut. A.* Limis adspexit *eum;* III. respexit, observavit.

لَحِقَ Assequutus fuit, pertigit, contigit.

لَحْمٌ Caro; *Plur.* لُحُومٌ.

لِسَانٌ Lingua.

لَسْتُ *Pers. 1. Verbi* لَيْسَ, *vid.* Grammat. p. 137.

لَعِقَ *Fut. A.* Linxit, lambit.

لَعْقَةٌ Linctus unus, quod, vel quantum cochleari sumitur.

لُغَةٌ Loquela, sermo.

لَغْوٌ Temere, vana effutire.

لُقْمَانُ *Nomen sapientis apud Arabes celeberrimi,* Locmani, *cui apologi, Aesopicis similes, adscribuntur. Davidis aut Salomonis aetate vixisse fertur. Quae Orientales de eo tradunt vid. apud Herbelotum.*

لَكُمْ *Pers. 2. masc. Plur. praef. nota Dativi, vid* Grammat. p. 249.

لَكِنَّ et وَلَكِنْ Sed, attamen, veruntamen.

لَمْ Non, *vid.* Grammat. p. 260.

لِمْ pro لِمَا Quare? cur?

لَمَّا Cum, postquam.

لَهْوٌ Lusus, oblectaio, res ludicra aut iocularis.

لَوْ Si.

لَيْسَ (pro لَيْسَ, *vel composit ex* لَا non, *et* أَيْسَ existit) Non est, non fuit.

لَيْلٌ Nox.

## م

مَ *idem quod* مَا Quid? *ubi alteri Particulae subiungitur.*

مَا 1) *Pronom. relativ. indeclinabile,* quod, *vid.* Grammat. p. 242.; 2) *negandi Particula* Non.

مَاءٌ Aqua.

مَازَ (pro مَيَّزَ) Segregavit, discrevit, distinxit; II. distincte et per singulas partes consideravit.

مَالٌ Quod quis possidet, opes.

مَايِدَةٌ Mensa parata, cibo instructa. وَضَعَ آلْمَوَايِدَ Posuit mensas, *scil. cibis instructas, i. e. epulum apparavit.*

مِايَةٌ Centum.

مُتَّبَعٌ *Partic. Passiv. Coni.* VIII. *Verbi* تَبِعَ *q. v.*

مُتَقَاطِعٌ *Partic. Coniug.* VI. *Verbi* قَطَعَ.

مُتَوَكِّلٌ *Partic.* V. *Verbi* وَكَلَ. Fretus, confidens fuit in Deo. *Cum articulo nom. propr. Chalifae decimi dynastiae Abbasidarum, qui regnavit medio seculo nono aerae Christianae.*

مَتَى Quando?

مِثْقَالٌ Pondus, *special.* denarii. *Rad.* ثَقُلَ ponderosus fuit.

مَثَلٌ et مِثْلٌ Similitudo.

مَجْلِسٌ Locus et tempus sedendi, consessus, seu discubitus; *peculiariter ubi homines considentes inter se colloquuntur, seu de re aliqua tractant. Rad.* جَلَسَ.

مَحَاسِنُ Pulchritudines, elegantiae, bona. *Rad.* حَسُنَ.

مُحَالٌ Quod non est, impossibile, absurdum, fraus, mendacium. *Rad.* حَالَ.

مَحَبَّةٌ Amor, amicitia. *Rad.* حَبَّ.

مَحْبُورٌ Laetus, exhilaratus. *Rad.* حَبَرَ.

مَحْسُودٌ Is cui invidetur.

مَحَنَ *Fut. A.* 1) Percussit; 2) tentavit, experimento probavit *eum.* VIII. id.

مُخَاطَرَةٌ *Nom. act.* VIII. *Verbi* خَطَرَ *q. v.*

مُدَّةٌ Spatium *temporis. Rad.* مَدَّ Extendit.

مَدَحَ Laudavit.

مَرْءٌ Vir, homo.

مَرٌّ Transitus.

مُرٌّ, *femin.* مُرَّةٌ Amarus.

مِرَاءٌ Contentio, disputatio, altercatio. *Rad.* مَرَى III. contendit disputando.

مَرْدُوعٌ *Partic. passiv. Verbi* رَدَعَ *q. v.*

مَرْفُوعٌ *Partic. pass. Verbi* رَفَعَ *q. v.*

مَرْوَانُ *Nom. propr. viri*, Mervan, *Chalifa quartus e dynastia Ommiadarum.*

مُرُوَّةٌ Virilitas, ἀνδρεία, fortitudo, vis. *Rad.* مَرُؤَ Virilis, masculus fuit.

مَرْيَمُ *Nom. propr. feminae*, Maria.

مَسَاوِي *Plur.* τοῦ مَسَاءَةٌ Malefactum, vitium. *Rad.* سَاءَ malus fuit.

مَسْرُورٌ Laetus, hilaris. *Rad.* سَرَّ.

مَسَكَ Tenuit apprehensum, retinuit, cohibuit, IV. id. cc. عَنْ.

مُسْلِمٌ *Partic.* IV. Verbi سَلِمَ, *q. v.*

مَسْمُوعٌ *Partic. passiv. Verbi* سَمِعَ.

مَسِيحٌ Vnctus, *praemisso articulo* Messias, ὁ χριστὸς.

مَشَايِخُ *Plur.* τοῦ شَيْخٌ, *q. v.*

مَشْمُومٌ Odorans, bonum odorem exhalans, res odorata. *Rad.* شَمَّ.

† مُشْبِهٌ i. q.

مُصِيبَةٌ Accidens, fortunae casus, *pec.* adversus, malum, afflictio. *Rad.* صَابَ IV. contigit, accidit.

مَضَى Praeteriit, abiit, *res, tempus.*

مُطَاعٌ Obedientia cultus, *Partic.* III. *Verbi* طَاعَ obsequens fuit.

مَطْلٌ Procrastinatio, prolongatio.

مَظَالِمُ *Plur.* τοῦ مَظْلَمَةٌ Iniuria, vexatio, oppressio. *Rad.* ظَلَمَ.

مَظْلُومٌ Oppressus.

مَعْ et مَعَ Cum, una cum, non obstante, licet, quamvis.

مَعَاشِرُ *Plur.* τοῦ مَعْشَرٌ, Coetus, congregatio, agmen hominum, *pec.* sociorum.

مُعْتَزٌّ *Partic.* VIII. *Verbi* عَزَّ *q. v.*

مَعْدِنٌ Fodina, minera, proprius locus cuiusque rei. *Rad.* عَدَنَ. Commoratus fuit, fixus mansit.

مَعْرُوفٌ Notus, *it.* beneficium. *Rad.* عَرَفَ.

مَعِي Mecum, *composit. e Partic.* مَعَ *et Suff. pers.* ي.

مُغْشُوش Falsa et adulterina *res.* *Rad.* غَشَّ.

مَقَام Locus et tempus stationis, *aut* surrectionis, *pec.* tempus iudicii extremi.

مُقَفَّع *Partic. pass.* II. *Verbi* قَفَعَ *q. v.*

مَكَّة Mecca, urbs provinciae Arabicae Iemanicae.

مَكَان Locus quo quid existit. *Rad.* كَانَ.

مَكْتُوب Scriptum, insculptum. *Rad.* كَتَبَ.

مَكْر Machinatio, dolus, fallacia.

مِلْح Sal.

مَلَكَ *Fut. I.* Possedit, dominio tenuit, regnavit.

مَلِك Rex.

مُلْك Regnum, imperium.

مُلُوك *Plur.* τοῦ مَلِك.

مَمْلَكَة Regnum.

مِمَّن *Contracte pro* مِن مَن ab s. ex eo qui, a quocunque.

مَن Ille qui, *Pronom. relativ. indeclinabile, vid.* Grammat. p. 242.

مِن Ex, *Praeposit. vid.* Gramm. p. 254.

مَنّ Donum, exprobratio doni et beneficii.

مُنَافَقَة Colloquium, sermocinatio cum alio. *Rad.* نَفَقَ.

مُنْجِي *Partic.* IV. Verbi نَجَو

مَنْزِلَة Locus in quem descenditur, domus, gradus honoris et dignitatis.

مِنْطَقَة Cingulum, zona, balteus. *Rad.* نَطَقَ.

مَنَعَ *Fut. A.* Recusavit, denegavit; prohibuit, arcuit.

مِنْهُ Ab s. ex eo. *Composit. ex Praeposit.* مِن et *Suff. pers.* 3 *masc.*

مَهْل Mora. مَهْلًا Lente ac sensim *agito!* morae quid concede.

مُهْلِك *Partic.* IV. Verbi هَلَكَ

مَوَائِد *Plur.* τοῦ مَائِدَة *q. v.*

مَوْت Mors.

مُؤْمِن Credens, fidelis; *Partic.* IV. *Verbi* أَمِنَ.

مُؤْنِس (*Partic.* IV. *Verbi* أَنِسَ) Familiaris, sodalis, *pec.* quietem, solatium afferens et oblectans.

مَيِّتَة *Femin.* τοῦ مَيِّت Mortuus.

ن

نَاسٌ *pro* أُنَاسٌ *Plural. ab* إِنْسٌ *vel* إِنْسَانٌ Homines.

نَاصِرٌ *Partic. Verbi* نَصَرَ.

نَبَاتٌ Planta, germen, herba.

نَجَا (pro نَجَوَ) *Fut. O.* Evasit, liber, et liberatus fuit; II. liberavit, salvum praestitit.

نَجِدُهُ *Pers. 1. Plur. Fut. Verbi* وَجَدَ *c. Suff. 3 pers. masc.*

نُحْصِيهِ *Pers. 1. Plur. Fut.* IV. *Verbi* حَصَى *q. v. c. Suff. 3. pers. masc.*

نَخْلَةٌ Palma arbor.

نَدْرِي *Pers. 1. Plur. Fut.* Verbi دَرَى.

نِسَآءٌ Mulieres, *caret suo Singulari, pro quo* إِمْرَءَةٌ usurpatur. *G. r. p. 216. §. 337.*

نَسِيَ *Fut. A.* Oblitus fuit, neglexit, omisit; IV. id.

نَسِيمٌ Lenis et gratus ventus, aura.

نَشَرَ *Fut. O.* Explicuit, late diffudit, divulgavit.

نَصَحَ *Fut. A.* Monuit, consulit.

نُصْحٌ Monitum, consilium.

نَصَرَ *Fut. O.* Iuvit iniuria oppressum, defendit eum contra hostem.

نَصِيحَةٌ Sincera admonitio, sinceritas, sincera amicitia.

نُطْقٌ Sermo, eloquentia.

نَظَرَ *Fut. O. et* نَظِرَ *Fut. A.* Vidit, adspexit, oculos convertit ad rem.

نَظْرٌ Visus, adspectus.

نَعْصِيهِ *Pers. 1. Plur. Fut. Verbi* عَصَى *c. Suff.*

نَعَمْ Bene, maxime, ita.

نَعِمَ Mollis lenisque fuit; IV. contulit bona in eum, benefecit ei, *ccar. et c.* عَلَى *p.*

نِعَمٌ *Plur. τοῦ* نِعْمَةٌ Gratia, beneficentia, qua alteri benefit.

نَفَذَ Penetravit, pervasit.

نَفْسٌ Anima, persona, ipsemet.

نَفَعَ *Fut. A.* Profuit, usui fuit, *ccap.*

نَقَدَ 1) defixit *visum in aliquam rem,* 2) paratum numeravit *illi* solvitque *pecuniam, cc.* لِ *et ccar.;* discrevit selegit-

que nummos, qui melioris notae essent a sequioribus; VIII. id., *et* paratam pecuniam praesentemque accepit.

نَقْصٌ Detrimentum, defectus, vitium.

نَقَمَ Iratus fuit, obiurgavit, punivit; VIII. poenam et vindictam cepit de aliquo, punivit eum.

نَكَثَ *Fut. O.* Fregit, violavit pactum, *ecc.; et absolute*, defecit, rebellavit.

نَكْثٌ Perfidia, violatio pacti, defectio.

نَمَّ *Fut O.* Detulit, divulgavit in malam partem, *cc.* عَلَى *p.*

نَهَا (*pro* نَهَو) *Fut. O, aut rectius* نَهَى *Fut. A.* Vetuit, prohibuit, interdixit; VIII. interdicto prohibitus fuit, abstinuit *a re vetita, cc.* عَنْ *r.*

نَهَارٌ Dies, *prout opponitur nocti.*

نَهْرٌ Fluvius.

نَوَالٌ Donum.

نَوْمٌ Sommus.

نِيَامٌ *Plur. τοῦ* نَائِمٌ Dormientes.

نَيْرُوز *s. rectius* نَوْرُوز, *vox Persica*, novi anni initium *denotans, Persis festus dies quo ad regem convenire, variaque ipsi offerre, atque ab illo vicissim accipere munera solent.*

## ه

هَاتِ Da, cedo; هَاتِهِ cedo eum.

هٰذَا Hic; *vid.* Grammat. p. 2ʼ1.

هٰذِهِ *Femin. praeced.*

هَرَمٌ Decrepita et extrema senectus, eiusque imbecillitas.

هَلَكَ *Fut. A* Periit, interiit; IV., perdidit, ad perniciem deduxit.

هَلْكٌ Exitium, interitus.

هُمْ *Plur. masc. Pronom. person.* هُوَ; *vid.* Grammat. p. 2 5.

هَمٌّ Sollicitudo, inquietudo animi, angor.

هُنَّ *Plur. femin. Pronom. person., vid.* Grammat. p. 235.

هُنَاكَ *Composit. e Partic.* هُنَا hic, *et Suff. Pers.* 2.

هٰؤُلَاءِ Hi, *caret Singulari, pro* quo هٰذَا *usurpatur.*

هِيَ Ea; *Femin. Pronom.* هُوَ.

# و

وَ 1) *Copula* et; 2) *iurisiurandi Particula, Genitivum regens* (Grammat. p. 250.), *ut* وَٱللّٰهِ per Deum.

وَادٍ *s.* وَادِي Locus depressior et apertus inter montes collesve, vallis, alveus torrentis.

وَاقِف Stans, *Partic. Verbi* وَقَفَ.

وَالِد Parens, genitor. *Rad.* وَلَدَ Peperit.

وَاهِيَة *Partic. femin. Verbi* وَهَى.

وَثَقَ *Fut.* يَثِقُ Confisus et fretus fuit *aliquo*, *cc.* بِ

وَجَدَ *Fut.* يَجِدُ Invenit *rem quaesitam*, reperit *quid.*

وُجُوه (*Plur. τοῦ* وَجْه) 1) Facies, modi; 2) primates, proceres *urbis, provinciae.*

وَجْه Facies, vultus, anterior et obvia pars *rei cuiusque*, pars conspicua.

وَحْدَة *Tò* solum esse. *Rad.* وَحِدَ unicus fuit.

وَرِثَ Haereditate accepit, haeres evasit; IV. haeredem fecit, haereditare fecit.

وَزْن Pondus.

وَصَلَ Pervenit.

وَضَعَ *Fut.* يَضَعُ Posuit, collocavit.

وَعَدَ *Fut.* يَعِدُ, Praedixit, significavit affuturum *alicui* quid, *pec.* boni, promisit, *cc. a.*, *vel cap. et* بِ *r.*

وَعَظَ *Fut.* يَعِظُ Monuit, exhortatus fuit; VIII. monitis advertit animum, iisque paruit.

وَفَى 1) Totum, integrum dedit; 2) integer, completus fuit; X. id.

وَفَاء Observatio pacti s. promissi.

وَقَار Gravitas, modestia, reverentia.

وِلَايَة Praefectura, regnum, regimen.

وَلِيَ V. 1) Praefectus fuit *muneri*; 2) Tergum vertit, recessit, declinavit, *ccar.*

وَهَى Ruptus, dilaceratus et fissus fuit.

## ى

يَا O! *Particula vocantis, vid.* Grammat. p. 262.

يُبْعِدَانِ *Dual. Fut. IV. Verbi* بَعُدَ.

يَدٌ Manus.

يَدَيْهِ *Dual nom.* يَدٌ, *c. Suff.*

يَرَ *Pers. 3. masc. Fut. apoc. Verbi* رَأَى *vid.* Grammat. p. 131.

يَرَاهُ *Pers. 3. masc. Fut. Verbi* رَأَى *c. Suff. 3. pers. masc.*

يَسْتَضِيءُ *Fut.* X. *Verbi* ضَاءَ.

يَسَرَ Alea lusit, sagittis sortitus fuit; V. sorte obtigit.

يَسْئَلُونَ *3 Fut. Verbi* سَأَلَ.

يَشْتَرِيهِ *Fut.* VIII. *Verbi* شَرَى.

يُغَرُّ *Fut. Pass. Verbi* غَرَّ.

يَقَنٌ *et* يَقِينٌ Certus.

يَنْبَغِي *Fut.* VII. *Verbi* بَغَى.

يُورِثَانِ *Dual. Fut.* IV. *Verbi* وَرِثَ.

يُوَرَّخْ *Fut. apoc. Pass.* II. *Verbi* أَرَخَ.

يَوْمٌ Dies.

# Corrigenda.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Pag. 45 | Lin. 12 | pone post كَوُّمٍ signum ) | | |
| — 64 | — 10 | pro تَرَهْوَكَ | lege | تَرَهْوَكَ |
| — 66 | — 10 | ante *Personae* pone 3. | | |
| — ead. | — 18 | — *Numeri* | — | 4. |
| — 85 | — 6 | pro إِصَّبَعَ | lege | إِطَّبَعَ |
| — 176 | — 3 | — *conoitans* | lege | *concitans.* |
| — 184 | — 5 | — زَيْنَبُ | — | زَيْنَبُ |
| — ead. | — 6 | — زُيَيْنِبُ | — | زُيَيْنِبُ |
| — 189 | — 9 | — derivatur | — | derivantur. |
| — ead. | — 13 | — قَتِيلُ | — | قَتِيلُ |
| — 192 | — 9 | — عُرْيَانَةٌ | — | عُرْيَانَةٌ |
| — 235 | — 18 | post possesiva pone Punctum. | | |
| — 287 | — 3 | pro أُسْوُدْ | lege | أُسْوُدْ |
| — 289 | — 20 | — fit | — | sit. |
| — 302 | — 15 | — مِنِّي | — | مِنِّي |
| — 425 | — 2 | — آنْتَنَكَوُا | lege | آنْتَنَكَوُا. |

Deacidified using the Bookkeeper process.
Neutralizing agent: Magnesium Oxide
Treatment Date: June 2007

PreservationTechnologies
A WORLD LEADER IN PAPER PRESERVATION
111 Thomson Park Drive
Cranberry Township, PA 16066
(724) 779-2111

THE LIBRARY OF CONGRESS

LIBRARY OF CONGRESS
0 019 318 021 8